Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala: A
Núm.: 18
17

16(a). 2. 7.

Nº 1
11-2

Del Colegio dela Compª de Jesus de Granada B.ª (1)
R.6821

DO. ANDREÆ

ALCIATI

MEDIOLANENSIS,

IVRECONSVLTI CLARISSIMI, OMNES QVI IN HVNC VSQVE DIEM PRODIERUNT, in vtrumque Ivs, Ciuile & Canonicum, luculentiſsimi Commentarij:

QVIBVS ADDVNTVR

Emblematum liber ab ipſo auctore recognitus & auctus:
De magiſtratibus, ciuilibúſque & militaribus officiis liber:
De ponderibus & menſuris liber:
Annotationes in Cornelium Tacitum.

&

Rerum ac vocum toto Opere memorabilium INDICES locupletiſsimi.

Tomus Primus.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BASILEÆ,
APVD THOMAM GVARINVM.
M. D. LXXI.

Typographus Lectori S.

NAgnum, amice Lector, ingenium in Alciato, cuius nunc tibi damus lucubrationes omnes typis noſtris exſcriptas, magnus multarum inſignium rerum, præſertim omnis tam diuini quàm humani iuris vſus atque peritia fuit. Verùm hoc eximium planè, quòd cùm à puero Latinas Græcáſque literas, oratoriam, poëticam, omnes denique artes illas, quæ ab humanitate nomen acceperunt, cum legum diſciplina coniunxiſſet, noſtro ferè ſæculo princeps oſtenderit, iuris ſcientiam ab iis tum linguis tum artibus, quarum in ipſo cognitionem extitiſſe diximus, ornamenti atque lucis accipere plurimum: & eiuſdem tradendi rationem omnino ad Iureconſultorum veterum, ipſiúſque Iuſtiniani Auguſti præſcriptũ (quantum eius fieri poſsit atque debeat) revocandam eſſe. Qua in re cùm auctoritatem ipſius ſequuti viri quidam ex iuris noticia clariſsimi, omnem illam docendarum legum viam ac rationem, quæ memoria patrum erat in vſu, cum elegantiore commutarint, ex eóque gloriam apud omnes mortales maximam repererint: quantum quæſo conſilij tam ſapientis auctori laudis deferẽdum erit? Neque verò quiſquam nobis obiecerit, extare quædam inter ipſius opera, quæ minimè videantur eam, quam Alciato noſtro tribuimus cùm iuris, tum cæterarum artium & eloquentiæ perfectionem præ ſe ferre. Nam illa iuuenis admodum partim congeſsit, vt aliquando recognita terſiùs in lucem emitteret: partim eo ſtilo ſcripſit, qui tum ſcholarum omnium vſu & approbatione receptus, reiici ab ipſo præſertim id temporis, quo necdum per ætatem tantum auctoritatis habebat, non ſine graui multorum magni nominis hominum adverſatione potuiſſet. Quum autem ob immaturam tanti viri mortem, cuius æquiſsimum eſt nullum omnino ſcriptum aboleri, manum ſupremam deſiderent: cuicuimodi ſunt, iuris certè ſtudioſis inuideri non debent, quòd ex iis quoque fructum non exiguum ſint percepturi. Eadem ſubeſt ratio, quamobrem aliquot titulorum, legum, paragraphorum, & capitulorum plures enarrationes retinuerimus: tum quòd interire quæ huius auctoris eſſent, minimè vellemus: tum vt appareret, quàm verè dictum ſit, eorumdem etiam hominum cogitationes poſteriores eſſe ſapientiores. Iam quod editionem hanc vniuersè attinet, breuiter & Operis totius, & conſilij noſtri rationem tibi reddemus. Ordinem enim in digerendis & collocandis hiſce libris eũ ſequuti ſumus, quem placuiſſe ipſi Alciato, dum viueret, ac rerum naturæ maximè conſentaneum eſſe, perſuaſi ſumus. Nam hæc commodiſsima diſcendi ratio eſt, vt verba primùm cognoſcantur, quæ rerum notæ ſunt, & quibus res exprimuntur. Horum autem vim atque ſignificationes Alciatus iis commentariis eſt complexus, quos in primum tomum nos digeſsimus. Altera cura eſſe debet, vt errores, qui vel ex librariorum negligentia, vel mala docentium interpretatione in Iuris

ſtudium irrepſerunt, tollantur: quod auctor hic noſter partim libris iis præſtat, qui tomo ſecundo, partim qui tertio continentur. Operæpretium quidem eſſe, vt ab initio minimè deprauata percipiamus, intelligi vel de priſci cuiuſdam hominis ſanè ſapientis inſtituto poteſt: qui priùs ab aliis edoctos pluris, quàm artis ſuæ prorſus ignaros erudiebat. Hoc modo cognitis verborum ſignificatis, & nitori ſuo reſtitutis, quæ priùs fœdata mendis erant: ad ſcriptorum de iure commentariorum lectionem tutò licet accedas. Qua de cauſſa nos illos ipſos in poſteriores tomos retulimus. Quòd ſi qui ſeriem hanc, quę tam ipſius Alciati auctoritate, quàm rationibus expoſitis nititur, vel improbaturi ſunt, vel cum calumnia excepturi: eos nos ad indicẽ Operi præmiſſum ablegabimus, in quo tituli, leges, paragraphi, & capitula ab Alciato expoſita ſecundum illum ordinem collocantur, quo vtrumque corpus, Iuris nimirum Ciuilis & Canonici, digeſtum eſt. Supplebit enim is, quod hac in parte quis fortè requiret: atque etiam alio nomine lectoribus erit vtilis. Nam quum horum commentariorum auctor plerumque non omnes eorum titulorum, quos interpretatur, leges enarrauerit: hoc indice inſpecto, protinus quid vel attigerit, vel non attigerit, occurret. Præterea quo magis tibi gratificaremur, diuerſas editiones inter ſe contulimus, varias lectiones, quæ Alciati dictionem minimè referre viſa ſunt, in vnum congeſtas, Indici adiecimus: & ex Iuris Ciuilis corpore textus ipſius verba, quæ Alciatus explicat, ſuis quæque locis adiecimus. Hoc nos in editione noſtra ſequi conſilium voluimus, quod vti viros bonos, benignéque de laboribus aliorum iudicantes non prorſus improbaturos confidimus: ita reprehendi à malevolis iniquíſque cenſoribus, quibus aliud nihil, quàm quod ab ipſis profectum eſt, placet, non nimis moleſtè feremus. Vale.

OPERVM

DO. ANDREAE ALCIATI

MEDIOLANENSIS, IVRECONSVLTI CLARISSIMI, IN POSTERITATIS COMMODUM evulgatorum, fidiſſimus Elenchus:

&

I. Commentariorum in Digeſta, ſeu Pandectas Iuris ciuilis.

NOTA: Prior numerus Tomum, poſterior columnam oſtendit.

Tituli I. DIGESTORVM *partis τὰ πρῶτα continentis.*

De iuſtitia & iure. *lib.1.tit.1. tom.5.*—

L.5.Ex hoc iure. eo.1

De officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. *lib.1. tit.21. tom.5.*—

In Rubricam. eo.14
L.1.Quæcunque. eo.28
§.Qui mandatam. eo.35
Concluſiones publicè propoſitæ & diſputatæ de iuriſdictione propria, vel delegata, vel mixta, iudicis delegati. eo. col. 41

De officio aſſeſſorum. *lib.1.tit.22. tom.5.*—

In Rubricam. eo.47
L.4.Diem functo. eo.49

De iuriſdictione omniũ iudicum. *lib.2.tit.1. to.5.*—

In Rubricam. eo.69
L.1.Ius dicentis. eo.72
L.2.Cui iuriſdictio. eo.100
L.3.Imperium. eo.103
L.9.Si familia. eo.198
L.19.Cùm quædã puella. eo.207
§.Quoties de quantitate. eo. col. 210

Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur. *lib.2.tit.2. to.5.*—

In Rubricam. eo.211
L.1.Hoc edictum. ibid.

Si quis ius dicenti nõ obtemperauerit. *lib.2.tit.3. tom.5.*—

L.*vnica*, Omnibus. — —
§.Is videtur. eo.213
§.Hoc iudicium. eo.217

Tituli III. DIGESTORVM *partis, quæ eſt de rebus creditis.*

De rebus creditis, ſi certũ petatur, & certi condictione. *lib.12.tit.1. to.3.*—

In Rubricam. eo.*568
L.1.Bene ex re. eo.*572
L.2.Mutuum. eo.*584
§.Appellata. eo.600
§.Creditum. eo.604
L.3.Cùm quid. eo.613
L.4.Si quis. eo.625
§.Res pignori. eo.631
§.Ea, quæ. eo.632
L.5.Quod te. eo.634
L.6.Certum eſt. eo.642
L.7.Omnia. eo.645
L.8.Proinde. ibid. verſ. vlt.
L.9.Certi condictio. eo.646
§.Quoniam igitur. eo.655
§.Si nummos. eo.657
§.Depoſui. eo.665
L.11.Rogaſti. eo.666
§.Si tibi decem. eo.669
§.Si fugitiuus. eo.672
L.12.Si à furioſo. eo.675
L.13.Nam etſi fur. eo.676
L.14.Si filiusfamiliâs. eo.679
L.15.Singularia. eo.682
L.16.Si ſocius. eo.693
L.17.Cùm filiusfamiliâs. eo.695
L.18.Si ego. eo.698
L.19.Non omnis. eo.701
L.20.Si tibi pecuniam. eo.707
L.21.Quidam exiſtimauerũt. eo. col. 710
L.22.Vinum. eo.714
L.23.Si eum. eo.725
L.24.Si quis certum. eo.730
L.25.Creditor. eo.731
L.26.Si pecuniam. eo.732
L.27.Ciuitas. eo.735
L.28.Creditor. eo.740
L.29.Si inſtitorem. eo.742
L.30.Qui pecuniam. eo.743
L.31.Cùm fundus. eo.747
§.Seruum tuum. eo.751
L.32.Si me & Titium. to.3.758
L.33.Principalibus. eo.761
L.34.Præſidis. eo.764
L.35.Periculum. eo.766
L.36.Pecuniam. eo.767
L.37.Cùm ad præſens. eo.770
L.38.Reſpiciendum. eo.772
L.39.Itaque. ibid.
L.40.Lecta. eo.774
L.41.Eius, qui. eo.788
L.42.& *vlt.* Si ego decem. eo.802
§.Labeo ait. eo.809

Depoſiti, vel contrà. *lib.16.tit.3. to.3.*—

L.31.Bona fides. eo.812
§.Incurrit hîc & alia. eo.817
§.Si tamen ignorans. eo.819

Tituli IIII. DIGESTORVM *partis, quæ octo libros ſingulares continet.*

Soluto matrimonio, quẽadmodum dos petatur. *lib.24.tit.3. to.5.*—

In Rubricam. eo.223
L.1.Dotis cauſa. eo.234
L.2.Soluto matrimonio, ſolui mulieri dos deber. eo.254
§.Quòd ſi in patris. eo.262
§.Voluntatem. eo.269

Tituli V. DIGESTORVM *partis, qua de teſtamentis agitur.*

De liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exheredãdis, vel preteritis. *lib.28.tit.2. to.5.*—

In Rubricam. eo.273
L.1.Quid ſit Nominatim. eo.281
L.7.Si filius, qui in poteſtate. eo. col. 287
L.10.Commodiſsimè. eo.294
L.11.In ſuis hæredibus. eo.301
L.16.Si filius hæres. eo.320

L.29.Gallus. I. to.5.323
Expoſitio II. eo.332
§.Quidam re- I. eo.357
ctè, Expoſitio II. eo.377
§.Idem credendum. eo.397
§.Et quid ſi tan- I. eo.409
tùm. Expoſitio II. eo.473
§.Quid ſi is, qui. eo.518
§.Inſtituens. eo.526
§.Si eius, qui filium. eo.533
§.Forſitan. eo.548
§.In omnibus. eo.557
§.Nunc de lege. eo.563
§.Etiam ſi parente. eo. 573
§.Videndum eſt, num. eo.585
§.Ille caſus. eo.590
§.Quæremus tamen. eo.599

De hæredibus inſtituendis. *lib.28.tit.5.to.* 5.—
L.85.Lucius Titius, qui.ij. eod. col. 600

De vulgari & pupillari ſubſtitutione. *lib.28.tit.6. to.* 5.—
In Rubricam. eo.611
L.1.Hæredes. eo.617
L.2.Moribus. eo.654
§.Quiſquis autem. eo.661
L.7.Verbis ciuilibus. eo.671
L.12.Si filius, qui patri. eo.681
L.15.Centurio. eo.692
L.31.In ſubſtitutione. eo.724
L.37.Vel ſingulis. eo.726
L.41.Cohæredi ſubſtitutus. eo. col. 732
§.Ex his verbis. eo.737
§.Cùm filiæ. eo.739
§.Qui diſcretas. eo.742
L.43.Ex facto. eo.744
L.45.Lucius Titius. eo.758

De acquirenda vel omittenda hæreditate. *lib.29. tit.2. tom.5.*—
In Rubricam. eo.769
L.84.Ventre præterito. eo.776

De legatis & fideicommiſſis. I. *lib.30.tit.1. to.5.*—
In Rubricam. eo.791
L.1.Per omnia. eo.796
L.2.Sciendum eſt. eo.814
L.3.Hæc verba. eo.821
L.4. Si quis in fundi vocabulo. eod. 833
§.Si quis hæredes. eo.837
L.5.Serui electione. eo.838
§.Labeo ait. eo.842
§.Cùm fundus. eo.844
L.6.Stichum, qui meus. eo.849
L.8.Si ex toto fundo. eo.856
L.11.Cùm filio familiâs. eo.858.
L.55.Nemo poteſt. eo.870
L.114.Filiusfamiliâs. —
§.Diui.ij. to.5.889

De legatis & fideicommiſſis. II. *lib.31.tit.1. to.5.*—
L.1.In arbitrium. eo.917
L.32. Omnia, quæ teſtamentis. —
§.In fideicommiſſo. eo.929
L.69.Peto Luci Titi. —
§.Fratre hærede. eo.938
L.89. Teſtamento: *aliàs*, Teſtator. —
§.Maritus. eo.944

De legatis & fideicommiſſis III. *lib.32.tit.1. to.5.*—
L.38.Pater filium. —
§.Fundum à filio. eo.948
L.89.Re coniuncti videntur. eo. col. 952

Ad legem Falcidiam. *lib. 35.tit.2. to.5.*—
Rubricæ explicatio I. eo.978
II. eo.979
L.1.Lex Falcidia. eo.980
L.91.In quartam. eo.981

Ad ſenatuſcõſultum Trebellianum. *lib.36.tit.1. tom.* 5.—
L.57.Hæredes mei. —
§.Cùm ita. eo.1004

Tituli VI. DIGESTORVM *partis de bonorum poſſeſſionibus, etc.*

De bonorum poſſeſſionibus. *lib.37.tit.1. to.5.*—
In Rubricam. eo.1022
L.1.Bonorum poſſeſſio. eo.1024
L.3.Bona autem hìc. eo.1027

De bonorum poſſeſſione contra tabulas. *lib.37.tit. 4. tom.5.*—
In Rubricam. eo.1028
L.1.In contratabulas. —
§.Quidam filium habuit. eod. col. 1030

De noui operis nũtiatione. *lib.39.tit.1. to.6.*—
In Rubricam. eo.1
L.1.Hoc edicto. eo.10
§.Hoc autem edictum.j. eo.30
§.Nuntiatio ex hoc. eo.33
§.Vſusfructuarius. eo.51
L.2. Si autem domino prædij. eod. 56
L.8.Non ſolùm. —
§.Morte. *Lectura* I. eo.58
II. eo.61
L.14.Qui viam habet. eo.101
L.15.Si priuſquam. eo.103

De donationibus. *lib.39. tit.5. tom.6.*—
L.15.Poſt contractum. to.6.119

De acquirenda vel amittenda poſſeſsione. *lib.41. tit.2. tom.6.*—
In Rubricam. eo.136
L.1.Poſſeſsio appellata. eo.139
§.Adipiſcimur autem. eo.156
§.Si vir vxori. eo.159
§.Item acquirimus. eo.163
L.12.Naturaliter. —
§.Nihil commune. eo.166
L.15.Rem, quæ nobis. eo.191
L.17.Si quis vi. —
§.Differentia. eo.195
L.18.Quod meo nomine. eo.199
L.21.Interdum. —
§.Quod ex naufragio. eo.206
L.23.Cùm hæredes. eo.209
L.26.Locus certus. eo.213
L.28.Si aliquam rem. eo.215

De vſucapionibus & vſurpationibus. *lib.41.tit. 3. tom.6.*—
L.15.Si is, qui pro emptore. eod.

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur. *lib.42. tit.8. tom. 6.* —
L.24.Pupillus patri. eo.265

Tituli VII. DIGESTORVM *partis.*

De verborum obligationibus. *lib.45.tit.1. to.6.*—
In Rubricam. lectura I. 4.2
II. 6.270
L.1.Stipulatio non poteſt. I. 4.16.
II. 6.276
§.Qui præſens. I. 4.35
II. 6.284
§.Si quis ita. I. 4.47
II. 6.287
§.Si qs ſimpliciter. I. 4.70
II. 6.292
§.Si ſtipulãti mihi. I. 4.86
II. 6.299
§.Sed ſi mihi Pamphilũ. I. 4.109
II. 6.307
§.Eadem, an alia lingua. I. 4.134
II. 6.311
L.2.Stipulationũ quædam. I. 3.821
II. 4.155
III. 6.316
§.Et harum omnium. 4.177
§.Ex his igitur ſtipulationibus. eo.209
§.Si tamen hominem. eo.225
§.Item ſi in facto, eo.226

L.3.Idem

L.3.Idem iuris eſt. to.3.833
L.4.Eadem dicemus. eo.834
§.Cato libro XV. ſcribit. I. eo.835
II. 4.230
III. 6.317
§.Si is, qui duplam. 6.342
L.5.Stipulationum.ij. eo.344
§.Stipulatio autem. eo.349
§.Satisfacceptio eſt. eo.350
§.Si ſortem promiſeris. eo.352
L.6.Is, cui bonis. eo.353
L.7.Impoſsibilis cõditio. eo.356
L.8.In illa ſtipulatione. eo.360
L.9.Si Titius & Seius. eo.362
L.10.Hoc iure vtimur. eo.365
L.11.Filius dũ in ciuitate. eo.368
L.12.Si ita ſtipulatus fuero. eod. col. 369
L.13.Qui ante calendas. eo.371
L.14.Si ita ſtipulatus eſſem. eod. col. 373
L.15.Et ideo hæſitatur. eo.375
L.16.Si Stichum. eo.377
§.Stipulatio huiuſmodi. eo.378
L.17.Stipulatio non valet. eo.381
L.18.Qui bis idem promittit. eo. col. 383
L.19.Si ſtipulatio facta. eo.387
L.20. Huiuſmodi ſtipulationes. eod. 390
L.21.Si diuortio facto. eo.391
L.22.Si id, quod aurum. eo.394
L.23.Si ex legati cauſa. eo.396
L.24.Sed ſi ex ſtipulatu. eo.398
L.25.Si dari ſtipuler id. eo.400
L.26.Generaliter nouimus. eo. col. 401
L.27.Velvti ſi quis homicidium. eod. 404
§.Si ſtipulatus hoc modo. ibid.
L.28.Si rem tradi. eo.405
L.29.Scire debemus. eo.407
§.Si à fure hominem. eo.411
L.30.Sciendum eſt. eo.415
L.31.Si rem meam. eo.421
L.32.Si in nomine ſerui. eo.423
L.33.Si Stichus certo. eo.424
L.34.Multum intereſt. eo.425
L.35.Si ſtipulor, vt id. eo.428
§.Si in locando. eo.430
L.36.Si quis cùm aliter. eo.432
L.37.Si certos nummos. eo.436
L.38.Stipulatio iſta, Habere. eo. col. 438
§.Si quis fortè. eo.444
§.Quæſitum eſt. eo.445
§.Sicvt autem ex parte. eo.448
§.Hi, qui ſunt in aliena. eo.450
§.Hęc quoq; ſtipulatio. eo.453
§.Habere dupliciter. eo.455
§.Si quis ita. ibid.
§.Sed ſi quis vti frui. eo.457
§.Si quis dolum malũ. eo.458
§.Suæ perſonæ. eo.459
§.Inter incertam certámque. eod. 460
§.Alteri ſtipulari. eo.462
§.In ſtipulationibus. eo.469
§.Eum, qui ita. eo.471
§.Si ſtipuler. eo.472
§.Si quis inſulam. to.6.475
§.Si quis ergo. ibid.
Si quis ita ſtipulatus. eo.478
§.Aedem ſacram. ibid.
L.39.Dominus ſeruo. eo.479
L.40.Si filius meus. eo.481
L.41.Eum, qui calendis. ibid.
§.Quoties autem. eo.483
L.42.Qui hoc anno. eo.485
L.43. Si quis arbitratu. eo.487
L.44.Et ideo ſi omnino. eo.493
L.45.Quodcunq; ſtipulatu. eo. col. 496
§.Sicvti cùm morietur. eo.497
§.Si quis ita ſtipulatus. eo.498
§.Non ſolùm ita. eo.500
§.Filius patri dari. eo.502
L.46.Centeſimis calendis. ibid.
§.Id autem, quod. eo.505
§.Si ita ſtipulatus. eo.506
L.47.Qui ſic ſtipulatur. eo.509
L.48.Si decem, cùm petiero. eo. col. 511
L.49.Cùm filiusfamiliâs. eo.514
§.Si ſtipulatus ſim. eo.517
§.In hac ſtipulatione. eo.519
§.Si promiſſor hominis. eo.523
L.50.In illa ſtipulatione. eo.524
L.51.Is, qui alienum ſernũ. eo.526
L.52.In conventionalibus. ibid.
§.Si quis vacuam. eo.528
L.53. Stipulationes commodiſſimùm. eo.529
L.54.In ſtipulationibus. eo.531
L.55.Cùm quis ſibi. eo.533
L.56.Eum, qui ita ſtipulatur. eo. col. 534
§.Te, & Titium. eo.536
§.Qui ſibi, aut filio. eo.539
§.Qui ita.j. eo.542
§.Qui ita.ij. eo.547
§.Qui proprietatem. eo.548
§.Si à te ſtipulatus. ibid.
§.Si hominem. eo.550
L.57.Si quis, ſi Titius. eo.553
L.58.Qui vſumfructum. eo.554
L.59.Quoties in diem. eo.557
L.60.Idem erit. eo.561
L.61.Stipulatio hoc modo. eod. col. 562
L.62.Seruus vetante. eo.565
L.63.Si ita quis ſtipuletur. eo.566
L.64.Huiuſmodi. eo.568
L.65.Quæ extrinſecus. eo.570
L.66.Si minor. xx. annis. eo.572
L.67.Illa ſtipulatio. eo.574
§.Eum, qui decem. ibid.
L.68.Si pœnã ſtipulatus. eo.576
L.69.Si homo mortuus. eo.578
L.70.Mulier, quæ dotem. eo.579
L.71. Cùm quid, vt fiat. eo.581
L.72.Stipulationes non diuidũtur. ibid.
§.Si quis ita ſtipulatus. eo.598
§.Planè ſi inſulam. eo.600
L.73.Interdum pura. eo.602
§.Si Stichi promiſſor. eo.603
L.74.Stipulationũ quędã. eo.608
L.75.Vbi aũt nõ apparet. eo.609
§.Fundi certi, eo.611
§.Illud dubitationem. ibid.
§.Qui verò à Titio. to.6.613
§.Qui id, quod. eo.614
§.Qui illud, aut illud. eo.615
§.Qui ſortè ſtipulatur. eo.617
§.Hæc ſtipulatio, Fũdũ. eo.618
L.76.Si ſtipulatus fuerim illud. eod. 621
§.Cum ſtipulamur. eo.624
L.77.Ad diem ſub pœna. eo.627
L.78.Si filiusfamiliâs. eo.630
§.Cùm fundum. eo.634
L.79.Si procuratori. eo.636
L.80. Quoties in ſtipulationibus. eo.637
L.81.Quoties qs aliũ ſiſti. eo.640
§.Si procurator. eo.641
L.82.Nemo rem ſuam. eo.642
§.Si poſt moram. ibid.
L.83.Inter ſtipulantem. eo.644
§.Si Stichum. eo.646
§.Si ſtipulante. eo.649
§.Sacram. eo.650
§.Si rem, quam. eo.658
§.Stichũ, qui deceſsit. eo.659
§.Si quis ancillam. ibid.
L.84.Si inſulam fieri. eo.660
L.85.In executione. eo.667
§.Pro parte autẽ peri. eo.669
§.In ſolidum verò. eo.670
§.Item ſi ita. eo.671
§.Quicunque ſub. eo.673
L.86.Quod dicitur, tot. eo.674
L.87.Nemo rem ſuam. eo.676
L.88.Mora rei. eo.677
L.89.Si à colono. eo.679
L.90.Cùm ſtipulati. eo.681
L.91.Si ſeruũ ſtipulatus. eo.684
§.De illo quæritur. eo.686
§.Sequitur videre. eo.688
§.Nunc videamus. eo.691
§.Effectus huius. eo.693
L.92.Si ita ſtipuler, perte. eo.694
L.93. Si ſic ſtipulatus fuero, Perte. eo.695
L.94.Triticum dari. eo.696
L.95.Qui inſulam fieri. eo.700
L.96.Qui ſeruum. eo.702
L.97.Si ita ſtipulatus. eo.703
§.Poſſum vtiliter. eo.704
§.Si tibi nupſero. eo.706
L.98.Exiſtimo poſſe. eo.708
§.Ex hac ſtipulatione. eo.709
L.99.Quicqd aſtringẽdę. eo.710
§.Si ſtipulatus hoc mõ. eo.712
L.100.Cõditio in pteritũ. eo.713
L.101. Puberes ſine curatoribus. eod. 714
L.102.Vẽditores emptori. eo.716
L.103.Liber homo. eo.718
L.104.Cùm ſeruus. eo.720
L.105.Stipulatus ſũ Damã. eo.723
L.106.Qui ex pluribus. eo.725
L.107.Vtrùm turpem. eo.727
L.108.A Titio ita ſtipul. eo.729
§.Nulla promiſsio. eo.731
L.109.Si ita ſtipulatus fuero, Decem. ibid.
L.110.Si mihi & Titio. eo.733
§.Si ſtipulatus fuero. eo.740

L.111. Si ſtipulatus fuero per te non fieri. to.6.742
L. 112. Si quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum. eo.744
§. Si quis ita ſtipulatus fuerit. eo. 747
L.113. Cùm ſtipulatus ſim mihi, Procule. eo.749
§.Cùm vẽderet aliquis. eo.755
L.114.Si fundũ certo die. eo.757
L.115.Ita ſtipulatus ſum. eo.759
L.116. Decem ſtipulatus à Titio. eo. 774
L.117.Si centũ homines. eo.780
L.118.Liber homo. eo.781
§.Decem hodie dare. to.6.783
§.Decẽ mihi, aut Titio. eo.785
L.119.Doli clauſula. eo.787
L. 120. Si ita ſtipulatus fuero, Hanc ſummam. eo.790
L. 121. Ex ea parte cautionis. eo. col. 792
§.Mulier ab eo. eo.794
§.In inſulâ deportato. eo.795
§.Ex facto rei. eo.797
L.122.Qui Romæ. eo.798
§.Callimachus. eo.804
§.Flauius Hermes. eo.809
§.Cohæredes. eo.815
§.Augerius filiusfamiliâs. eo. col. 822
§.Seia hæres. eo.824
§. Duo fratres hæreditatem. eo. 827
L.123.Si plagij faciendi. eo.848
L.124. Inſulam intra biennium. eo. 851
L.125.Cùm ſtipulamur. eo.854
L. 126. Si ita ſtipulatus fuero, Si Titius. eo.855
§.Titius à Mæuio. eo.857
§.Chryſogonus. eo.861
§.Si ita ſtipulatus. eo.874
L.127.Si pupillus ſine. eo.875
L.128.Si duo rei ſtipulandi. eo. col. 876
L.129.Si quis ita ſtipulatus. eo. col. 878
L.130. Quod dicitur. eo.883
L.131.Iulianus ſcripſit. eo.892
§.Qui fundum. eo.893
L.132.Quidam cùm filiũ. eo.897
L. 133. Si ſic ſtipulatus ſum. eo. col. 906
L.134.Titia, quæ ex alio. eo.911
§.Idem reſpondit.j. eo. 916
§.Idem reſpondit.ij. eo.920
§.Idem reſpondit.iij. eo.922
L.135.Si ita quis promiſerit. eo. col. 923
§.Seia cauit Lucio. eo. 925
§.Ea lege donatum. eo.929
§.Filia, quæ de inofficioſo.eo. col. 934
L. 136. Si ſub vna ſignificatione. eod. 935
§.Si quis viam. eo.936
L.137.Continuus actus. eo.939
§.Si hominem ſtipulatus. eo. col. 942
§.Cùm ita ſtipulatus. to.6.943
§.Item qui inſulam. eo.947
§.Illud inſpiciendum. eo.949
§.Si ab eo ſtipulatus. eo.955
§.Cùm quis ſub hac. eo.957
§. Si, vt aliquid fiat. eo.960
§.Præterea ſciendum. eo.961
L.138.Eum, qui certarũ. eo.965
§.Cùm purè ſtipulatus. eo.966
L.139.Cùm ex cauſa duplæ. eo. col. 970
L.140.Pluribus rebus. eo.973
§.De hac ſtipulatione. eo.974
§.Et ſi placeat. eo.975
L. 141. Si ſeruus, aut filiusfamiliâs. eo.978
§.Pupillus licet ex quo. eo.980
§.Si ita ſtipulatus fuero. eod. col. 982
§.Si inter eos. eo.983
§.Cùm mihi, aut Titio. eo.984

De appellationibus & relationibus. *lib.* 49. *tit.* 1. *tom.* 6.—

In Rubricam. eo.987
L.1.Verbum. eo.127
L.2.Vrbis. eo.128
§.Romæ. ibid.
L.3.In itinere. eo.130
§.Eius, qui. eo.131
L.4.Pecuniæ. ibid.
L.5.Rei. eo.132
L.6.Nominis. eo.134
§.Verbum, Ex legibus. eo.135
L.7.Sponſio. eo.136
L.8.Verbum, Oportebit. eo.137
§.Actionis. eo.138
L.9.Marcellus. ibid.
L.10.Creditores. eo.139
L.11.Creditorum. eo.140
L.12.Si cui. eo.141
§.Minus ſoluit. ibid.
L.13.Mulieris. eo.142
§.Res abeſſe. ibid.
§.Deſinere. eo.143
§.Abeſt. eo.144
L.14.Labeo & Sabinus. ibid.
§.Rem amiſiſſe videtur. eo.146
L.15.Bona ciuitatis. ibid.
L.16.Eum, qui. eo.147
L.17.Inter publica. eo.148
L.18.Munus. eo.149
L.19.Labeo. eo.150
L.20.Verba, Contraxerunt. eo.153
L.21.Princeps. eo.154
L.22.Plus eſt in reſtitutione. ibi.
L.23.Rei appellatione. eo.156
L.24.Nihil. ibid.
L.25.Rectè. eo.160
§.Quod Quintus. eo.162
L.26.Partum. ibid.
L.27.Ager. eo.163
§.Stipendium. ibid.
L.28.Alienationis. to.1.164
§.Oratio. eo.166
L.29.Coniunctionem. ibid.
L.30.Sylua. eo.167
§.Stipula. eo.168
§.Noualis. eo.169
§.Glans caduca, quæ ex arbore cécidit. ibid.
§.Paſcua ſylua. ibid.
L.31.Pratum. ibid.
L.32.Minus. eo.170
L.33.Palàm. ibid.
L.34.Actionis verbo. eo.172
L.35.Reſtituere. ibid.
L.36.Litis. eo.173
L.37.Verbum Oportere. ibid.
L.38.Oſtentum. eo.174
L.39.Subſignatum. eo.175
§.Bona. eo.176
§.Atteſtari. ibid.
§.Incertus. eo.177
L.40.Deteſtatio. eo.179
§.Serui. eo.192
§.Familiæ. ibid.
§.Vnicus. ibid.
L.41.Armorum. eo.193
L.42.Probrum. eo.194
L.43.Verbo Victus. eo.195
L.44.Cætera. eo.196
L.45.Inſtratum. ibid.
L.46.Pronuntiatum. eo.198
§.Matremfamiliâs. ibid.
L.47.Liberationis. eo.199
L.48.Qui neque ſequantur. ibid.
§.Solutum. eo.200
L.49.Bonorum. ibid.
L.50.Nurus. eo.201
L.51.Appellatione. eo.202
L.52.Patroni. eo.203
L.53.Sæpe ita compertũ. eo.204
L.54.Conditionales. eo.208
L.55.Creditor. eo.210
L.56.Cognoſcere. ibid.
§.Liberorum. eo.211
L.57.Cui præcipua. eo.212
§.Perſequi. ibid.
L.58.Licet. eo.213
§.Paternos. ibid.
L.59.Portus. eo.214
L.60.Locus. eo.215
L.61.Satisdationis. eo.216
L.62.Tigni. eo.217
L.63.Penes te. ibid.
L.64.Inteſtatus, eo.218
L.65.Hæredis. eo.219
L.66.Mercis. eo.220
L.67.Alienatum. eo.221
§.Donationis. eo.222
L.68.Illa verba. eo.223
L.69.Hæc verba. eo.224
L.70.Sciendum. eo.225
§.Verba hæc. eo.227
L.71.Aliud eſt Capere. ibid.
§.Hæc verba. eo.228
L.72.Appellatione. eo.229
L.73.Hæc verba. ibid.
L.74.Signatorius. eo.230
L.75.Reſtituere. ibid.
L.76.Dediſſe. eo.231
L.77.Frugem. eo.232

L.78.Interdum. to.1.233
L.79.Impenſæ. eo.234
L.80.In generali. eo.235
L.81.Cùm prætor. eo.236
L.82.Verbum Amplius. eo.237
L.83.Propriè. ibid.
L.84.Filium. eo.238
L.85.Neratius. ibid.
L.86.Quid aliud. eo.239
L.87.Vt Alphenus. eo.240
L.88.Propemodum. eo.241
L.89.Boues. eo.242
§.Hoc ſermone. ibid.
§.Interdum reddere. eo.243
L.90.Qui vti. eo.244
L.91.Meorum. ibid.
L.92.Proximus. eo.245
L.93.Mouentium. eo.246
L.94.Verbum Reddendi. eo.247
L.95.Poteſt. eo.248
L.96.Littus. ibid.
§.Prædia. eo.249
L.97.Cùm ſtipulamur. eo.250
L.98.Cùm biſſextus. ibid.
L.99.Notionem. eo.253
§.Continentes. eo.254
§.Inſtrumentorum. eo.255
L.100.Speciosas. eo.256
L.101.Inter ſtuprum. eo.257
§.Verum eſt. eo.259
§.Seruis. eo.260
L.102.Derogatur. ibid.
L.103.Licet. eo.261
L.104.Natorum. eo.262
L.105.Modeſtinus. eo.263
L.106.Dimiſſoriæ. eo.264
L.107.Adſignare. ibid.
L.108.Debitor. eo.265
L.109.Sequeſter. ibid.
L.110.Bonæ fidei. eo.266
L.111.Cenſere. eo.267
L.112.Littus. eo.268
L.113.Morbus. ibid.
L.114.Soluendo. eo.269
L.115.Quæſtio. eo.270
L.116.Quiſquis. eo.272
L.117.Non poteſt. eo.273
L.118.Hoſtes. eo.274
L.119.Hæreditatis. eo.275
L.120.Verbis. eo.276
L.121.Vſura. eo.277
L.122.Herennius. eo.279
L.123.Verbum Erit. eo.280
L.124.Hæc verba, Ille. eo.282
L.125.Nepos. eo.284
L.126.Si cùm fundum. eo.286
L.127.Veſtis. eo.288
L.128.Spadonum. eo.289
L.129.Qui mortui. eo.290
L.130.Lege obvenire. eo.291
L.131.Aliud eſt fraus. eo.293
§.Inter mulctam. eo.295
L.132.Anniculus. eo.297
§.Ante diem. ibid.
§.Falſum. eo.300
L.133.Si quis ſic. ibid.
L.134.Anniculus. eo.301
L.135.Quæreret aliquis. eo.302
L.136.Generi. eo.303
L.137.Ter enixa. eo.304
L.138.Hæreditatis. to.1.305
L.139.Aedificia. eo.306
§.Perfeciſſe. ibid.
L.140.Cepiſſe. eo.307
L.141.Etiam. eo.308
L.142.Triplici. eo.309
L.143.Id apud. eo.311
L.144.Maſurius. eo.312
L.145.Virilis. eo.313
L.146.Soceri. eo.314
L.147.Qui in cõtinẽtibus. ibid.
L.148.Non eſt ſine liberis. eo.315
L.149.Nam quem. eo.316
L.150.Si ita à te. ibid.
L.151.Delata. eo.317
L.152.Hominis. eo.319
L.153.Intelligendus. eo.320
L.154.Mille paſſus. eo.321
L.155.Proximi. eo.322
L.156.Maiore. eo.323
L.157.Quantum. ibid.
L.158.In vſu iuris. eo.325
L.159.Etiam aureos. eo.326
L.160.Cæterorum. ibid.
L.161.Illa verba. eo.327
§.Pueri. ibid.
L.162.Non eſt pupillus. eo.328
L.163.In vulgari. eo.329
§.Si quis ita. ibid.
L.164.Nomen filiarum. eo.330
§.Portionis. eo.331
§.Habere. ibid.
L.165.Veniſſe. eo.332
L.166.Vrbana. eo.333
§.Pernoctare. eo.334
L.167.Carbonum. eo.335
L.168.Pali. eo.337
L.169.Non tantùm. ibid.
L.170.Hæredis. eo.338
L.171.Perveniſſe. ibid.
L.172.Liberti. eo.339
L.173.Collegarum. eo.340
§.Qui extra. eo.342
L.174.Aliud eſt Promittere. ibid.
L.175.Faciendi. eo.343
L.176.Solutionis. ibid.
L.177.Natura. eo.344
L.178.Pecuniæ verbum. eo.346
§.Hæreditas. eo.347
§.Actionis. ibid.
§.Hoc verbum. eo.350
L.179.Inter hæc verba. ibid.
L.180.Tugurij. eo.351
L.181. Verbum illud Pertinere. eod. 352
L.182.Paterfamiliâs. eo.353
L.183.Tabernæ. eo.354
L.184.Inde tabernacula. eo.355
L.185.Inſtructam. eo.356
L.186.Commendare. ibid.
L.187.Verbum Exactæ. eo.357
L.188.Habere. eo.358
§.Cautum. ibid.
L.189.Facere. eo.359
L.190.Provinciales. ibid.
L.191.Inter divortium. eo.360
L.192.Hæc adiectio. eo.361
L. 193. Hæc verba Quanti. eod. col. 362
L.194.Inter domum. eo.363
L.195.Pronuntiatio. to.1.365
§.Familiæ. eo.366
L.196.Familiæ. eo.371
§.Fœminarum. ibid.
L.197.Indicaſſe. eo.372
L.198.Vrbana. eo.373
L.199.Abſentem. eo.374
L.200.Hæc ſtipulatio. eo. 375
L.201.Iuſta. eo.376
L.202.Cùm in teſtamento. eod. col. 377
L.203.In lege Cenſoria. eo.379
L.204.Pueri. eo.381
L.205.Qui fundum. eo.383
L.206.Vinaria. eo.384
L.207.Mercis. eo.386
L.208.Bonorum. eo.389
L.209.Coram Titio. eo.391
L.210.Is, qui natus. eo.392
L.211.Fundi. ibid.
L.212.Prævaricatores. eo.393
L.213.Cedere diem. eo.395
§.Aes alienum. eo.397
§.Lata culpa. ibid.
L.214.Munus. eo.398
L.215.Poteſtatis. eo.400
L.216.Verum eſt. eo.401
L.217.Inter illam. eo.402
§.Ita data. eo.403
L.218.Verbum Facere. ibid.
L.219. In conventionibus. eod. col. 405
L. 220.Liberorum. eo.407
L.221.Paulus. eo.411
L.222.Pecuniæ nomine. eo.412
L.223.Latæ culpæ. eo.413
§. Amicos. eo.414
L.224.Vinculorum. eo.415
L.225.Fugitiuus. eo.416
L.226.Magna negligentia. eod. col. 417
L.227.Ex illa. eo.419
L.228.Municipes. eo.420
L.229.Tranſacta. eo.421
L.230.Vt ſunt. eo.422
L.231.Quod dicimus. eo.423
L.232.Hæc enuntiatio. eo.425
L.233.Si calumnietur. eo.426
§.Poſt calendas. ibid.
§.Telum. eo.428
L.234.Quos nos hoſtes. eo.429
§.Locuples. eo.430
§.Verbum Viuere. ibid.
L.235.Ferri. eo.431
§.Fabros. ibid.
L.236.Qui venenum. eo.432
§.Glandis. eo.433
L.237.Plebs. eo.434
§.Deteſtatum. eo.435
§.Pignus. ibid.
§.Noxæ. eo.436
L.238.Duobus. ibid.
L.239.Pupillus. eo.438
§.Seruorum. eo.439
§.Incola. ibid.
§.Munus. eo.440
§.Advena. eo.441
§.Decuriones. ibid.
§.Vrbs. eo.442
§.Oppidum. eo.443

Titul. Legum, & §§.

§.Territorium. to.1.444
§.Verbum Suum. eo.445
L.240.Cùm quęrebatur. eo.446
L.241.In rutis. eo.448
L.242.Malum. eo.449
§.Inter proiectum. to.1.450
§.Plumbum. eo.451
§.Viduam. eo.452
§.Structuram. eo.453
L.243.Scæuola. eo.454
L.244.Si qua pœna. to.1.455
L.245.Statuæ. eo.457
L.246. *& vlt.* Apud Labeonem. eod. 459
§.Restituit. eo.460

II. Commentariorum in Codicem Iustinianeum.

TITVLI LIB. I.

I. De summa trinitate & fide catholica: & vt nemo de ea publicè contendere audeat. *to.3.*—
In Rubricam. eo.178
L.1.Cunctos populos. eo.180
L.2.Nullus hæreticis. eo.186
L.3.Nemo clericus. eo.188
Epistola, Inter claras. eo.191

II. De sacrosanctis ecclesiis: & de rebus & priuilegiis earum. *to.3.*—
In Rubricam. eo.197
L.1.Habeat vnusquisque. eo.198
L.2.Nemo Apostolorum. eo.201
L.3.Nemo Martyres. eo.202
L.4.Non plures. eo.203
L.5.Placet. eo.205
L.6.Omni. eo.208
L.7.Ad instructiones. eo.209
L.8.Sacrosancta. eo.210
L.9.Qui sub prætextu. eo.211
L.10.Iubemus. eo.212
L.11.Neminem. eo.214
L.12.Priuilegia. eo.215
Authen. Cassa. eo.217
L.13.Generali. eo.221

Tituli Libri II.

I. De edendo. *tom.3.*—
In Rubricam. eo.223
L.1.Ipse dispice. eo.226
L.2.Is, apud quem. eo.238
L.3.Edita actio. eo.252
L.4.Qui accusare. eo.269
L.5.Non est nouum. eo.273
L.6.Iustum. eo.275
L.7.Procurator. eo.277
Authent. Si quis in aliquo. eo. 284
L.8.Et quæ. eo.288

II. De in ius vocando. *tom.* 3.—
In Rubricam. eo.291
L.1.Sicvt. eo.293
L.2.Venia edicti. eo.298
L.3.Qui in potestate. eo.303

III. De pactis. *to.3.*—
In Rubricam. eo.305
L.1.Conditionis. eo.310
L.2.Post venditionem. eo.317
L.3.Seruus. eo.321
L.4.Postquam liti. eo.324
L.5.Creditori. to.3.327
L.6.Pacta, quæ contra. eo. 331
L.7.Debitori. eo.337
L.8.Si pascenda. eo.342
L.9.Cum posteaquam. eo.344
L.10.Legem. eo.346
L.11.Ex conventione. eo.348
L.12.Pacta nouissima. eo.351
L.13.In bonæ fidei. eo.357
L.14.Si pacto, quo pœnam. eo. col. 363
L.15.Pactum, quod dotali. eod. col. 368
L.16.Cùm proponas. eo.372
L.17.Pactum, quod bona. eo.375
L.18.Si creditores. eo.380
L.19.Licet inter priuatos. eo.387
L.20.Traditionibus. eo.393
L.21.Cum proponas. eo.401
L.22.Pactum curatoris. eo.406
L.23.Filius paciscendo. eo.409
L.24.Si actionem. eo.410
L.25.Debitorum. eo.413
L.26.Pacto successorum. eo.417
L.27.Petens. eo.421
L.28.Si certis annis. eo.426
L.29.Si quis in conscribendo. eod. 433
L.30. *& vlt.* De quęstione. eo.442

IIII. De trãsactionibus. *tom.* 3.—

In Rubricam. eo.456
L.1.Neque pactio. eo.458
L.2.Cùm te proponas. eo.462
L.3.Age cum Geminiano. eod. col. 465
L.4.Actione administratæ. eod. col. 469
L.5.Cùm te transegisse. eo.474
L.6.Cùm mota. eo.477
L.7.Transactionis. eo.483
L.8.De alimentis. eo.486
L.9.Si super possessione. eo.489
L.10.Fratris tui filiis. eo.492
L.11.De fideicommisso. eo.493
L.12.Præses provinciæ. eo.496
L.13.Interpositas. eo.500
L.14.Si diuersa. eo.503
L.15.Vt responsum. eo.506
L.16.Causas, vel lites. eo.508
L.17.Cùm proponas. eo.510
L.18.Transigere. eo.513
L.19.Sub prætextu. eo.522
L.20.Non minorem. eo.527
L.21.Cùm ea. eo.529
L.22.Si maior. eo.530
L.23.Nec intentio. eo.532
L.24.Siquidem. to.3.533
L.25.Si maiores. eo.535
L.26.Transactione. eo.536
L.27.Sanum mente. eo.537
L.28.Siue apud acta. eo.538
L.29.Sub prætextu. eo.542
L.30.Transactione. eo.545
L.31.Si de certa. eo.547
L.32.Si causa cognita. eo.550
L.33.Si pro fundo. eo.553
L.34.Cùm donationis. eo.555
L.35.Transactionem. eo.557
L.36.Si maior annis. eo.559
L.37.Promissis. eo.561
L.38.Transactio. eo.562
L.39.Quamvis. eo.563
L.40.Vbi pactum. eo.567
L.41.Si quis maior. eo.573
L.42.Si ex falsis. eo.585
L.43. *& vlt.* Iubemus. eo.590

Tituli Libri III.

XXXIX. Finium regundorum. *to.3.*—
L.5.Quinque pedum. eo.596
Conclusiones de hac materia propositæ, singulæ de singulis Vniuersitatis professionibus. eo. *511

Tituli Libri VI.

IX. Qui admitti ad bonorũ possessionem possunt, & intra quod tempus. *tom.6.*—
In Rubricam. eo.989
L.1.Bonorum possessio. eo.991
L.2.Si bonorum possessio. eod. col. 1006
L.3.Infantis nomine. eo.1008
L.4.Emancipata. eo.1009
L.9. *& vlt.* Vt verborum inanium. eod. 1012

X. Quando non petentiũ partes petentibus accrescant. *to.6.*—
L.*vnica,* Quoties pluribus liberis. eod. 1014

XI. De bonorum possessione secundum tabulas. *tit.11. to.6.*—
In Rubricam. eo.103
L.1.Pendẽte appellatione. ibid.
L.2. *& vlt.* Bonorum quidem possessio. eo.103

Index.

XII. De bonorum possessione contra tabulas, quam prętor liberis pollicetur. *tom.6.*—
L.2. *& vlt.* Posthumo nato. eod. col. 1047
Conclusiones VI. eo.1060
Axiomata (siue Conclusiones) alia XVII. *ex l. posthumo. ff. de bon. possess. cõtab. elicita.* eo.1082

XIIII. Vnde liberi. *tom.* 6. —
In Rubricam. eo.1083

XVI. De successorio edicto. *to.6.*—
In Rubricam. eo.1085

Tituli Libri VII.

XLVII. De sentẽtiis, quę p eo quod interest, proferũtur: *aliàs,* De eo quod interest, liber. *tom.3.*—
Enarratur autem hic l. vnica, Cùm pro eo. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. eod. *524

Tituli Libri X.

I. De iure fisci, *tit.1. to.2.*—
L.4.Certa forma. eo.91
L.9.Super creandis. ibid.

XXVII. Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare: & de munere sitoniæ. *to.2.*—
Rubricæ pars, De munere Sitoniæ, *examinatur.* eo.91

XXXI. De decurionibus & filiis eorum: &, qui decuriones habeantur: &, quibus modis à fortuna curiæ liberentur. *to.2.*—
L. 20. Cyrensium magistratus. eod. 92
L.26.Quidam ignauiæ. eo.93
L.57.Quinque summates. eo.94
L.59.Si quis spontaneos. eo.95

XXXVIII. De municipibus & originariis. *tom.* 2. —
L.1.Cùm te Byblium. eo.95
L.2.Si (vt proponis) ea. ibid.

XXXIX. De incolis: &, vbi quis domicilium habere videtur: &, de his qui studiorum causa in aliena ciuitate degunt. *tom.* 2.—
L.2.Nec ipsi, qui studiorũ. eo.95
XLI. De muneribus patrimoniorum. *to.2.*—
L.8.Nec protostasiæ. eo.96

XLVII. De excusationibus munerum. *to.2.*—
L.7.Negotiantes. eo.96
L.12.Maximarum. eo.97

L. Qui morbo se excusant. *to.2.*—
L.2.Cùm articulari. eo.98

LIII. De athletis. *to.2.*—
L. *vnica,* Athletis. eo.98

LXIIII. De excusationibus artificum. *to.2.*—
L.1.Artifices. eo.100
L.2. *& vlt.* Mechaniticos. eo.102

LXIX. De tabellariis, scribis, logographis & censualibus. *to.2.*—
L.4.Boethos. eo.103

LXX. De susceptoribus, præpositis, & arcariis. *tom.* 2.—
L.12.Si aliquid à susceptore. eo. col. 103

LXXI. De ponderatoribus, & auri illatione. *tom.* 2. —
L.2.Quoties. eo.104

Tituli Libri XI.

I. De nauicullariis, seu nauicleris publicis species transportantibus: & de tollẽda lustralis auri collatione. *to.2.*—
L.4.Cùm nauarchorum. eo.104

III. De nauibus non excusandis. *to.2.*—
L.2.Iubemus. eo.104

VI. De metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. *tom.2.*—
L.1.Perpensa. eo.104

VII. De murilegulis, gynæciariis, procuratoribus, gynęcij, monetariis, & bastagiariis. *tom.2.*—
Rubricæ pars de Gynæciariis & Bastagiariis, explicatur. eo.105
L.10.Lotas in posterum. eo. 106
L.15.Qui aut patre. eo.107

VIII. De vestibus olobericis & auratis, & de intinctione sacri muricis. *tom.* 2. —
In Rubricam. to.2.107

XI. Nulli licere in frænis, & in equestribus sellis & in baltheis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis. *to.2.*—
L.1.Nulli prorsus. *ibi,* De cucurniis. eo.108

XXIII. De frumento vrbis Constantinopolitanæ. *to.2.*—
L.1.Nulli ne diuinæ. eo.108

XXIIII. De annonis ciuilibus. *to.2.*—
L.2.Centum. eo.108

XXVII. De frumẽto Alexandrino. *to.2.*—
L.1.In æstimatione. eo.109
L.2. *& vlt.* Diurnos. ibid.

XL. De spectaculis, & scenicis, & lenonibus. *tom.* 2. —
L.1.Non invidemus. eo.109
L.2.Eos, qui agitandi. ibid.
L.3.Quisquis equos. eo.110
L.4.Si qua in publicis. ibid.

XLII. De aquæductu. *tom.* 2.—
L.1.Aquarum possessores. eo.110
L.3.Eos, qui aquæ copiam. ibid.
L.5.Si quis per diuinam. eo.111
L.6.Omnis seruitus. ibid.
L.7.Ad reparationem. eo.112
L.10.Decernimus. ibid.

XLV. De mamma. *to.2.*—
Rubricæ correctio. eo.113

XLVII. De agricolis & censitis, & colonis. *tom.* 2. —
L.9.Immunitates. eo.113
L.10.Cùm antea. ibid.

LI. De colonis Thracensibus. *to.2.*—
L. *vnica,* Per vniuersam. eo.115

LIII. Vt nemo ad suũ patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum. *tom.* 2.—
L.1.Si quis post hanc. eo.114

LV. Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre. *to.2.*—
L. *vnica,* In illis, quę metrocomię. eod. 114

LVII. De censibus & censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus. *tom.* 2.—
L.4. Omne territorium. eo.115

LVIII. De omni agro deserto: &, quando steriles fertilibus imponuntur. *tom.*2.—
L.3. Quicunque. eo.116

LIX. De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & pascuis, & limitaneis castellorum. *to.*2.—
In Rubricam. eo.116

LX. De pascuis publicis & priuatis. *to.*2.—
L.2. Insignis. eo.117

LXI. De fundis patrimonialibus, & saltuensibus, & emphyteuticis: & eorum cõductoribus. *tom.* 2.—
L.8. Omnes fundi. eo.117
L.14. Iubemus omnes. ibid.

LXV. De fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus. *tom.*2.—
L.4. Vniuersi.ij. eo.117

LXVIII. De prædiis tamiacis: &, de his qui ex colonis tamiacis, aliisque liberæ conditionis procreantur. *to.*2.—
Rubricæ pars de Tamiacis *expenditur.* eo.118
L.2.*& vlt.* Meminimus. ibid.

LXIX. De diuersis prædiis vrbanis & rusticis templorum & ciuitatũ, & omni reditu ciuili. *to.* 2. —
L.5. Si qui ex titulo. eo.118
L.6.*& vlt.* Hac in perpetuum. ibid.

LXXIIII. De priuilegiis domus Augustæ, vel rei priuatæ: &, quarum collationum excusationem habent. *to.*2.—
L.4. Absit, vt nos. eo.118

LXXV. De grege dominico. *to.*2.—
L.*vnica*, Propositis. to.2.119

LXXVII. De cupressis ex luco Daphnes, vel Perseidis per Ægyptum non excidendis, vel vendendis. *to.*2.—
Rubricæ correctio. eo.120
L.2.*& vlt.* Omnes iudices. ibid.

Tituli Libri XII.

II. De prætoribus & honoribus præturæ, & collatione, & gleba, & claui, & folli, & septem solidorum functione sublata. *to.*2.—
Rubricæ.l.j.& l.ij.enodatio. eo.121

III. De consulibus, & nõ spargendis ab his pecuniis, & de præfectis & magistris militum, & patritiis. *to.*2.—
Rubricæ explicatio. eo.122
L.1. Antiquitus statutum. eod. col. 123

IIII. De præfectis prætorio, siue vrbi, & magistris militum in dignitate æquandis. *to.*2.—
L.1. Præfectum vrbi. eo.123

V. De præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs: & priuilegiis eorum. *to.*2.—
L.2. Hac nostræ. eo.124

VII. De primicerio, & secundicerio, & notarijs. *tom.* 2.—
Rubricæ enarratio. eo.124

XIII. De comitibus & archiatris sacri palatij. *to.* 2. —
In Rubricam. eo.125

XVI. De silentiarijs, & decurionibus eorum. *to.* 2. —
In Rubricam. eo.125

XVIII. De præpositis laborum. *to.*2.—
In Rubricam. eo.125

XIX. De proximis sacrorum scriniorũ, cæterisq; qui in sacris scriniis militant. *to.*2.—
L.1. Repetita cõsuetudo. to.2.133
L.12. Septem diebus. ibid.

XL. De militari veste. *to.* 2. —
L.2. Provinciæ. eo.133

XLI. De metatis & epidemeticis. *to.*2.—
In Rubricam. eo.134

XLII. De salgamo hospitibus non præbendo. *to.* 2. —
In Rubricam. eo.134

L. De numerarijs & actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus siue scriniarijs, & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumque iudicum tã militariũ quàm ciuilium. *tom.*2.—
L.7. Actuarios. eo.134

LI. De cursu publico, & angarijs, & parangarijs. *to.* 2.—
In Rubricam. eo.135
L.4. Parhippum. ibid.
L.12. Quoniam veredorum. ibid.
L.13. Non patimur. eo.136

LII. De tractatoriis & statiuis. *to.*2.—
L.*vnica*, Tractatores. eo.136

LVI. De apparitoribus proconsulis & legati. *to.* 2. —
In Rubricam. eo.136

LVIII. De cohortalibus & principibus, cornicularijs ac primipilarijs. *to.* 2. —
In Rubricam. eo.137
L.3. Solita. ibid.
L.5. Quicunque. ibid.
L.7. Ordinariorum. ibid.

LX. De diuersis officijs, & apparitoribus iudicũ, & approbatoribus eorum. *to.*2.—
L.10. Hac sanctione. — —
§. Item scrinij sacrorum libellorum sic. eo.137

LXIII. De primipilo. *to.* 2. —
In Rubricam. eo.138

LXIIII. Publicæ lætitiæ vel consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum, & aliarum sacrarum, vel iudicialiũ litterarum, ex descriptione, vel ab inuitis nequid accipiãt immodicum. *to.* 2. —
L.*vnica*, Quicquid nostrorum. eo. col. 138

III. Commentariorum in Decretales Gregorij IX.

TITVLI LIBRI I.

XXIX. De officio & potestate iudicis delegati. *tom.* 6.—
c.13. Ex parte. ij. eo.1095
c.20. Gratum. eo.1099

XXXI. De officio iudicis ordinarij. *to.*4.—
In Rubricam. eo.330
c.1. Perniciosam. eo.345
c.10. Quod sedem Apostolicam. eod. 381

Tituli Libri II.

I. De iudicijs. *tom.*6.—
In Rubricam. eo.1108
c.1. Dequovultdeo. eo.1114
c.2. Decernimus vt laici. eo.1150
c.4. At si clerici. eo.1152
§. De adulteriis. eo.1157
c.6. Dilecti filij. eo.1159
c.7. Intelleximus. eo.1169
c.10. Cum non ab homine. I. 4.418 II. 6.1180
c.11. Quia G. eo.1189
c.13. Nouit ille, qui. I. 4.448 II. 6.1194

XII. De causa possessionis & proprietatis. *tom.* 6. —
c.1. Susceptis. eo.1203

XXIIII. De iureiurãdo. *tom.* 4.—
In Rubricam. eo.463
c.28. Cùm contingat. eo.478

XXVI. De præscriptionibus. *tom.*4.—
In Rubricam. eo.568
c.1. Placuit. eo.584

Tituli Libri III.

XIII. De rebus ecclesiæ alienandis vel non. *tom.* 6. —
In Rubricam. eo.1205
c.1. Non licet episcopo. eo.1206
c.2. Qui res ecclesiæ. eo.1211

Tituli Libri V.

XXXVIII. De pœnitentijs & remissionibus. *tom.* 6. —
c.12. Omnis vtriusque sexus. *lectura* I. eo.1215 II. eo.1217

IIII. Tractatuum, Orationum, & aliorum opusculorum.

I. Tractatus.

De verborum significatione libri IIII. to.1.col.1
Dispunctionum libri IIII. to.2.1
Prætermissorum libri II. eo.140
Parergôn, seu Obiter dictorum iuris libri XII. eo.173

Titul. Legum, & §§.

De magistratibus, ciuilibúsque & militaribus officiis liber I. to.2.495
Dignitatum ciuilium militariúmque in Oriente index. *eo.*504
Dignitatum tam ciuilium, quàm militarium in partibus Occidentis index. *eo.*507
De ponderibus & mensuris liber I. eo.520
Cl. Galeni Pergameni de ponderibus & mensuris liber, Andrea Alciato interprete. *eo.*530
Paradoxorum Iuris ciuilis libri VI. to.3.6
De singulari certamine liber I. eo.846
Consilium in materia duelli, excerptum ex libris Responsorum do. Andreæ Alciati. *eo.*890
De præsumptionibus tractatus, cum annotationibus Iohannis Nicolai Areletani. to.4.590

II. Orationes.

I. Oratio in laudem Iuris ciuilis, principio studij habita, cùm Auenione profiteretur. to.2.537
II. Oratio Ticini, dum profiteretur, in celeberrima academia habita. eo.543
III. Oratio Ferrariæ habita anno CIↃ.IↃ. XLIII, cùm primùm professurus illuc venit. eo.548
IIII. Declamatio Minutio transmissa. to.3.842
V. Oratio, dum Bononiam adscitus esset, & cooptatus in locum Pauli Parisij, ad publicè profitenda iura ciuilia, frequentissimo conventu III. nonas Nouemb. CIↃ.IↃ.XXXVII. pronuntiata. to.6.1221
VI. Prælectio in vespertinas lectiones Iuris ciuilis anni tertij, CIↃ.IↃ.XXXIX. eod. 1225
VII. Prælectio in Bononiensi schola, CIↃ.IↃ.XL. eod.1227
VIII. Oratiuncula, cùm Christianissimus Gallorum rex Franciscus Valesius lectioni suæ adesset, habita. eo.1229

III. Opuscula.

Annotationes in Cornelium Tacitum. to.2.553
Emblematum libellus ab ipso Auctore recognitus & auctus. tom.6. col. 1230

FINIS.

PRIMVS TOMVS HABET,

De verborum significatione libros quatuor. *col.*1
Item commentaria in tractatum eiusdem argumenti veterum Iureconsultorum, nempe in titulum PANDECTARVM *de verborum & rerum significatione.* *col.*123

Amplissimo uiro Francisco a Turnone archiepiscopo Biturig. Andreas Alciatus Iurecons. S. D.

A ILLVSTRIS *est nominis tui ubiq; gentium fama, amplissime pater, is per uniuersam Galliam de te circunfertur rumor, ut præstantia morum, eximioq; doctrinæ cultu præcellere te omnes prædicent: rarissimumq; tempestatis nostræ exemplum esse, quod diuina quadam prouidentia ortum hisce temporib. uideri possit, quibus tot calamitatib. indies Christianã rempub. affligi, & tot undiq; noxarũ ueluti examinib. opprimi cernimus. Sicut enim quoties humanis corporibus maxima morborum uitia inualescunt, tum summorum medicorum nobis manus necessaria est: sic in tanta Principum discordia, tantis bellorum tumultibus, reipublicæ interfuit, maximos etiam, & ut poëtarum princeps ait, pietate meritis q; graues uiros nasci, qui postquam deorum ira paulisper conquieuerit, tot urgentibus malis occurrant, tempestatumq; huiusmodi omnium nubila discutiant, è quibus præcipuum te futurum sperant, augurantur q; uniuersi. Nec id absq; ratione, qui eas omnes artes in te prælucere uideant, quæ ad hanc rem perficiendam sunt necessariæ, humanitatẽ singularem, morum integritatem eximiã, doctrinam præcellentem, siue Latinè, siue Græcè disserendum sit, facundiam inæstimabilem. Ad hæc huius rei felicibus Regi ipsi auspicijs factum à te tyrocinium nuper conspexerunt, cùm in Hispania pro uniuersæ Galliæ commodo ea cum Cæsare ipso pertractasti, quæ impetrari efficiq; posse nemo existimabat. Quapropter Christianissimo Regi incomparabilisq; uirtutis Heroinæ illustriss. regiæ sorori tam gratus es, ut nihil præclarũ, nihil serium, nihil quod ad rerum summam pertineat, absq; consilio tuo tractandum censeant. Quibus animi tui fortunæq; dotibus & ipse allectus, cùm literis meis salutem tibi dicere decreuissem, non censui id absq; munusculo aliquo faciendum. Extabãt inter legales nostras exercitationes commentarij, octauo abhinc anno me dictante, ab auditoribus meis excepti: qui siue quòd ab autore ipso supremam adhuc manum non accepissent, siue quòd per librorum traduces uitiarentur, non poterãt diutius absq; nominis mei nota inemendati agere. Eos (quòd & interpellantium, me scholasticorum uoces amplus ferre non possem) ut publicum acciperent, edituros, in manus rursus assumpsi, correctioresq; factos non mediocri auctario locupletaui. Proximis enim Vulcanalibus, quo tempore publicis à lectionib. propter uindemias feriamur, quatuor illis libros adieci. Hos omnes nomini tuo dicare, his te patronum nominare constitui. Cùm enim utriusq; Iuris sis peritissimus, nemo est qui facilius id patrocinium suscipere, susceptoq; rectius perfungi possit. Quod eo audentius à me factum est, quoniam nullo hanc rem labori tibi futuram sum arbitratus: alioqui non tam audax essem, ut arduis occupationibus tuis, nostros hosce commentarios ingerere, uel doctissimis studijs importunus ipse obstrepere uellem. Accipias igitur læta fronte, nuperà nobis communicatos studiosis omnibus, hosce libellos, qui non modicam Iuris ciuilis partem, Cimmerijs prius obuolutam tenebris, illustrant. Cùm enim in significatione uerborum, mentis q; coniectura ferè omnes lites uersentur, extricandum hoc argumentum assumpsi, quod ueterũ nullus condignè tractarat. Non me latet patrum nostrorum memoria Bartholomæum Veronensem, cui à cepis cognomentum, nescio quid hac id re compo suisse: sed eius dictata ad manus meas minimè peruenerunt, quòd hi, penes quos esse dicantur, ceu thesauros ea custodiant. at fortè thesauri, ut in prouerbio est, carbones erant. Mihi nõ libet temerè de illecto opere ferre sententiã, sed tamẽ res ipsa planè ostendit, rectè hunc tractatũ ab eo percipi non posse, qui ab humaniorib. studijs abhorreat: sicut nec uice uersa, qui hasce solas literas profiteatur, nisi idem iuris quoq; ciuilis disciplina præcellat, oleũ & operam hisce in responsis interpretandis perdit. Quod non eò à me dicitur, quòd impense humaniorum literarum professioni non faueam, earumq; cultores pro dignitate suscipiendos, colendos q; nõ ar-*

bitrer: sed quòd unaquæq; ars suos habet fines, & intra quos consistat cancellos, ut minimè de altera in alteram desultare facilè quis possit. Conuenit Iureconsulto oratoriæ artis scientia, facilioremq; aditus Quiritium aditum præstat: nõ tamen corpus efficit, solam eius superficiem colorat. Fuerunt maximi Iureconsulti Accursius, Bartolus, & id genus alij, qui etiam apud illos ueteres locum suum tenere potuissent, quos tamen constat ne summis quidem labijs alias artes attigisse. Quo fit ut eorum ineptam censuram non possim non admirari, qui grauissimo supercilio, & fluentisona, ut Lucretius ait, scaturigine, hoc solùm nomine in eos inuehuntur, quòd bonarum literarum fuerint rudes: quasi quisquam sanus ideo minoris excellentem Astrologum faciat, quòd Musicam ignoret: Galenum præstantissimum medicum damnet, quòd geometræ Euclidis circinum nunquam in manus sumpserit. Vix alium in uniuersa Legum sylua tractatum offendes, cui explicando adeò sint humanitatis studia necessaria: hic (fateor) absq; eorum notione intelligi perfectè nequit. Quapropter suarum uirium conscius Bartolus, quiq; post eum per manus hanc nostram doctrinã tradiderunt, quod ad hæc responsa attinet, nihil ferè scriptum posteris reliquere. Hunc ego aggressus, cùm pro utribus meis aliquãdiu elaborassem, ad umbilicumq; peruenissem, cognoui pro rei magnitudine adhuc nõ satis à me factum esse, nec enim sola Iureconsultorũ, quæ hanc sub rubricam congeruntur, responsa, omnẽ rem declarant. Necessariò itaq; manũ rursus tabulæ admoui, & quatuor hosce libros summa celeritate, & memet in horas præueniens (quod facere consueuerunt, quum paululum tantummodo deesse conficiendo negocio industrij artifices existimant) composui: qui qualescunq; sint, ingens afferunt uniuerso Quiritium iuri lumen, ut non dubitem, etiam si quicquam à me, idq; humanitus, erroris in eis commissum sit, à facili iusto q; lectore ueniã promeriturũ: quam & impetratu digniorem id facere debet, quòd bibliotheca mea ob bellicas calamitates Mediolani derelicta, cùm huc concessissem, commodatitijs libris, hisq; paucis tantum mihi negocium aggrediundum fuit. Erunt fortè qui maiorem elegantiam requirent, & ob Latinæ maiestatis condignam à me rationem non habitam, diem mihi dicent, quòd nimis plana humilisq; nostra oratio non schematis ornetur, nõ dictionibus ex antiquitate repetitis abundet, non Ciceronianorum uerborum maiestate refulgeat. Sed hi uelim sciant, hæc ab eo minimè expetenda esse, qui manibus quotidie Bartolos, Baldos, Alexandros, huiusq; farinæ autores uersetur, quiq; humanitatis studia non ex professo, sed obiter quandoq;, & aliud agens, interuisat. Ad hæc scenæ me seruire necessarium fuit: quotus enim quisq; ex legalibus mystis nostra legeret, si præter anxiam legum scrutationem, Cornu quoq; copiæ in manibus habendum illi esset, unde & antiqua uocabula addiscere, & figuratos loquendi modos percipere necesse haberet? Vix eorum conuicia ferre possum, quotidieq; cum eis mihi iurgandũ est, qui qualemcunq; hanc meam dictionem tanquam obscuram calumniantur, illudq; à uulgo exclamant, Indoctius loquare, sed apertius. Quid hi quæso facerent, si paulò elegantiore stylo nostratia hæc constarent? abijcerent manibus tanquam ænigmata, & inter Heracliti & Lycophronis tenebras connumerarent. Nec immeritò quidem id mihi accideret, qui cùm Vlpiani, aut Pauli planissimos, & absq; ullo sermonis scrupulo compositos commentarios declaraturum me profiterer, obscuriora ipsis autoribus tradidissem, interpreteq; ipse, uel potius natatore aliquo Delio indigerem. Satis igitur nobis fuit Latinè utcunq; scripsisse: elegantiam sermonis oratoribus permittimus, quanquam & ipsorum non modica laus sit perspicuitas. Sed cùm quælibet ars sua habeat uocabula, nobis necessariò nostris utendum: quæ tametsi aliquibus barbara & incondita uideantur, non idcirco tamen noua effingi oportuit, quæ nemo intelligeret. Verùm quid ego diutius pro me uerba faciã, qui huiusmodi accusatoribus non magis scribo, quàm Persio & Scipioni Lucilius? cuius exemplũ imitatus, ueteranorumq; iudicium reformidans, solos tyrones ad disciplinam uoco, quibus hæc in præsentia non aliam præsertim ob causam exhibenda duxi, quàm ut fidem meam aliqua ex parte liberarem. Pollicitus quandoq; fueram, resectis tot interpretum superfluis opinionibus, Iuris ciuilis prudentiã per quadringenta, & eo amplius, maxima uolumina dispersam, in unũ corpus colligere, & contextui ueterũ legum

annexis

annexis glossematis illustrare. Ad quod opus componendum me uelis remisq; (quod dicitur) properantem, necessitas ipsa, cui ne dij quidem, ut ille ait, resistunt, retinuit, properantiq; iniecit manum. Bellica enim clade censu afflicto, subire aduocationes, responsaq; consulentibus dare coactus, cùm alioquin ope mea censeri non possem, ad alias curas animum traduxi. Verùm ne omnino conturbasse promissionis meæ rationes uiderer, id cõtracti alieni æris in præsentia parte aliqua dissoluere constitui. Solent autem duri exactores æquo animo id omne ab his, qui foro cesserint, tametsi modicũ, accipere, & quicquid datur, in lucro reputare. Interim igitur augustissime Præsul, has lucubrationes tanquam eius operis specimen quoddam accipies, quas si probaueris, aliundeq; mihi proueniat commoditas, alacriorem ad cætera prosequenda animum feceris. Vale. Biturigibus, Calend. May, M. D. XXIX.

D. ANDREAE ALCIATI Iurisconsulti de uerborum significatione liber primus.

VM INVENta sint uerba, ut dicentis sententiam exprimant, meritò eius uoluntas in primis spectanda est[a]: cognoscitur autẽ ex eo, q̃d uerba ipsa indicant. Hæc quatuor modis accipiunt, ex proprietate, ex improprio, ex usu, & per interpretationem. Sigillatim igitur de omnibus uidendum. Et tripliciter proprietatem uerborum assumi Fab. Quintilianus lib. VIII. ostendit. Primus eius intellectus est sua uniuscuiusq; rei appellatio. Non tamen, inquit Fabius, quicquid non erit propriũ, protinus improprij uitio laborabit: cùm multa sint & græcè & latinè non denominata, quæ per translationem uel καταχρησιν necessariò dicimus: ut, iaculatus est sudem, uel pilam. Vnde quæ suo loco & bene translata sunt, propria dici possunt. Proprietas igitur nõ ad nomen, sed ad uim significandi referẽda, nec auditu, sed intellectu perpendenda est. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ sunt eiusdem nominis, & unde cætera deducta sunt: ut uortex, contorta in se aqua, uel quicquid aliud similiter uertitur: inde propter flexum capillorũ pars summa capitis, itemq; summi montes, propriè tamen ad aquam refertur. Sed iste casus mihi sub priore comprendi uidetur, & ad metaphoram ferè pertinere. Tertius, cùm res communis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium: ut cùm tabernaculum ducis Augustale appellamus, & tabernacula principum militiæ lex Principia appellat[b], & uenales, & nouitios pro seruis[c]. Hinc proprium etiam illud dictũ arbitramur, quo nil inueniri possit significantius, ut cùm Celsus inumbratam quietem furiosi dixit[d], qui in conspectu sanæ mentis uidebatur. Ad hanc speciẽ pertinet, cùm aliqua res speciali sibi nomine, & cõmuni cum alijs appellari potest: nam quod peculiarius sibi est, id eius est proprium: ut cùm adulteriũ in lege Iulia cum uxore aliena dicimus, propriè dicimus: cùm stuprũ, quia etiã cum uirgine, uidua, puero, meretrice cõmittitur, καταχρηστικῶς loquimur[e]. Præter Fabij declarationem quartus quoq; casus adduci potest, cùm res generali aliquo nomine appellatur: nec enim dubitandum est, quin species generi suo propriè inesse censeatur[f]. Eodem pertinet cùm uoce utimur quę lata significatione multa continet: nam omnia comprendi arbitrabimur: ut cùm lex inestabilem aliquẽ esse iubet[g], intelligetur, ut non solùm eius testimoniũ nõ recipiatur, sed nec ipsi quidem testimoniũ dici possit. Sic cùm lex municipalis petitionẽ concederet, etiam repetitionẽ concedi responsum est[h]: quia petere generaliter dicimus, sicut & dare quod reddimus. Eadem ratione appellatione diœcesis, ciuitatis quoq; ipsius, nedũ agri procurationem in legibus contineri creditur[i]. Sed & si quod uerbum sit, cuius specialis, itemq; generalis possit esse significatio, utroq; modo accipietur, nec altera censebitur impropria: ut cùm lex iurisdictionẽ alicui concedit, non de speciali tantum censebitur actũ, sed de mero quoque & mixto imperio[k]: quod & de adoptionis nomine dicendũ, quod generali annotatione etiam arrogationẽ continet. Idem quoq; dicendũ de his nominibus, quæ uariã significationẽ alicuius speciei habent, & non magis propriè uno q̃ alio modo accipiuntur: ut soror, significat enim utrinq; coniunctam, significat consanguineã tantũ, itemq; uterinam tantum. Cùm igitur sororis mentio fiet,

a l. Labeo. de suppel. leg.

b l. officium. de re mil.

c l. fi. de ædil. edict.

d l. quod de meo. §. i. de acqui. poss.

e l. inter. §. i. de adult.

f Bald. l. ij. C. de iur. aur.

g l. cum lege. de testa.

h Bart. rubr. fol. mat.

i c. j. de off. or.

k Alex. rub. de iur. om. iud.

quæ quoquo modo ex ſupraſcriptis caſibus cõiuncta ſit, continebit, idq; propriè. Aliud eſt cùm in altera ſpecie improprietas eſt, ueluti cùm dicimus Dominiũ, propriè de directo accipitur[a]: nam qui utiliter dominus eſt, abuſiuè uidet dominus: meritò igit ex ui uerbi hoc caſu potentior ſignificatio accipietur, quę ex proprietate deſcendit. Sed quomodo propriã ſignificationẽ dignoſcemus? Et crebriore ſententia proditũ eſt tribus modis fieri[b], ab autoritate, à diffinitione, ab etymologia. Non enim dubiũ eſt, id prudentiũ autoritati tributũ, ut quo dicendi modo uſi ſunt, & nos uti poſsimus, propriéq; dicere uideamur. A qua ſententia nec ego diſcedo, tametſi obſeruauerim quandoq; M. Tullium non ita arbitratũ uideri, qui facere contumeliam, Philippica III. impropriè dici cenſuit, hocq; nomine M. Antonium damnat, cùm tamen & Plautus in Aſin. & M. Cato hoc dicẽdi modo uſi ſint. Idem epiſt. lib. VII. Fabiũ Gallum reprændit, qui duo nos, ſcripſerat, quod tamen exẽplo Græci ſermonis defendi potuit, à quo nec Vergil. abſtinuit: Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. Sic A. Gellius Supereſſe uerbum latinum non eſſe pro defendere arbitratur, cùm tamen hoc ſignificatu apud Trãquillum in Auguſto reperiatur. Fuere & qui Poſsibile uocem probam nõ arbitrarentur, & græca mallent uti: ut Cicero epiſt. fam. lib. IX. Me πρὸς δυνατὸν ſcito ſecundum Diodorum iudicare. Et Iulianus[c]: Quia conditio ἀδύνατη, id eſt, impoſsibilis, pro non ſcripta habetur. Sed tamen aliorũ Iureconſultorũ autoritas obtinuit, ut Latinę ciuitati redita hæc dictio cenſeatur. De etymologia uerò & alluſione ita demũ proprietatẽ uocabulorũ cognoſci proditũ eſt, ſi diffinitioni non aduerſarentur, qua de re inferius loco ſuo à nobis tractatũ eſt[d]. Diffinitio autem in iure omnis periculoſa eſt: rarũ eſt enim ut nõ ſubuerti poſsit. Quapropter cùm diffinitio ſit propria & breuiter cõprænſa rerum ſubſtantiæ enarratio, quę genere, ſpecie, proprijs, & differentibus (ut inquit Quint.) cõſtat, nõ fermè multas huiuſmodi in iure reperies. Sed haſce ſubtilitates Iureconſulti Dialecticis reliquerunt, ipſiſq; ſatis habuerunt, ſi ſubſtantiam rei ex cõmuni regula deſcriberent, ut in dote & iudicio fecerũt, quod à nobis Parado xorũ V I. lib. tractatũ eſt. Quandoq; ſatis duxerũt, ſi genus & differentias ſolũ apponerẽt, quod in doli mali diffinitione cernere eſt[e]. Quandoq; ex modo per quem res introducta eſt, eam deſcripſerũt, ut in ſeruitute, & in ſtipulatione apparet. Quandoq; ab ipſo effectu, ut cùm appellationẽ diffinierunt eſſe primæ ſententiæ, quæ in pendenti ſit, reſciſsionẽ. Quãdoq; & tales diffinitiones retulerũt, quæ nõ niſi impropriè acceptis uerbis defendi poſsint: quod Decius annotauit[f], & ipſe in recentiorũ diffinitionibus uerum eſſe fateor, non in his quas ueteres tradiderunt.

EXPLICITO articulo quæ uerborum ſit proprietas, & quomodo cognoſcatur, uidendum eſt, quemadmodũ ea ſignificatio accipiẽda ſit. Et ab omnibus traditũ eſt, in quacunq; materia, etiam ſi pœnam irroget, eatenus uerba generaliter capi, quatenus ſermonis proprietas ferre poteſt[g], niſi aliam loquentis mentem coniiciamus: ea mens in diſpoſitione legis facilius dignoſcitur, q̃ in hominũ uerbis. Cuius rei illa eſt cauſa, quòd lex ſemper de ratione legis certa eſt, facileq; quęnam illa ſit, aſſequitur: at hominum incertos animi motus diſcernere nemo poſsit: unde & plerunq; uidemus uerba legum uberiorem interpretationẽ aſſumere, quàm in contractibus uel teſtamẽtis fieri ſoleat: quod infra lib. III. diſſeremus. Oritur tamen plerunq; ambiguitas, cùm de ratione legis nõ cõſtat: in qua re illud ſciendum eſt, ſi ratio in lege expreſſa ſit, ex ea & augeri & minui deciſionem: quoniam leges non tam in uerborũ forma, quàm in ratione conſiſtunt[h]. Si uerò non ſit expreſſa, ſed unica tantũ reddi probabiliter poſsit[i], idem cenſendum. Quapropter ſi in municipio lege ſucceſsionis exiſtentibus maſculis fœminæ excludantur, quoniã ex illa una ratione, id eſt, ſolo agnatorũ fauore id introductum eſſe etiam aduerſus Bart. ſententiam receptius eſt[k], ab huiuſmodi ratione & lex reſtringetur & extendetur. Quod ſi duabus rationibus quid conſtitutũ appareat, ſolet dici, altera ſublata, ſuſtineri nihilominus generalitatem legis[l]: q̃d utiq; & nobis uidetur, dum ſingulæ rationes efficaces ſint, & ſufficiant: alioquin quod ex duabus cauſis introductũ eſt, altera ceſſante extinguitur, cùm duo uincula arctius ligent. Ecce familia iniuriã prætori fecit, damnũ dedit, album corrupit, is ius uindictæ publicæ proſequitur, dominúsne pro omnibus tenebitur? Et lex teneri ait[m]: duplex enim hîc eſt ratio, nempe quia plura hæc cenſentur facta, item quia de publica uindicta agitur. Pone alterã ceſſare, ut quia unicum eſt factũ, puta furtum, homicidiũ, uel de priuata uindicta ſolùm agatur, certè his caſibus dominus pro uno ſolidum ſoluens, cæteros liberat[n]. Neceſſariò igitur ut legis diſpoſitio ſuſtineatur, oportet adhuc eam rationẽ uigere, quæ tali deciſioni ſufficiat: quo fit, ut licet quandoq; nõ tanta ratio ſupereſſe uideatur, ſuſtineatur tamẽ deciſio[o]. Cuius rei exemplum illud adducitur: Si quis hominẽ promiſit, partẽ ſoluendo nõ liberatur. Finge, is promiſſor deceſsit duobus hæredibus relictis, num alter dimidium hominẽ præſtando liberabitur? Et uideretur liberari, non enim ultra dimidium debet, quoniã lex XII. tab. obligationẽ diuiſit: nõ igitur tãta eſt ratio in hærede ſicut in principali, & tamẽ proditũ eſt nec hæredem liberari, ne in diuerſo homine contingat ſolutionem fieri. Quid ſi de ratione legis dubiteẽ, quia unicã tantũ afferri poſſe aliquis affirmet, alius uarijs rationibus motũ legislatorem contendat? Salic. pluribus rationibus motũ magis preſumit[p], Ego id plurimũ in arbitrio

a Soci. conſ. ult. uolu. ij.

b Bart. l. omnes pop. de iuſtit. & iur.

c l. an omnibus. de leg. j.

d l. tabernæ. j. eod.

e l. j. de dol.

f Deci. in rubri. extra de probatio.

g d. l. cùm leg.

h l. ſcire. de legi

i gl. l. quamuis. C. de fideicõ.

k in l. j. C. de adult.

l §. affinitatis inſtit. de nupt.

m l. ſi famil. d iur. om. iud.

n l. illud. ad l. aquil.

o Socin. l. ij. §. ex his. de uer. oblig.

p Sali. l. ſi ſerui. C. de no xal.

bitrio iudicis conſiſtere arbitror: nam ſi una tantum probabilis ſit, potius credendum eſt illi adhæſiſſe legislatorem. Quapropter in ſtatutis filiam dotatam excludentibus, etiam de ea actum intelligeẽ, cui in teſtamento patris dos aſsignata ſit[a], excluderetur̃q; fauore agnationis: quæ ſola probabilis eſt huius ſtatuti ratio, & quã uidemus etiã Iureconſultis ipſis quandoq; præ oculis fuiſſe[b]. Sed quid ſi ratio legis correcta ſit, an legem quoq; correctam dicemus? & Accurſius corrigi exiſtimauit[c]: quapropter cùm hodie lex noua etiã cognatos in ſucceſsione cum agnatis admittat, intelligetur & onus tutelæ deferre, easq; cõſtitutiones corrigere, quibus agnatis ſolis tutela defertur: quod accipiendũ cùm ratio legis huiuſmodi eſt, ut deciſioni ſit cõiuncta[d], ita ut altera ab altera proximè depẽdeat, alioquin ratione remota, ut ita dixerim, uel impulſiua correcta, adhuc lex uiget[e]. Idem dicendũ cùm legis ratio generaliter nõ corrigitur, ſed aliquo caſu tantũ[f]: nam & in illo quo que ſeruanda eſt lex, donec cõtraria cõſtitutione abrogetur[g]. Et hæc quidẽ de ratione legis dicta ſufficiãt, ex quibus ea poteſt colligi cõcluſio: Quamuis lex generaliter loquaẽ, reſtringendũ tamen, ut ceſſante ratione & ipſa ceſſet[h]. Cùm enim ratio ſit anima uigorq; ipſius legis, nõ uidetur legislator id ſenſiſſe, q̃d ratione careat, etiã ſi uerborũ generalitas prima facie aliter ſuadeat. Nõ procedit tamẽ id pronunciatũ quibuſdam caſibus. Primus, cũ id agitur, ne quis lucro priuetur: nam quia facilius lex permittit, ne quis lucretur, quàm ut damnũ faciat, potius ab huiuſmodi lucro arceri aliquem patiemur, q̃ generalis legis uerba arctabimus: idq; Bar. ſenſit[i]. Exempli cauſa: Mulier cum qua ob adulteriũ maritus diuortium fecit, lege Iul. prohibetur ſeruos intra LX. diem manumittere, ne quæſtioni ſub ducantur: quid ergo ſi ſeruus extra miniſteriũ mulieris fuerit, uel in prouincia, nũquid manumitti poterit? Et uidebaẽ poſſe, quòd hic ratio legis ceſſet, cùm nihil de adulterio ipſe ſciat, qui abſens fuit. Vlpianus tamẽ negat[k], q̃uis enim id perq; durum ſit, tamẽ lex ita ſcripta eſt. Interpretanẽ igitur Doctores hoc ita eſſe, quia ſeruus de lucro captando agit, nempe libertate acquirenda. Vnde cõſequenter propoſitã ſpeciẽ ſic finiũt. Lex eſt in municipio, quicũq; in palatio ſanguinẽ fuderit, tali lucro priuetur: chirurgus cucurbitula, uel ſecta uena ægrũ in palatio adiuuauit, in pœnã legis incidere exiſtimãt, cùm de lucri priuatione tractetur, q̃d ſecus eſſet, ſi de damno uitando ageretur. Sed hoc ego planè ridiculũ arbitror: quis enim exiſtimet uoluiſſe legislatorẽ medicã manũ, quæ præmio potius inuitanda erat, ulla penitus pœna afficere? & eam legẽ nõ coarctet ex ſubiecta materia, ut de ea ſanguinis fuſione intelligaẽ, quæ in ſpeciẽ uel leuis delicti cadat: meritò itaque fuerunt ex recentioribus, qui hanc deciſionẽ reprobarent[l], Nec me illud exemplũ legis Iuliæ mouet, quoniam in eo ſeruo nõ omnino ceſſat ratio legis, cùm, tametſi abſens, potuerit aliquid ex cõſeruis intellígere, uel de prio re dominæ uita atteſtari, deq; eius moribus, & priſtina inſtitutione: quę argumenta, q̃uis paulò remotius à certæ rei cognitiõe abſint, in hocq; legis durities uerſetur, tamen omnino aliena dici non poſſunt, & maximè in ſeruis, quorũ ingenia maiores noſtri ſuſpecta habuerũt, præſerim cùm nec damnũ libertatis eis inferatur, ſed differatur potius, cũ poſt ſexageſimũ diem nulla ſit prohibitio. Extat C. Caſſij Iureconſulti apud Cor. Tacitũ lib. XIIII. oratio, qua ille S. conſultũ Syllanianũ defendit, ſuadetq; ſeruos cæſo domino ultimo ſupplicio afficiendos, etiã ſi dura ea lex uideatur. Libet, inquit, argumẽta cõquirere in eo, quod à ſapientioríb. deliberatũ eſt. Sed & ſi nunc primũ ſtatuendũ haberemus, creditis ne ſeruũ interficiendi domini animum inſumpſiſſe, ut non uox minax excideret? nihil per temeritatẽ proloqueretur? ſanè cõſilium occuluit, telũ inter ignaros parauit. num excubias tranſiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cędem patraret omnib. neſcijs? multa ſceleris indicia præueniunt ſerui, ſi prodant. poſſumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios, poſtremò ſi pereundũ ſit, nõ inulti inter nocẽtes agere. & quæ ſequũtur. Hoc igitur & in propoſito quoq; legis Iuliæ exemplo dicendũ eſt. Secundus caſus eſt, cùm lex uerbis geminatis præter uniuerſalẽ dictionẽ utitur: nam tunc de his qui idonei nõ ſunt, & conſequenter in quibus ratio legis aliquo modo ceſſat, lex adhuc obſeruatur. Quapropter ſi ſtatutũ ſit, ut quicũq; quoquo modo aliquẽ occiderit, occidatur: non diſtinguemus dõlo an culpa necauerit, in ſui tutelã uel ne: & ita Salic. ſenſit[m]. Idem quãdo ſola dictio uniuerſalis adeſt, & ſuper actu iam cõceſſo diſponitur: tunc enim nõ reſtringimus ad idoneos, ne aliàs diſpoſitio eſſet ſuperflua: ut cùm Iureconſultus dixit, nunciationẽ omnib. diebus fieri poſſe[n], intelligitur etiã feriatis, cùm iam ex prætoris edicto nunciatio permitteretur. Idem etiã ſi de nouo actu agaẽ, dum tamẽ de re ad exemplũ fauore publico pertinẽte, tracteẽ. Quapropter ſi ſeruus necẽ dñi ultus fuerit, ex Senatuſconſulto libertatẽ acquirit, tam etſi aliàs ad libertatem peruenire prohibeatur[o]. Atq; hæc cõmuniter recepta ſunt, & in his ſibi locum uendicant, quæ iure ciuili non ſatis admitterentur. Quòd ſi impedimentum iure naturali uel gentiũ ſit, tunc ſemper lex quibuſcunq; uerbis cõcepta ſit reſtringitur, & de eo iure idoneis intelligitur. Promitten do dotem (inquit lex[p]) omnes cuiuſcunque ſexus conditionis q; ſint, obligantur: reſtringitur dummodo ætate ſint idonei, quia aliàs naturale impedimentum obſtaret. Quapropter ſupraſcripta lege homicidam puniente, putauerim in eum nõ animaduerti, qui in ſui tutelam occiderit, quoniam id iure naturali permiſſum eſt, nec in hoc Salicęti ſententiã

a Bart. §. Titio genero. de cõdict. & dem.

b §. cæterum. Inſtit. de leg. ag. ſuc.

c Gl. l. j. de legi. tut.

d c. miramur. de ſer. ord.

e l. j. in prin. de caduc. toll.

f Arct. l. ij. de uulg.

g c. à multis. de ætate & qualit.

h l. adigere. §. quamuis. de iur. patro.

i d. l. omnes populi.

k l. proſpexit. qui & à quibus ma.

l Salic. Alex. Felin.

m Salic. l. ij. C. de noxal.

n l. j. §. nunciatio. de ope. no. nunc.

o l. iij. utrum. ad Sylla.

p l. promittendo. de iur. do.

ſequor. Tertius caſus eſt, quoties lex aliquid pro forma obſeruari conſtituit certa ex ratione: nam ea ceſſante adhuc obſeruãda eſt forma, aliàs perperàm agitur. Quapropter ſi minor fundum ſterilem abſq; prætoris autoritate uendat, uẽditio eſt nulla [a]. Sic eccleſia etiã ſi utiliter & ex re ſua diſtrahat, tamen contractus eſt nullus, niſi forma à lege in huiuſmodi alienationibus requiſita ſeruetur [b]. Cuius rei hæc eſt ratio, quòd ea quæ ad rigorẽ iuris conſeruandũ conſtituta ſunt, ad unguem obſeruari debent, nec aduerſus eorum omiſsionem cuiquã ſuccurritur [c]. Habet aliquid ex iniquo (inquit C. Caſſius apud Tacitum) omne magnũ exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependit: nam & fuſo exercitu, cùm decimus quiſq; fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiunt. Putauerim tamen ſi ea forma non publico, ſed priuato tantũ fauore introducta ſit, aliud dicendũ. Quapropter licet de alimentis futuris ſine decreto tranſigi nõ poſsit, ſi tamen tranſactũ fuerit, utiliterq; creditor egerit, ratã eam tranſactionẽ prætor habet [d]. Idem credendũ cùm ratio formæ correcta eſt: quocirca q̃uis nepotẽ ex filio emancipato pater in teſtamento inſtituere uel exhæredem facere cogeret [e], idq; pro forma traditum eſſet, tamen hodie impunè præteribit [f], cùm ratio legis ſit correcta, quoniã emancipationis patriæq; poteſtatis differẽtia nouiſſimè ſublata eſt. Exceptis igitur iſtis caſibus adhærendũ erit regulæ, ut lex generalis ceſſante ratione reſtringat, cuius aliquot exempla proponemus. Lex mãdat, fratres filioſq; eorũ, qui principem occiderint, ad ſupplicium duci, nõ continebit is frater, qui cum homicida capitales inimicitias exercebat, idq; Decius reſpondit [g]: hæc enim lex etiã proximos gladio inſequit, ut hoc terrore dum ſuorũ ſaluti proſpiciunt, tyrannicidæ abſterreant: ueriſimile autẽ nõ eſt quenq; eius ſaluti uoluiſſe conſultũ, cui inimicitias denũciauerit. Lex iubet, qui ſanguinẽ in palatio fuderit, centũ ſolidis mulctari, nõ continebitur chirurgus, ut dixi, neq; tonſor, qui nouacula ſummã cutem inciderit. Lex cõſtituit, quemcunq;, cuiuſuis conditionis teſtari poſſe [h], intelligit de eo, qui naturæ uitio non impeditur, meritò nec furioſus nec pupillus poterunt teſtari. Lex ait: Contra inſtrumentũ uel ſententiam nulla exceptio admittatur, non cenſetur reiecisse niſi friuolas exceptiones [i], ne aliàs graue damnũ alicui inferatur, & contra ius naturale creditori bis idem ſoluat. Accedit etiam, quod in mandato uidemus: q̃uis enim generalibus uerbis conceptum proponatur, ad ea tamen non extenditur, quæ non niſi ſpeciali iuſsione demãdari ſolent [k]. Lex in ſucceſsione agnatos cognatis præfert, intelligit de agnatis maſculis, cũ appareat ita fauore agnationis conſtitutũ, quæ licet in fœminis ſit, tamen cum eis extinguit. Lex ſtantibus maſculis fœminas excludit, intelligit, ſi maſculi uelint uel poſsint ſuccedere, alioquin non obſtabunt fœminis. Dat præmiũ exulem capienti, intelligitur, & eum magiſtratib. exhibenti, alioqui fruſtra diceretur captus. & hæc quidẽ exempla ſufficiãt. Reſtringit autẽ diſpoſitio legis plerũq;, nõ quòd eius ratio penitus ceſſet, ſed quòd alia contraria ratio id ſuadeat, quæ efficacior ſit: cuius rei perfectã doctrinã qui tradere uellet, eũ oporteret quorũcunq; caſuũ rationes omnes perſpicere, & eis ceu in trutina poſitis perſcrutari, quæ prætualeãt, quod ego ſupra humanas uires eſſe arbitror. Meritò igit inſigniores tantũmodo frequentioresq; aliquos modos referemus, unde ad alios, ſi qui occurrent, diſcernendos uia ſtudioſis patere poſsit. Et in primis frequens is eſt modus, cùm interpretatione diſpoſitio reſtringitur, ea ratione quòd uerba debeant ciuiliter, & ſecundũ ius interpretari. In qua re duplex eſt tractatus, alter quid in hominũ, alter quid in legũ diſpoſitionibus. Primò ergo de hominũ actione uideamus, & in hoc generaliter à maiorib. tradita regula eſt, Vniuſcuiuſq; uerba ſiue in contractibus, ſiue in teſtamentis, ad diſpoſitionẽ iuris referri debere: quoniã quilibet ſecundũ leges ſiue Quiritiũ ſiue municipales agere uoluiſſe præſumit [l]. Id pronunciatum quatuor ſectiones recipit. Prima eſt, cũ diſpoſitioni legis uerba ex proprietate cõueniunt, licet mens alia præſumatur, tunc ſtamus uerbis: quoniam cõiectura mentis uerborũ proprietati ſuccũbit. Et ideo fideicõmiſſo, ſi uterq; hæredũ ſine liberis deceſſerit, fœminæ relicto, priore cũ maſculis mortuo, licet in alterius ultimo loco decedẽtis partẽ ea admittatur, tamẽ ſi ex lege municipali exiſtentib. maſculis fœminæ excluderentur, fideicõmiſſo locus nõ eſſet [m]: quoniã fœmina hîc ex præſumpta mente aduerſus uim uerborũ admittit, quæ præſumptio propter legẽ ceſſat: uidetur enim ex legis ſuæ ſententia teſtator noluiſſe fœminas ſtantib. maſculis admitti: atq; ita cõmuniter traditũ eſt. Eadẽ ratione propter eandẽ municipij legẽ receptum eſt, ſi pater filios ſuos inſtituat, de maſculis tantũ intelligi [n]: q̃uis enim appellatione filiorũ etiã fœminę cõtineantur, id non ex ſermonis proprietate, ſed per interpretationem ex præſumpta mente introductũ eſt, quæ præſumptio per coniecturã ſtatuti tollitur, & à proprietate uerborũ non recedimus. Et ideo quidã duobus filijs inſtitutis, cùm fideicõmiſſiſſet, uter eorũ ſine filijs decederet, ut ſuperſtiti reſtitueret eum, qui relicta filia deceſſerat, reſpõdit Dynus ad reſtitutionẽ teneri [o]: quoniã appellatione filij hoc caſu propter legẽ municipij nõ cõprænderetur fœmina. Quæ ſententia nobis quoq; placet, maximè ſi appareret teſtatorẽ etiã propriã filiã excluſiſſe, ut maſculos tantũ inſtitueret [p]. Secũda ſectio eſt: Quoties ſermonis proprietas repugnat, ad eam potius attendimus, q̃ ut imitatione legis quicq; factũ arbitremur. quapropter qui fratrẽ & eius filios hæredes inſtituit, ſimul eos propter coniunctę naturã uocaſſe creditur [q], q̃uis ex diſpoſitione legis in ſucceſsiõe prius pater q̃ filij admittant. Qua ratione eadẽ municipio cũ lex adſit, ſi pater filios, & filias inſtituerit, receptius eſt ſimul mares & fœminas admitti: q̃d Paul. Caſtrenſis, & Socin. probãt [r]: tametſi Ancharanus [s] prius maſculos, deinde eis non exiſtentibus, fœminas iuxta legis ſeriẽ uocari crediderit: Si tamẽ ultra legẽ municipalẽ aliæ coniecturæ adducantur, tunc aliter ſtatuendum eſſet: ueluti cùm præter legis aut naturæ ordinem, etiam inſtitutionis neceſsitas hoc ſuaderet, ut in patre filium & nepotes ex eo inſtituente [t]. Idem dicendũ quoties interpretatio fieret circa uerba ei nõ præiudicantia cum quo contrahitur, & quæ ſui natura ad terminos iuris referuntur: ueluti cùm quis fundũ emphyteoticum ſibi & filijs ſtipulatur: nam exiſtente huiuſmodi lege, quæ mares in ſucceſsione fœminis præferat, etiã ſi pater ſibi & filijs maſculis & fœminis ſtipulatus ſit, admittent tamen prius maſculi [u], quoniã pater filijs ſtipulando cenſetur uti hæredib. ſtipulatus: at ex lege hæredes ſoli ſunt maſculi. Tertia diſtinctionis ſpecies eſt, cùm uerba generaliter cõcepta ſunt, num fiat reſtrictio, & intentio à lege reguletur: qui caſus maximè ad rem præſentem pertinet, & hîc nõ modica eſt dubietas: uideretur enim reſtringenda, idq; Antonius Butrius ſenſit [x], dum uocatis à teſtatore per fideicõmiſſum proximioribus deſcendentibus, quæ uerba etiã propriè fœminas cõtinent, ipſe reſpondit, ſolos mares admitti, propter ſuprаſcriptã municipũ legem: nam etſi lex ſcripta ſit, uxore ſine liberis decedente maritus dimidiã dotis partem lucretur, pater qui à marito ſimpliciter ſtipulatus ſit dotẽ reddi, de dimidia ſolùm intelligẽ egiſſe: idq; Rayn. probauit [y], & pleriq; alij. Eôdẽ confert, quòd cõſtitutũ eſt hæredem, qui legata ſoluere generaliter promiſit, cauitq;, intelligi deducta Falcidiæ legis parte promiſiſſe, nõ integra [z]. Viden' igitur propter diſpoſitionẽ legis, generalem promiſsionẽ arctari? Sed tamen nõ arbitror à uerborum proprietate regulariter hoc caſu recedendũ: q̃d enim de toto dictum eſt, nõ poteſt ad partẽ reſtringi, citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriã, niſi quando uerba ad ius expreſſe relata fuiſſent, ut quia eam dotis reſtitutionẽ tibi facere promiſiſſem, quæ iure facienda eſſet [a]. Idem quãdo uerba eiuſmodi ſunt, ut ad ius referãtur, qualia ſunt in eo, quod Ant. Butrig. dixit, cùm quis proximiores deſcendentes uocat: intelligitur enim collectiua illa uox, ut eo ordine ſuccedant, quo ex lege admittuntur. In promiſsione uerò legatorũ ideo ſubaudit ſalua Falcidiæ portione, quia cùm eiuſmodi ſponſio iuſſu legis fiat, nõ eſt ueriſimile neceſſariò promittentẽ uelle ius ſuum donare: ſi tamen ex natura cõtractus quicq; actum creditur, nõ eſt dubiũ ex ea fieri reſtrictionẽ. Vnde ſi locator conductorẽ intra quinquenniũ non eijcere promiſit, intelliget cõductore penſionem ſoluente [b]: natura enim contractus etiã proprietati uerborũ præpollet [c]. Quarta ſpecies eſt, cùm nec uerba nec mens quicq; repugnant, ſed caſus eſt omiſſus, & tunc nõ eſt dubiũ ad diſpoſitionẽ legis referri. Vnde qui promittit ſoluere centũ, intelligitur de moneta à lege permiſſa. qui domũ conducit, intelligitur ſecundũ morẽ patriæ conduxiſſe. qui, quod uocant, feudum acquirit, in ea omnia ſe obligaſſe iudicabitur, quæ ex eius cõtractus lege dño ab huiuſmodi clientib. debentur. Et generaliter uerum eſt quod Bald. ſcripſit [d], qui aliquam actionem orditur, is legi de ea uerba facienti ſe aſtrinxiſſe uideri debet.

SEQVENS tractatus de plebiſcito municipali, quãdo iuxta antiquiores leges reſtringi debeat: & regula eſt, debere: quoniã ſtatuta ſecundũ ius cõmune interpretationẽ accipiunt [e]. Et quoties ſtatutũ de aliqua re, perſona, loco, uerba facit, de idoneo & habili ex iuris cõmunis diſpoſitione intelligitur [f]. Qua ratione ſi lex uel ſtatutũ de aliqua re argumẽtetur & decidat, reſpectu cuiuſcũq; alterius impedimenti aptitudinẽ præſumemus [g]. Ex hac regula q̃plurimæ quæſtiones finiri poſſunt. Lex ait: Inſtrumenta niſi intra menſem apud cenſorẽ inſinuentur, fide careant, nõ nocebit alienigenis ignorantibus, cũ hiſce terminus nõ niſi à die ſcientiæ iure cõmuni labat [h]. Rurſus lex: Exules & quicũq; ſolũ uerterũt, impunè reuertantur: qui ob falſi crimen exulat, reuerti nequibit, quoniã iure cõmuni generali abolitiõe de his actũ nõ uidetur [i]. Item lex: Qui cuiuſq; poſſeſsionẽ intrare uel aprændere auſus fuerit, ſoluat pœnã, nõ uidebunt in eam uindemiatores, fœniſecæ, meſſores, huiuſmodiq; artifices cõmiſiſſe [k], qui alieno iuſſu ingreſsi ſunt, ſed autor ſolus plectetur. Item lex: Qui ſibi debitũ æs decennio nõ exegerit, tempore excluſus eſto: qui agere ſuumq; ius petere nõ potuit, legis præſcriptione nõ ſubmouebit [l]. Item lex: Hæres hæreditarijs creditorib. ſolidũ ſoluat: intelliget niſi inuentariũ confecerit [m]. Rurſus lex: Inſtrumenta publica etiã miſſo in neruũ carcerẽq; debitore executionẽ habeant: nõ cenſebitur prouidiſſe, quò minus cedere bonis addictus poſsit [n]. Item lex: Victus uictori cenſeatur in expenſis cõdemnatus: intelligit Fug [o]. niſi iuſtam cauſam litigãdi habuerit. Lex ait: Vxore præmortua maritus lucretur dotẽ, intelligitur ſaluo iure liberorum prioris matrimonij: nõ enim per hanc tam generalẽ uerborũ formulam cenſeri debet illis quicquam damni illatum [p]. Sed quid ſi lucro ex ea lege facto maritus ad ſecundas nuptias tranſierit, an huiuſmodi lucrum filijs quos ex priore uxore ſuſtulit, reſeruare tenebitur? Et licet generalitas legis aliud ſuadeat, tamen receptius eſt reſeruari debere [q]: niſi conſtet nõ cõtemplatione matrimonij aut filiorum ita à lege conſtitutum [r], ſed potius ut ſpe lucri ad uxores ducendas uiri allicerentur: quæ cõiectura ex alijs quoq; ſtatutis deprændi poteſt. Lex ait:

a l.ſi fundus. de reb.eo.
b c. j. de rebus eccleſ. in vj.
c Bal. l. iuris. C. qui admi.
d l. cum hi. §. eã. de tranſact.
e l. inter cætera. de lib. & poſt humis.
f Bar. §. & quid ſi tantum.
g Conſil. lx.
h l. j. C. de ſacro ſanct. eccleſ.
i l. ea nobis. C. de adult.
k c. qui ad agen. de procu. in vj
l l. quidam. de uerb. oblig.
m Bart. l. hæredes. §. cũ ita. ad Trebell.
n Bald. Anch. l. tres fratres. de pact.
o Felin. c. ius gentile. j. diſt.
p Paul. conſ. cccx. caſus iſte frequen.
q l. quæro. ff. loca.
r l. inſulam. de præſc. uerb.
s Anchara. d. l. tres fratres.
t l. poſt dot. in iiij. lect. ſolut. matr.
u l. fi. C. ad leg. Falcid.
x Butr. conſ. ij. de conſtit.
y Bart. conſ. ij. de conſtit.
z l. gl. l. ſi prior. ſol. matr.
a c. Raymutius. de teſta.
b l. in his. de condi. & demon.
c Ancharã. d. l. tres fratres.
d l. gallus. de lib. & poſt.
e Bar. l. ut iuris. §. ut liberi. de oper. lib.
f Butr. conſ. ij. de conſtit.
g l. poſt dot. in iiij. lect. ſolut. matr.
h l. fi. C. ad leg. Falcid.
k l. quæro. ff. loca.
l l. inſulam. de præſc. uerb.
m Bal. l. ſi duo. de acq. hær.
n l. ij. C. de noxal.
o l. ut gradatim. §. j. de mun.
p Bald. qui teſtamento. de teſtam.
q l. genero. de his qui not.
r l. Lucius. ad S. C. Turp.
s g. l. in rem. §. tignum. de rei uend.
t l. fin. in fin. C. de ann. exce.
u l. fin. C. de iur. delib.
x Bal. l. j. C. qui bo. ced.
y Fulg. conſil. v
z Bart. l. hæredi. C. de ſecũ. nupt.
a l. fœminæ. C. eod. tit.
b Deci. auth. ſi qua. eod. tit.

Omnia inſtrumenta inſinuentur, ſi id factũ non fuerit, nullius ſit momenti: nõ comprẽdet inſtrumenta dotium, cùm ſpeciali dotis fauore iure ueteri inſinuatio in his ſublata ſit [a]. Lex mandat ſtari iuramento eius, qui damnũ paſſus ſit: poterit nihilominus iudex taxare, ad quam uſq; ſummã iurari debeat [b]. Lex inquit: Homicida quod fecit, expectet, & qui occîdit, occidatur: reſtringit, ſi dolo tamen occiderit. Lex enim Cornelia, quæ in ſicarios eſt lata, non niſi in eum qui dolo malo cedem patrauerit, locũ habet [c]. Lex ait: Suſpectus perpetrati facinoris in ius ueniat, alioquin exulet: ueniat intelligit & perſiſtat: quia lex antiqua nõ ueniſſe eum interpretatur qui non perſiſtit [d]. Lex inquit: Prætor cõtrouerſias arbitratu lureconſulti cõmuni partium conſenſu electi definiat: intelligitur de controuerſijs, in quibus probabilis ſit ambiguitas: claras enim ipſe nemine cõſulto decîdet [e]. Lex: Prætor agnatos ad cõpromiſſum cogat, intelligit, ſi aliquí litigatorũ petierint: nec enim nõ petenti ſe prætor exhibet [f]. quod & in ea lege pluries reſponſum eſt, quæ alienigenã ſatiſdare iubet: intelligit enim, ſi cautio petita fuerit [g]. Lex: Terraconenſis rex immobilia aliqua ne alienato: poterit nihilominus pro dote ab uxore accepta immobilia alienare, cùm de hoc caſu lex communis actũ non fuiſſe exiſtimet [h]. Lex: Debitor ſoluere nõ teneatur, niſi reſtituta ſibi ſyngrapha: non comprændetur qui ſyngraphã amiſiſſe iurauerit, dum acceptilatione, uel antapocha liberare debitorem ſit paratus [i]. Lex: Quiſquis triticũ uel uinum extra territoriũ aduexerit, plectatur: qui nõ in territorio, ſed alibi unde acceptum aduehat, non punietur. [k] qui item uinũ guſtus cauſa abſportauerit, impunè fecerit [l]: quod & in eo, qui uſus ſui cauſa abſportet, reſponſum eſt. Lex: Negociatorũ codicibus integra præſtetur fides, intelliget in his, quæ ad negociationẽ pertinent. Lex: Filij mercatorum ab his, quibus pater debet, cõueniri poſſint: intelligit, ſi patris hæredes eſſe uoluerint, idq; Bal. probat [m]. Lex: Mulier abſq; conſenſu agnati contrahere uel donare nequeat: poterit eccleſiæ donare, & alio modo in piam cauſam transferre. [n] Lex: In grauib. delictis triumuiri capitales liberè inquirant: nõ poterunt tamen, niſi precedente fama, uel legitimis indicijs [o]. Lex: Ob contumaciã exul poſſit impunè occîdi [p]: aliquis eũ armis occîdit, quæ licitè ferri nõ poterant: reſponſum eſt, legem prohibentẽ arma deferre, ſibi locum non uendicare, cùm quis fert, ut talẽ occîdat [q]: quod utiq; faterer, ſi exulem lex ceu hoſtem publicum iuberet occîdi: ſed aliud eſt iubere fieri, aliud pœna facientẽ liberare. Lex: Mortuo ſuccedãt proximi conſanguinei paterni: deceſſit aliquis relicto cõſanguineo utrinq; cõiuncto, itẽq; altero ex patre tantũ: Ancharanus utrinq; coniunctũ admitti ſolũ cenſuit, exẽplo luſtinianæ cõſtitutionis [r], Mihi uidetur uinculũ paternum in ſtatuentiũ conſideratione ſolum fuiſſe, quapropter nõ temerè à uerbis legis recederem. Lex: Mulier dotata non ſuccedat: intelliget, ipſi, qui dotem dedit, idq; de ſuo [s]. Quid ſi negat nubere, & mauult caſta uiuere? Reſpondeo, nõ ideo magis ſuccedet [t], cùm per eam ſtet, quo minus dotata dicatur [u]. Quid ſi qui dotẽ dedit, ſtipulatus fuerat eam ſibi reddi? & cùm appareat propter dotẽ eam excludi, ſuccedet, niſi hæredes mulieri ipſi ſtipulationẽ remittant [x]. Quid ſi minimã dotem conſequuta ſit? Reſpondeo, nihil refert, cùm agere poſsit, ut congrua aſsignetur [y]. Lex: Nepos auo materno, quantum ſit reſpectu legitimæ, ſuccedat, niſi quando eius hæreditati renunciatũ ſit: reſpondi ſecundum ius cõmune intelligi [z], & ideo ſi uiuo patre mater deceſſerit, eius renunciatio filijs nõ oberit. Lex: Publico documento debitor ſoluat nulla exceptione obſtante: poterit nihilominus obijci illud non eſſe publicum inſtrumentũ [a], actorem pugnantia inuicem dicere, uel legitimã perſonam ſtandi in iudicio nõ habere: quia pupillus, aut ſacer, abominatusq; eundem dolo malo petere inſtrumentum falſum eſſe, uel ſe non legitimè citatum, uel ui, aut metu contraxiſſe, uel ſimulatum fœnebrem ue contractum, uel iudicem incõpetentem, uel ſe ſoluiſſe, idq; manifeſtum eſſe, uel incontinenti probaturum. Admittetur & exceptio ex cõtractu ueniens: ut ſi uenditor precium petat, ego rem mihi traditã negem: itemq; quælibet alia exceptio ex alio ipſius legis capite deſcẽdens [b]. ſed hæc ſatis & ſuper. Quod diximus ſtatuta ſecundum leges declarari, reſtringiq; quibuſdã caſibus, non procedit, ueluti cùm uerba legis municipalis tam ampla ſunt, ut cõmodè & citra manifeſtam cauillationẽ reſtringi non poſsint: ut cùm lex dicit, maritus decedente uxore omni caſu lucretur dotem ſibi datam: durum eſſet reſtringere, ut ſaluum ius filiorum prioris matrimonij cenſeretur [c]. Idem ſi diceret, marito decedente uxore ſine liberis cõmunibus lucretur dotem: quorſum enim hîc mẽtio liberorum cõmunium, niſi ut qui communes non ſunt, reijciantur? Nam & receptiſsimum eſt, ſi ſtatutum aliter nihil operaretur, ſecundum leges nõ reſtringi. Quo fit, ut ſi conſtitutum ſit, poſſe reum perſonaliter uel ad domũ citari, arbitrio actoris permiſſum, utrum malit intelligamus, nec diſtinguatur, perſona reperiri poſsit, uel ne, cùm hac diſtinctione admiſſa nihil iuri communi adderetur, ſed ſuperfluum eſſet [d]. Nam etſi uictum uictori in expenſis condemnari iubeat, intelligemus etiã ſi iuſtam cauſam litigandi uictus habuerit, ne aliàs fruſtra ita conſtitutum ſit [e]: nec ulla iniquitas ſubeſt [f], cùm uictor de damno uitando & ipſe agat, cui æquius eſt ſuccurri [g]. Eôdem pertinet quod Bar. cenſuit, ſtatutum quo diſponitur ex præſcriptione dominium acquiri, de directo dominio intelligendum, ut aliquid iuri communi addere uideatur [h]. Quo argumento, cùm

[a] l.fi.C. de iure dot.
[b] Angel.l.uidea mus. §. deferre. de in litem iur.
[c] Iaſ.l. in actio. de in lit.iur.
[d] c.j.de ind.
[e] l.ille. §.j.de leg.iij.
[f] l.j.§.fi.de iur. delib.
[g] l.peto.§.fi.de leg.ij.
[h] Authent. res quæ. C. com. de leg.
[i] l.fi.C.de fid. inſtru.
[k] l.cætera. §.ſed ſi quis.de leg.j.
[l] l.j.C. quæ res expor.
[m] Bald.l.de quibus.de ll.
[n] Bal.l. generali. C. de ſacro ſa.eccleſ.
[o] c.j.de offic. ord.
[p] l.ſi cui.de ſeruit.
[q] Nel.in tra.in iij.temp.
[r] Auth.itaq;.C. cõmu.de ſuc.
[s] Bald. l. j.C.de leg.hær.
[t] Bald.l. matern C.de iu.dot.
[u] Bald.l.pactũ, C.de coll.
[x] Bal.l. fi. C.de dot.pro.
[y] Dec.auth.præterea.col.ij.C. unde ui.&ux.
[z] Alexand.d.l. pactum.
[a] l.non putauit. §.non quæuis. de con.tab.
[b] Modeſt.c. ex parte.ij.de offic.de.
[c] Roma. & Deci.d.auth.præterea.
[d] Bart.l.iij. §.ij de dam.infec.
[e] l.ſi quando.de leg.j.
[f] Iaſ. l. properandum.
[g] l.ſi ſeruũ. §.ſequitur. de uer bo.obl.
[h] Barto.l.iij.de uſucap.

to, cùm latis tribus ſententiis conformibus ſtatutum non pateretur eas tanquam nullas improbari, reſpondit Andreas Siculus [a], hoc intelligendum etiam ſi euidenter id conſtare diceretur, cùm etiam iure cõmuni exceptio huiuſmodi ſublata ſit. Aretinus quoque [b] cùm in ſtatuto diceretur à nulla mera interlocutoria appellari poſſe, etiã de eis intelligendum cenſuit, quę aliàs iure ciuili per appellationem retractari potuiſſent. Generaliter quoq; proditum eſt, quoties in ſtatuto rei iure communi iam conceſſæ extenſio ponitur, nullã fieri reſtrictionem [c]: quoniam hoc caſu proditum ſit, generalia verba ad aptitudinem non coarctari. quapropter ſi ſtatutum dicat, adverſus ſententiam nulla exceptio opponi poſsit, præter talem & talem, à verbis recedendum non erit, quæ clara ſunt, & ex quibus apertè oſtenditur, noluiſſe legiſlatorem ius cõmune ſequi: quod à Baldo traditum [d] frequentius receptum eſt: ſeruanda enim lex eſt, tametſi dura: & quicquid lex communis dicat, à municipali nõ recedendum eſt. Eandem ſententiam alia quoque ratione idem Bald. in hac ſpecie ſequitur. Ex lege municipali inducuntur certæ feriæ, num in caſibus, quibus feriæ iuris communis non ſeruantur, hæ quoq; ſeruari non debeant? & refert, inquit ille [e], an lex ſimpliciter indicat ferias, & intelligetur ſecundum ius commune: an verò procedat ulterius, quaſdámq; exceptiones inducat, & non reſpiciemus ius commune, cùm in caſibus non exceptis ſtandum ſit ſtatuto: quoniam regulam confirmat exceptio [f]. Hanc ſententiam & ipſe ſequor, dum tamen ſciamus hoc caſu regulam ipſam latiorẽ ſignificationem ex iure communi mutuari, ut in hac quæſtione. Lex Sacerdotij: Abſentes nec reſidentes, fructus non percipiant, præter infirmos & pontifici Romano deſeruientes: quid de eo, qui proprio epiſcopo obſequat? & is fructus percipiet, quoniam iure communi abſens non videtur [g], & ideo in regula ſtatuti non cenſetur comprænſus. Iaſon tamen in his alia ratione utitur: nã, inquit ipſe, cùm regula ſtatuti generaliter intellecta, multum operetur, debet exceptio reſtringi: quandoquidem parum refert, ſi quæ incidenter dicuntur ſuperfluant, dum principale ocioſum nõ ſit [h]. His amplius annotandum, ſtatutorum generalia verba ſecundũ legem non reſtringi, cùm ea iuris communis diſpoſitio, non tam effectũ reſpicit, quàm formulam verbalem: ut cùm ſtatutum auget filiorum legitimam, quam iuberet relinqui filio, exiſtimabitur ſufficere quoquo titulo relinquatur, etiam ſi nõ inſtitutionis iure pater reliquerit [i]: idq; verum arbitror, quoniam non tanti eſt ratio quæ luſtinianum mouit (nempe quòd titulus inſtitutionis ſit honorabilior) vt tam modica cauſa generalitas ſtatuti reſtringi mereatur. Nam etiam illud in confeſſo eſt, ex iuris communis extraordinariis diſpoſitionibus ſtatuta non reſtringi. Exempli cauſa: Lex iubet matrem ab agnatis excludi, nunquid à ſororis filio excludetur, qui iure quodã commentitio agnatus eſt [k]? & traditum eſt non excludi, nec de eo verba ſtatuti accipienda [l]. Qua ratione nec ab eo quidẽ iure reſtrictio ſumet, quod maximè cõtrouerſum ſit. Quapropter cùm lex maritũ vnà cum filiis prioris matrimonij generaliter in maternæ dotis ipſius partem ſolùm admitteret, reſpondi non eſſe prius deducendam à filiis ipſis legitimã, cùm id maximè cõtroverſi propter doctorum varias opiniones iuris eſſet [m], cuius non eſt veriſimile rationem vllã habuiſſe decuriones. Baldus tamen alia ratione prædicto in ſtatuto legitimam quoquo titulo relinqui poſſe cenſuit, quòd videlicet ſtatutum iuris correctorium ab eo interpretationẽ accipere non debeat. Quam rationem crebriore calculo reprobari conſtat, cùm ſemper ius commune obſeruemus, præterquã in eo quod expreſsè conſtat correctum. Ex ſuprà dictis igitur Baldi ratio diſtinguenda fuit. Generaliter tamen omnis huius materiæ cardo in eo verſatur, vt legis municipalis rationem ſpectemus, & ex ea veriſimiliter conſtituamus, ex iure communi reſtringenda ſit, an id minus. & ideo in pleriſque locis, vbi ſimpliciter conſtitutum eſt, maritũ vxore mortua lucrari dotem, excluduntur filij prioris matrimonij, nec fit vlla reſtrictio, eo colore quòd ratio ſtatuti fuerit, vt promptius mulieres nuberent [n], cùm alioquin viduæ propter legale [o] onus doti inhærens, viros æquales facilè non reperirent. Et ex his ſatis dilucidè explicauimus, quibus caſibus ſtatuta à iure communi reſtringi non debeant. Hoc tamen non omittendum, vbicunq; aliquis ex generalitate ſtatuti damnum indebitè pateretur, ſemper reſtrictionem ad ius commune faciendam. Ecce, lex ſcripta eſt, Inſtrumento à ſe facto nullus advorſum eat, nec hæres quidem: non cenſebitur prohibitus hæres advorſum ire, qui inventarium fecerit: quoniam iniquum eſſet de ſuo eum teneri, indebitéq; id damni ſubire: quamobrem fit hæc interpretatio, vt lex huiuſmodi potius ſit eluſoria, quàm vt iniquitas vlla tolleretur [p]. Nam generaliter fatendum eſt, quamlibet diſpoſitionem in legibus, reſcriptis, teſtamentis, contractibus, coarctari, ne iniquitas aliqua introducatur. Nec ex hoc ſolùm, ſed aliis & ferè infinitis cauſis fiunt huiuſmodi reſtrictiones, quarum alia certa regula adſcribi nõ poteſt, niſi vt iudex ſemper rationẽ legis præoculis habeat, & ex ea vel decretum moderetur, vel generaliter obſeruari iubeat. Duximus autẽ ex innumeris aliquas cauſas deſcribi operæpretium fore, vt hac quoque in re ſtudioſorũ laboribus conſuleremus. Hæ vt plurimum ex huiuſmodi prædicamentis conſiſtunt, perſona, re, qualitate, quantitate, loco, tempore, bono, malóve, iuſta excuſatione: de ſingulis igitur videndum. Et in primis ex perſona propter excellentiã à regula generali recedi quandoque videmus, quapropter lex [q] iubet dicibus mandans, vt ipſi ſententiam ſuam ex ſcripto pronuntient, in his ſibi locum non

[a] Barb.cõſ.18. in fin.lib.1.
[b] Aret.conſil. 105.
[c] Bart.d.l.j.§. nunciatio. de oper.no.nũc.
[d] l.ita nobis.C. de adult.
[e] In l.j.§.fin. de feriis.
[f] l.tribunus.§. fi.de teſt.mil.
[g] c.ad audientiã.de cle.non reſid.
[h] Iaſ.l.j.col.16. de offic.eius.
[i] Badl.l.maximum.C.de liber.præt.
[k] l.meminimus. C.de leg.hær.
[l] Iaſ. l. omnes populi.in fin.
[m] Decius conſi. 246.
[n] Curt.conſ.78.
[o] d.l.hac edi.
[p] l.fi.§.in com putatione. C. de iure delib.
[q] l.ij.C.de ſent. ex peric.

vendicat,qui excellenti dignitate prępolleāt, vt præfectus prætorio,vel episcopus. Nam & constitutū est, in generali excōmunicationis suspensionisve sententia, qui pontificiæ sunt dignitatis,non comprændi [a]:plurima enim illustribus dignioribúsq; huiusmodi concessa sunt, quæ inferioris gradus viris non permittuntur. Qui dignitate illustri pollet, non nisi ex scripto in ius vocari potest [b]: per procuratorem etiam in causa criminali litigat [c]. Qui cingulo militari decoratur, ex delicto suspendi nequit, cùm huiusmodi pœna soli plebeij afficiantur [d]. Is etiam si adversus eum aliquid indicij emerserit, quæstioni subiici nō debet [e]. Sic Doctor vel medicus ob æs alienū,vel munus aliquod in carcerem detrudi non potest [f]. Sic lex in mulierem compromitti prohibens, eam non comprændet,quæ excellenti dignitate splendeat [g]. Hinc fit, vt in generali vicarij mandato ea potestas cōcessa non videat [h],quæ illustrem personam submouere possit. Vnde nec archiepiscopi vicarius episcopum iudicabit,nec municipij potestas ius in senatorem dicet.quòd si quis ius in illū decernendi habeat, mitigare tamen in pœnā tenebitur, eiúsq; honori,quantum in se erit,deferre [i]. Quod tamē in pœna corporali intelligitur: nam in pecuniaria nobiliores grauius plebeiis mulctant [k]. Cæterùm & ad hæc pertinere videntur, quæ propter concedentis amplam dignitatem indulta in iure reperiuntur. Ecce,in albo potiores partes habent, qui & tempore priores fuerunt:nisi tamen maiori dignitatis excellentia præpolleat,qui posteriorem elegerit [l]: nam & in sacerdotiis in ambiguo prior præsumitur, isq; cæteris præfertur, quem Romanus Pontifex designarit [m]. Quod etiam adversus iam receptum in Canonicorum ordinem extenditur: is enim nihilominus propter Pontificis autoritatem illi cedet [n]. Propter excellentem quoq; scientiam à communibus iuris regulis recedimus: vnde quamvis Doctor extra patriam suam profitens ab onere tutelæ in patria non sit immunis, si tamen valde in disciplina emineat, ex rescripto diui Pij excusabitur [o]. Sic ex delicto ad bestias damnatus, propter singularem artificij scientiā ad preces populi ex indulgentia principis poterit veniam consequi [p]. Sic edictū prætoris minori XXV. annis restitutionem in integrum concedens, in minore summæ peritiæ & perquàm industrio non obseruabitur [q]. Sed an ipso iure excellens sciētia prosit,an verò solum iustā principalis indulgentiæ causam præstat? Et puto principem adeundum: sicvt videmus illegitimum absque Pontificis Romani dispensatione in episcopum eligi non posse, tametsi tali excellentia polleat [r]. quod & in eo constitutum est, qui duplex sacerdotium propter doctrinæ summam peritiam postulat [s]: standum enim in hoc quoque regulæ est, nisi summus Pontifex eum exemerit. quantum tamen sit respectu excusationis à tutela, aliud obseruabitur: quoniam diui Pij rescriptum in corpore iuris comprænsum est. Propter indolem quoq; & spem futuram huius doctrinæ multa contra regulas recepta sunt:quapropter tradítum est eos,qui optimi sint ingenij,posse ad doctoratus,vt vocant, apicem promoueri [t],tametsi adhuc non multum profecerint, si spes futuræ diligentiæ subsit. Cui non absimile,legum candidatū studiosum & bonæ spei, imperito Doctori præferendum esse [u]:in quo tamen potest distingui, vt priuilegia Doctoribus concessa eorum personam respicientia indoctis nō competant:quapropter sibi obstrepentem vicinum fabrum domo non eiiciet [x]: ab oneribus immunis non erit [y]. quòd si ad ordinem ipsum pertineat,secus est.Non subiicietur ergo Doctor quæstioni,quoniam inde nota & dedecus in eius dignitatis cæteros viros suboriretur [z].Eadem ratione putauerim in suprascripta quæstione debere scholasticum ei de via decedere [a], cùm cæterorum id propter popelli opinionem interfit. Propter vitæ integritatem, & sanctimoniam autoritatémque hominis à regulis communibus quandoque recedimus [b]: quales sunt, post publicata testimonia neminem vlterius rogandum:consanguinei testimonium suspectum esse,sicvt & iudicium: nam propter notam viri probitatem (quanquam hæc rara auis) aliter quandoque iudicabimus [c]. Sic iudicem absoluit responso suo Angelus,qui causę capitalis accusatum magnæ existimationis virum, non in compedibus ius dicere iusserat [d], sed vrbem pro carcere,etiam absq; vadibus,assignauerat,cùm is violato iureiurando solum vertisset. nam & tutor legitimus satisdare debet: si tamen honestate probitatéq; præcellat, hoc ab huiusmodi viro non expectabitur [e]. Quapropter quamvis quisquis immobilia non possidet, iudicio sisti satisdare tenetur, si quis tamen alioquin sit promissi tenax, & à mendacio abhorrens, propè est vt eius sponsioni stetur [f].Qua ratione cùm statutum esset,vt quilibet iuxta qualitatem personæ satisdaret, respondit Baldus, eum qui probis sit moribus, & spectatæ fidei, liberari [g],si iuramento cauerit: tametsi satisdare solùm is dicatur,qui fideiussoribus creditori consulit. Sed & illud constat,quamvis arbiter extra locum compromissi sententiam dicere non possit,propter tamen hominis autoritatem indulgendum, vt etiam in secessibus rem finire possit [h]. Ex historia quoque proditum est, Ambrosium, Nicolaum, Seuerum, cùm prius sacris initiati non essent, in episcopos tamen electos fuisse [i]: quod propter singularem vitæ integritatem toleratum fuit, cùm alioquin antistes esse nequeat, nisi qui antea iamdiu sacra tractauerit. Propter hominis quoque desidiam socordiámque, multa contra regulas constituta sunt. quamobrem quamvis procurator post litem contestatam submoueri non possit, si tamen iners & contumax appareat, iustè revocabitur [k].

Sic & tutor eadem nota invstus & suspectus, poterit etiam officio iudicis amoueri [l]. Sic

a c.vbi.de sent. excōm. in vj.
b l. quoties.C. de dig.
c l.fin.C.de iniuriis.
d l.desertorem. §.pœna.de re milit.
e l.milites.C.de quæst.
f l.ne quis.C.de aduoc.di.iudi.
g c.dilect.de aratribus.
h c.j.in fi.de offic.ord. in vj.
i c.ij.de offic.de leg.in vj.
k l.properandum.§.fin autem vterq;.C. de iud.
l l.ij.de albo scrib.
m c.si à sede.de præben.in vj.
n c.hi qui auct. eod.tit.
o l.sed reprobatum.§.amplius. de excus.tut. pl.ad bestias.de pœnis.
p c.innotuit.de elect.
q l.j.C.qui & aduers.quos.
r c.innotuit.de elect.
s c.de multa.in fin.de præb.
t Innoc.c.cum in cunctis. de elect.
u gl. l. j. C.de ann.ciuil.
x' l.si.l.j.in fin. fol.mat.
y l.j.C.de colleg.
z l.j.C.de tyro.
a Felin.c.clerici.de iudic.
b l.si.l.iubemus. C.de iudic.
c l.ij.in prin.de testib.
d l.si à bonæ.de rei vend.
e l.legitimos.ff. de leg.aug.
f Paul.l.si quis pupilla.sit Sicibum.§.fi. de verb.
g l.abstinendū. C.quorum appel.
h l.si cùm dies. §. si arbiter. de arb.
i §.his omnibus. lxj.distinct.
k l.eum qui res. C.de procur.
l l.hæc enim.§. fin.de suspect. tut.

Sic q̄uis ex regula nemo iuri suo renunciare cogi possit, si tamen aliquis episcopus ita oscitabundus & curarū negligens sit, ut aliquid inde periculi diuinis domib. immineat, poterit in hoc adigi, ut sacerdotio illi cedat [a]. Quo exemplo etiā uidemus conductorē ab ædibus [b],emphyteotam à fundo [c] deturbari, si in re malè uersetur: quod & in cliente, quē uasallum uocāt,receptum est [d]. Et quæ de tali desidia traduntur, in nimia quoq; seueritate locum habent,cùm,ut Neruæ Imperatori dictum fuit, æquè malus is princeps sit, sub quo omnia licent, atq; is sub quo nihil licet. Hinc uidemus inuitum dominū, ut seruum distrahat, cogi, quem nimia sæuitia durius, quàm æquum fuit,afficiebat [e]. Sic & paterfamiliās quamuis emancipare filium nō sit cogendus,si tamen ultrà quàm paternæ pietatis officium suadeat,malè eum habuerit,iudicis autoritate cogetur [f]. Vnde etiā uir ab uxore separat̄,qui nimium morosus,sæuusq; sit [g]. Sed & ex hac causa societatem dirimere permissum est: durū est enim cum rixoso homine diutius cōuersari [h]. Præceptoris quoq; nimia sæuitia,ut lex ait,culpæ adscribitur. Cæterum inimicitia quoq; & hostilitas plurima innouari iubent: quocirca in grauissimis delictis,qualia sunt impietatis in Deū,læsæ maiestatis in principem, sacerdotij per sordes, & ambitū(simoniā uocant)acquisitio,etiam si illegitimæ probationes admittantur, inimicitam tamen testimoniū recipiendū nō est [i]. Sic & lex aduersus fœneratores lata, non intelligitur eum comprændere, qui iusto hosti fœneratitiam pecuniam dederit [k]:nam & lex Pompeia parricidam culeo insuens, de eo non intelligit̄,qui parentes patriæ publicos hostes obtruncarit [l]. Quod ut uerum sit, non tamen laudandus est, qui iura naturalia sic contemsit. [m] Eadem ratione traditum est, hosti impunè uiolandam fidem [n], præterquam cùm ei aliquid specialiter promissum est [o]. Sed ambas hasce quæstiones ex Philosophorū sententia M. Cicero lib. de Officijs III. elegantissimè explicat:is igitur adeundus. Propter personarum affinitatem legis generalis plerunq; fit derogatio,ut in hisce speciebus. Lex est: Cum eo cui sacris interdictum sit, nemo quicquam cōmune habeat, ad se uenientem auersetur, colloquio non dignetur: non intelligentur prohibiti cōsanguinei [p]. Quo sensu & lex in receptatores scripta [q], & edictum prætoris de seruo corrupto,ad proximos nō trahentur. Sed nec lex quidem prohibēs aduocato aduersus rempublicam patrocinari, uetabit quò minus me meosq; tuear [r]. Sic & S. C. Syllanianum, quo hæres scriptus non prius hæreditatem adire potest, quàm defuncti testatoris necem ultus fuerit,non censebitur patri necessitatem imponere, ut filium accuset [s],nec uice uersa filio,ut patrem deferat: nam nec tutor pro pupillo subire iudiciū tenebitur aduersus proprios cōiunctos [t]: quod & ad aduocatum producendum est, ut usq; ad quartū gradum aduersus consanguineos causam dicere cogi nō debeat [u],cùm lege Iulia Papia Iudiciorū publicorū, nec testi quidem denunciari possit, ut testimoniū uel aduersus sobrinis genitos dicat [x]: & militi emāsori detur uenia, qui affectioni parentum & affinium hoc dedit,ut aliquandiu à signis abesset [y]: & quicunq; coniunctos in iudicium uocarit,quorum in edicto prætor mentionē fecit, qualemcunq; fideiussorē iudicio sistendi causa accipere teneat̄ [z], cùm alioquin non nisi idoneum accipere cogeretur. Huiusmodi enim affectioni non parum à legibus tributum apparet, cùm potissima ex ea in dubijs rebus coniectura assumat̄. Quapropter etiam quādo appellatione filiorum nepotes non continentur, tamen de eis actum censebitur, quos auus loco filiorum habere tractareq; solitus est [a]. Sic in legato facto Sempronio,ne cùm plures Sempronij sint, ex incertitudine uitietur, de eo intelligemus, cui maximè testator afficiebatur [b]:nam & legatū sacerdoti q̄uis ecclesiæ factum censeatur, si tamen is sacerdos affinitate uel alia affectione testatori iunctus probaret̄, promptius est ad eum, quàm ad ecclesiā pertinere [c]. Et quæ de consanguinitate dicta sunt, in magna quoq; amicitia locū habēt: quapropter ex testamento imperfecto fideicōmissaria libertas alumnæ ob magnam testatoris dilectionem debetur [d]. Iudex ob amicitiæ licitum ardorem amici nocentis pœnam mitigare poterit, nec idcirco sordium, aut gratiæ reus fiet [e]. Et in legatis licet propter ambiguitatem minor summa debeatur, tamen propter magnam amicitiam quandoq; interpretabimur maximam deberi [f]: quod & in stipulatione receptū est [g]. Eadem ratione etiam defensionis causa potest amicus in iudicio stare, cùm alioquin absque mandato alius pro alio nō audiat̄: quod intelligendum in eo, qui arctissima familiaritate iungatur, & cuius gesta soleat absens rata habere [h]. Quòd si quicquam ex amicitia, uel affinitate in aliquibus personis introductum est,id maximè inter patrem & filiū obseruabitur, cùm nulla possit esse arctior coniunctio. Hinc fit, ut quamuis lex quemlibet administratorem rationes reddere uelit, patrem tamen eximat [i], qui quantum ad filium attinet,aneclogistes est, & pares cum eo sem per rationes habet: quapropter si filio restituere hæreditatem grauatus sit, interim nullam cautionem præstabit [k]. Sic magistratus aut miles, licet in prouincia emere prohibeatur, paterna tamen bona, quæ à fisco distrahuntur,sibi addici iure procurabit [l],nec legis laqueis tenebitur. Sic doctoris filius in patris demortui locū exclusis cæteris succedet [m]. Possent ad hanc rem & alia pleraq; facientia adduci,quę sciens prętereo. Propter personę quoq; paupertatem à generali lege quandoque recedimus: quapropter in multitudine causarū, ante cæteras, pauperū cōtrouersias iudex definiet [n]: eorū alimoniæ, si in carcere

a l.ædē.C. loca.
b auth.qui rem. C. de sac. san. eccles.
c c.j.§.quicunque.de pa.ten.
d l.fin. si quis à par.
e l.ij.§.j. de his qui sunt sui.
f c.literas.de re stit.spol.
g l. si conuenerit.pro soc.
h xiiij.q.iiij. ab illo.
i c. per tuas. de sim.
k l.minimè.de relig.
l l.si adulterii. §. liberto. de adult.
m xxij.q. ij. dominus.
n l.j.§.non fuit. de dolo.
o c.inter. de sent. excōm.
p l.fin. de rece.
q l.pen.de post.
r d.§.liberto.1.t son l. j. C. de his quib. ut indig.
s l.humanitatis. C.de excusat. iud.
t l.hæc enim.§. fin.de suspect. tut.
u l. petitionem. C.de aduoc.diuer. iud.
x l. lege Iul. de testib.
y l.qui cū uno. in fin.de re mi litari.
z l.ij.§.ij.qui sa tisd.cog.
a l.alimenta. §. j.de alim. leg.
b l.si quis seruū. §.si ita.de le.ij
c c.requisisti. de testa.
d l.in testamento.de fi.lib.
e gl.c.nisi.de offic.deleg.
f l.si seruus pl. §.fin.de leg.j.
g l.capienda.in fi.de reg.iur.
h Bar.l.non solum.§.qui alieno.de proc.
i l.fi.§.illo pro cul.C.de bon. quæ lib.
k l. Imperator. ad Trebell.
l l.qui officij.de contrah.emp.
m l.iij. C.de aduoc.di.iud.
n j.q.j.c. in primis.

detineantur, prouidebit[a]: tabellionem, ut documenta illis etiam gratuitò edat, ex officio coget[b]. Si quis ob inopiam nõ appellauerit, uel post prouocationem fatalia labi permiserit, eum restituet[c]: mulctã etiam, si eius portio collitigatori debeatur, abolebit[d]. Illud enim constat, paupertati à legibus multa indulgeri, quæ omnia recensere præsentis ocij non est. Nam & nõ solum ex paupertate, sed etiam propter personæ ignobilitatẽ pleraq; aduersus iuris cõmunis regulas introducta reperire est. Pater etiã inuito filio illi factam iniuriam remittere potest: si tamen uilis abiectaq; persona sit, remissio filijs, qui honestam personam sustineant, non nocebit[e]. Sic quamuis filia de dote, nisi ex consensu patris agat, non tamen de eo intelligemus, qui uilis, fœdioreq; uita sit[f]: nam & ex contrario, lex liberis aliquod beneficiũ propter patris honorem indulgens, ad eum filium nõ porrigitur, qui turpẽ uitã maculosamq; agat[g]. De huiusmodi quoq; intellexisse non uidebitur, cùm infamiæ notã inurit[h]: his enim infamia pœnæ loco non esset, quare seuerius uindicandũ. Quapropter meritò Baldus cũ lex generaliter mulierem in carcerem duci uetaret, de ea non agi respondit, quę meretrix, libidinibusq; infamis, & extra legis Iuliæ pœnas ob uilitatẽ sit[i]. Et hæc quidem, quod ad personas attinet, sufficiant. Ex re fit quandoq; legis generalis restrictio, idq; uarijs ex causis, ueluti propter rei tenuitatẽ, sterilitatem, melioratiõnem, & si qua huiusmodi, quorũ exempla plurima in iure habemus. Decuriones propter senectutem in curiã uenire non coguntur, & tamẽ si leue sit munus, & quod citò explicari soleat, immunes nõ erunt[k]. Mater filijs tutores petere debet, si tamen tenuissimæ sint pupilli facultates, excusabitur[l]. Sic & Senatusconsultum quo legari domibus affixa prohibentur, de modici precij rebus, itemq; gurgustijs non intelligetur[m]. Et edictum prætoris de morbo uerba faciens, ad febriculam leuem[n], Senatusconsultum Syllan. de uulnere, ad uulnusculũ non producetur[o]. Sic tutor qui pupillo modicam quantitatem crediderit, à tutela tanquam creditor non excusabitur[p]. Iudex qui munera accipere prohibetur, xeniola tamen non improbè accipiet[q]. Quod & in sacerdotium aliquod conferente receptum est: non enim simonicæ, ut uocant, labis reus erit[r]. Sic à tutela quarta, cuius occupationibus quis facilè defungi possit, non excusantur, qui ternas subierint[s]. Legimusq; etiam in iudiciarijs actionibus dilationes amputari, summarieq; & magis de plano procedi, uel cum de rebus leuibus[t] ciuiliter agitur, uel cum de modicis criminibus accusatio instituitur[u]: nam & ea quæ leuis solennitatis sunt, si omittantur, actum non uitiant[x]. In legis perito quoq; proditũ est, non iure eum quicquam honorarij accipere, cùm citra laborem & librorũ reuolutionẽ clienti consilio suo cauit[y]: quod tamen ego nõ satis probo, nec receptum uidetur[z], cum iam exantlati labores & ærumnæ, quibus ars ista ad discitur, præmio carere non debeant. His accedit quod uulgò dici solet, de rebus minimis nullam esse prætoris curã[a]: quod ita accipitur, ut ex re minima aduersus ius cõmune nihil inducendum sit, nec restitutio in integrum concedenda: cùm uerò secundum ius commune agimus, tunc etiam minimæ rei rationem habendam[b]: unde qui uel oboli reliquator est, actione ex empto rem non consequitur, aduersus deiectum petitorio iudicio non experietur[c]. Sed an emphyteoticum fundum, tanquam integrum canonem non soluerit, amittet? & cum hanc legem partes contractui dixerint, propius est, ut amittat: quod crediderim uerum, cùm inde argui contemptus aliquis possit: alioquin humanius est, per imprudentiam factum arbitrari[d]. Quapropter nec inquilinus, qui excepto nummo pensionem soluit, submouebitur: in quam sententiã Bal. & Paulus Castrensis transiere. Propter sterilitatem à regula generali uarijs quoq; speciebus recedimus: quapropter colonus, qui agri culturam non deserere promisit, salua fide recedere potest, si sterilis fundus effectus fuerit[e]. Et constitutio, quæ rerũ ecclesiæ alienationem fieri posse generaliter negat, nõ tamen de sterilibus prædijs, tenuibusq; agrorum plagis intelligetur: poterunt enim absq; alia solennitate alienari[f]. Quod & in consuetudine receptũ est, quæ si huiusmodi alienationes infirmet, de modici reditus possessionib. non intelliget: nam & lex quæ clientem in uerba domini iureiurando adigi[g], hoc est, præstare occasione feudi (ut uocant) iuramentum fidelitatis iubet, in eo nõ obseruabitur, qui modicã tenuemq; rem eo titulo acceperit[h]. Sic propter anni sterilitatem fit colono remissio mercedis. Censetur autem is fundus sterilis, cuius culturę tantum impenditur, ut eo deducto nihil colono superfit[i]. Bartolus etiam remissionem faciendam censet, cùm in dimidia iusti precij deductis operis & impendijs colonus læderetur: quæ sententia crebriore calculo approbata est[k]. Propter rerum melioratiõnẽ fit & quandoq; legum restrictio, ut cùm lex locatorem damnat, ne quid ultra pensionẽ conuentam petere possit, tenebitur nihilominus colonus augere mercedem, si præter spem magna fertilitas anni superuenerit[l]. Sicut enim ex sterilitate remitti sibi colonarium iure postulat, ita ex inopinato prouentu augere domino debet. Eadem ratione lex amoto à sacerdotio nihil conferri iubens, in eo non obseruabitur, qui propria industria diuinæ domus fundos ex incultis & tesquis fertiles reddidit[m]: fruet enim parta suo labore fœcũditate, donec uixerit, quod & Innoc. probat: quod eius legis exẽplo constitutũ opinor, quæ fundi deserti ad Cæsaris patrimoniũ pertinentis cultorẽ (saluo iure canonis) inquietari nõ sinit[n]. Propter rei euidentissimã perspicuitatẽ aliqua aliqua quoq; specialiter indulta sunt: quo fit, ut quãuis priusquã aliquis ad profitendi munus doctor possit promoueri, præcessisse oporteat[a] diligentẽ morũ doctrinæq; inuestigationem: si tamen fama is sit notissima idoneus, aliud examen non est necessariũ[b], cùm populi testimonium pro examine sufficiat[c]. Nam & licet in maioribus & in minoribus causis concessa sit appellatio, ubi tamen euidentissimè de delicto constat, nõ est ulterius quicquam quod rei pœnam differat concedendum[d]. Sic & quoties causa appellationis manifesta est, alia probatione non opus est[e]. Et qui ad locum citatus est sibi intutum, si id apertissimè constet, nec excusationem quidem mittere tenetur, tantũ abest ut ipse corã uenire debeat[f]. Soletq; uulgò dici, in notorijs ordinem iudiciarium minimè obseruandum[g]. uocant autem nostrates Doctores notorium, uoce minimè proba, id quod palàm constat: cùm ueteres notorium pro denunciatione facinoris acciperent[h], cùm in id publicè constituti Emissarij & Curiosi indicijũ perpetrati facinoris per elogium præsidi faciebant, quod munus in pagorum syndicos, ut plurimũ hodie translatum est: nec eo casu solennia accusationum perpenduntur, sed solùm (ut Gordianus Imper. constituit[i]) falsis, nec ne quis sit notorijs insimulatus. Propterea quæ de nouo emergunt, fit & quandoq; huiusmodi interpretatio: Ecce tibi, postquã in causa conclusum est, licet alia instrumenta proferri nequeant, si tamen quicquam nuper ad litigatorũ aures peruenerit, indulgendum est[k]: nam & post litis contestationẽ, q̃d ueteres iudicium acceptũ dicebant, licet exceptiões dilatoriæ amplius opponi nequeãt, nec ulli recusationi sit locus, si tamen eiusmodi sit præscriptio, quæ in notitiam nuper delata fuerit, adhuc qualisqualis sit, admittetur[l]. Sic & restitutionis in integrum postulatio, quamuis iterari non possit, ex noua tamen causa permittetur[m]. Sic & in iudicio rei uendicationis absolutus, quia non possidebat, poterit post rem iudicatam iterum conueniri[n], si ad eum peruenisse denuò possessio asseratur: quod etiam in alijs iudicijs dicendũ est. Vnde qui soluto matrimonio per diuortium dotem repetit, si lite pendente iterũ matrimonium instauretur, exceptione submouendus est[o]. quinimò etiam qui actione caret, litem instituere potest, si accepto iudicio certum sit ei actionem tunc competituram[p]: quod ex eo exemplo constat, cùm Titius & Meuius separatim, si alteri fundus datus non esset, sibi stipulati sunt: adiuuanturq; hæc omnia regula generali, quæ interim accidunt nouo auxilio indigere[q]: & qui nouam rem desiderat, nouum ei consilium atq; remediũ suggerendum[r]. Ex qualitate quoque fit plerunq; legis restrictio: unde regulariter proditum est, secundum personæ qualitatem uerba accipi debere: & ideo qui aurigæ seuagitatori alicuius factionis equitij usum legat, uidetur concessisse, ut his quoq; in Circensibus uti possit[s]: & si ex principis edicto quilibet miles armatus in campũ Martiũ descendere iussus sit, intelligitur, ut quisquis iuxta conditionem suam armatus sit[t], eques equestri, pedes peditum more. Si præsuli à Pontifice Romano indultum sit, ut etiam interdictionis tempore sacra celebrare, & missæ operari queat, solenniter, & cum honoris sui insignibus operabitur[u]. Sic seruus sibi possidere licere stipulans, de sola detentione stipulatus creditur[x]. Testator uxori stragula, & uestem legans, non de sericeis stragulis intelligetur, quoniam ea uiduis non conueniunt: & uestis atra debebitur, qui color uiduas solus decet[y]. Lex quoq; municipalis filiam dote contentam esse iubens falcidiæ uice, ex qualitate personæ de legitima iure naturæ debita declarabitur[z]. Rex Anglorum aliquid secundum ius fieri mandans, intelleximus de iure suo Anglico censebitur. Mulier feudum, ut uocant, sibi & filijs stipulata, filiabus quoq; cautũ uoluisse existimabitur[a]: & si qua similia. His consequens est, ut si quicq; cum aliqua qualitate constitutũ sit, & ea non adsit, dispositio quoq; locũ sibi nõ uendicet. Vnde edictũ prætoris, quo eius bona possideri iubet, qui fraudationis causa latitat, in eum non obseruabitur, à quo fraus absit[b]. Et lex in eum lata, qui uulnus cum saguinis effusione fecerit, non habebit locum, nisi & ipsa effusio probetur[c]. Sicut nec Pontificis constitutio aduersus subornatum Christiani hominis percussorem custodienda erit, nisi id ipsum probetur, mandatũ de Christiano homine percutiendo factum[d]. Et qui asserit conspiratione aduersariorum testibus corruptis religionem iudicantis circumuentam, qualitatem illã corruptionis probare debet[e], cùm aliàs diui Hadriani rescriptum, quo in integrum restitutio conceditur, locum non haberet. Eôdem pertinet quod uulgò traditũ est: quoties lex cũ aliqua qualitate loquitur, ubi ea non conueniat, nec legem quidem conuenire[f]: ut cùm in ea dicitur, qui damnum dederit, uel possidentem turbauerit, centum soluat, & ablata restituat: nõ censebitur eum punire, qui inquietauerit, & nihil abstulerit, cũ uerbum restitutionis huic casui nõ quadret. Sic Pontificis constitutio[g], usurarij manifesti testamentum irritum esse iubens, eiq; mortuo sacram sedem uetans, in Iudæo nullas uires habere existimatur[h]: quid enim ad illum pœna sepulchri faceret, qui omnino communem canibus tumulũ habiturus est? Sed hæc tamen omnia intelligenda sunt, cùm illa qualitas ueri similiter substantiam rei respicit[i]: alioquin si extrinsecus addita proponatur, etiam absq; ea actus ualebit: quapropter si loco exempli apposita sit, nõ arctabit regulã[k]. Idem si primo regula in lege generaliter posita sit, non restringetur ex qualitate, quæ in fine legis addita reperiatur[l]: nam etsi conditio in lege aliqua reperiat, non leuis momen

a l. iudices. C. de epis. aud.
b l. tã dementis. C. de epi. aud.
c §. alijs. in aut. de his qui ing.
d l. illicitas. in fi. de offi. præf.
e l. sed & si. §. filiof. de iniu.
f l. si cũ dotem. §. eo autẽ. sol. matrim.
g l. senatoris. ff. de rit. nup.
h l. ij. C. ut int. cer. temp.
i Bal. l. consentaneũ. C. qũo & quando iu.
k l. decurio fortunam. C. de decurio.
l l. ij. C. ad Tertul.
m l. senatus. §. Marcellus. de legat. j.
n l. quæstũ. de re iud.
o l. j. §. penul. ad Syl.
p gl. auth. minoris. C. qui dare tut.
q l. solent. de offic. procon.
r c. si quæstiõis. de sim.
s l. si is qui tres. in fin. de exc. tuto.
t auth. nisi. C. de sent. ex peric.
u l. leuia. de acc.
x l. j. §. fi. de uẽ. inspi.
y gloss. xj. q. iiij. non licet.
z Specul.
a l. scio. de in integ. restit.
b l. si proprietarius. de damno infec.
c Ias. authẽt. qui rem. C. de sacrosan. eccles.
d l. quamuis. de cond. & dem.
e gl. l. ij. C. de agri. lib. xj.
f 12. q. ij. terrulas.
g c. cæterum. de dona.
h c. de fidelitate. de cap. corr.
i l. mediterraneæ. C. de anno. lib. x.
k l. licet. C. loca.
l gl. l. si merces. §. uis maior. locat.
m c. fi. de pe. cle.
n l. quicunq;. C. de omni agro deser.
l. magistros. C. de prof.
Io. And. c. constitutus. ij. de appell.
c. nullus. xxiiij distinct.
c. consuluit. de appell.
l. ciues. C. de appell.
Cle. pastoralis. de re iud.
c. ad nostram. de iureiur.
l. ab accusat. ad Turpil.
l. ea quidem. C. de accus.
k Bart. l. admonendi.
l l. eleganter. §. si quis post. de cond. indeb.
m l. j. C. si sæp. in integ.
n l. si à te. de except. rei iud.
o l. si seruus. de cond. furt.
p l. si Titius. de uerb.
q l. de ætate. §. ex causa. de inter. actio.
r l. j. de uent. in spi.
s l. plenum. §. quitij. de usu.
t Bar. l. si nõ sortẽ. §. libertus. de cond. inde.
u l. ex militari. de testa. mil.
x l. stipu. ista hæc bere. §. hi qui. de uerb. oblig.
y Ias. ibid.
z Bart. l. j. ad l. falcid.
a c. j. de benef. fœm.
b l. Fulcinius. §. j. ex quib. cau. in poss.
c c. licet. de probat.
d c. j. de homicid. in vj.
e l. diuus. de re iud.
f l. mancipia. C. de ser. fug.
g c. quanquam. de usur. in vj.
h Aretin. consil. cliiij.
i Bar. l. Titia. solut. matr.
k l. j. §. quod uulgò. quod ui aut clàm.
l l. regula. §. licet. de iur. ig.

ti esse solet, & tamẽ quandoq; ex legislatoris mente nullius efficaciæ est [a], idq; & Iason annotauit. Cæterum illud non diffitendum est, cùm lex propter aliquam qualitatem quæ adsit, quicquam indulget, ea deinde cessante, dispositioni quoq; legis locum non esse. Finge curatorem prodigo uel furioso datum esse, eosq; ad sanos mores reuertisse, nónne curator munere suo defungetur [b]? Legibus multa aduersus impudicas mulieres constituta sunt: finge eam, quæ malè libidinis causa audiebat, mutasse uiuendi institutum, & probi exempli factam, nônne pœnis legum eximetur [c]? Multa tempore belli etiam iniqua constituuntur: solent enim præfecti militares non tam ius & æquum in cognitionibus, quàm magnitudinem pecuniarum spectare, quòd hi bellorum, ut Mutianus aiebat, nerui sint: nónne facta pace, quod belli calamitate introductum esset, pacis temporibus abolebitur [d]? Qua ratione & legem Oppiam, cuius suasor M. Cato erat, abrogatam T. Liuius est autor. Sic & iudices quorum officia perpetua sint, ex defectu qualitatis expugnẽ tur, ut quia negligentes in iure reddendo dicantur [e]. Sic decuriones deficientibus facultatibus albo eximentur [f]. Sic ad monachos scribens Alex. III. Pont. Max. Nunc (inquit) ita possessionibus ditati estis, ut multi probæ opinionis uiri de uobis querelam apud nos sæpe proponãt [g]. Nam & procurator quamuis re non integra reuocari nequeat, si tamen mores mutauerit, & improbus, luxor, helluo factus sit, submouebitur [h]. Sicut uice uersa tabellio, si sacerdotio, decurionatu, militia insignitus fuerit, subire pristinum munus non cogetur [i]: superueniens enim dignitas eum liberat. Verùm non promiscuè & indistinctè hęc procedunt: in animaduersione enim huiusmodi qualitas esse debet, ut si causæ, quæ finalis uulgò dicitur, coniuncta sit, & effectus nondum perfectus, prædicta obseruentur [k]: alioquin quod ex causa impulsiua constitutum est, ea deficiente nihilominus durat [l]. Idẽ si finalis causæ effectus sit consummatus [m]. Hinc est, quòd si uxor in bonis mariti propter paupertatem quartam lege debitã consecuta sit [n], tametsi locuples deinde alienarum hæreditatum accessione facta, nõ tamen accepta hæredibus mariti restituet, cùm ut id lucrum faciat, satis sit, si tempore, quo illud lex defert, paupertatis qualitas adsit [o]: nec quicquam refert, id tunc consecuta ab hærede fuerit, an minus, cùm sufficiat lucrum à lege delatum, quo casu ipso iure acquiritur, & ita plerisq; uisum est [p]. Propter aduersam qualitatẽ ex aspectu statim deprensam recedimus plerunq; à regula iuris: ut cũ lex tres sententias, tametsi allegentur nullæ, iubet absq; mora executionis effectum accipere [q], non continebuntur quæ ex actorũ inspectione euidenter nullæ apparẽt [r], nisi & id dubiũ probabili exceptione refricari possit [s]. Si uerò aliunde nullæ appareant, quamuis incontinenti probabiles afferantur, non tamen differendam executionem uerius est, ne aliàs lex illa nullius sit effectus. Sic agenti interdicto de tabulis exhibendis, licet præscribi nequeat tabulas nullas esse, tamen si id utiliter ex earũ inspectione pateat, admittet exceptio [t]. Quod & in noui operis nunciatione traditum frequentius est, cùm usufructuarius nouum opus domino nunciat, non supersedebit dominus, cùm ex ipsius actus inspectione appareat nunciationẽ irritam [u]: nam & libellus quo actor in iudicio quicquam intentat, si ex sui lectura ineptus sit, poterit non expectata rei recusatione à iudice reijci [x]. Quinimò receptum est, quoties iudici constat de iusta rei exceptione, etiamsi deducta in iudicium non sit, tamen actorem reijciendum [y], si cum aliena iactura locupletaretur. Illud quoq; indubitati iuris est, probationibus per legem summotis, nunquam de ea actum uideri, quæ ex inspectione fieri proponatur. Finge, probatum est me uulnus Titio intulisse in caput, patefactaq; testimonia, potero nihilominus à iudice petere, ut inspiciat, deprensurũ nullam Titio in capite cicatricem esse [z]. Sicut & uice uersa, si quisquam ex aspectu minor pronunciatus sit, eis non nocebit [a], qui aliis argumentis ueritatẽ se demonstraturos asserent. Quapropter & Baldus [b], sententiam de ætate ex aspectu latam, nunquã in rem iudicatam transire credidit, quò minus semper tractari certioribus probationibus queat. In ferijs quoque, quin ius dicatur, exceptionem nõ obesse certum est, cùm illata est tam atrox iniuria ut ex aspectu æstimari possit [c]. Propter subrogationis qualitatẽ fit etiam quandoq; strictior interpretatio. Cùm igitur lex ceu sacrilegum damnat, qui dignitate sua maiorẽ gradum ascendere, & illustrioribus se præponere audet [d], eum distinguere non censebitur, qui eius, cuius personam gerit, sedem tueatur [e]: nam & qui propter aliquorum negligentiam in eorum ius à lege substituitur, non arbitratu suo se gerere, sed id potissimũ emendare debet, quod ex negligentia illi peccarunt [f]. Accedit regula generalis: Id quod subrogatum est, eius naturam imitari, cui substituitur [g]. Videmus quoq; propter substituentis ipsius qualitatem aliter atque aliter in iure decerni. Regula est, etiam infamem procurationis munus assumere non uetari: & tamen episcopis permissum non est, huius notæ hominibus defensionem suam credere [h]. Et quod de procuratore diximus, in tutore quoq; producendũ est, ut is, si propudiosus sit, nequeat eius pupilli tutor esse, qui dignitatis gradu aliquo illustretur [i]. Plurima enim inferioribus licent, quæ altioris gradus hominibus non conueniunt. Omne animi uitium, inquit ille, tanto conspectius in se crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. Hinc est, ut quorum industria electa est, alium substituere nõ possint [k]: & quibus substituere permissum est, non quemuis, sed æquè idoneum substituere debeant. Sic canonicus nõ nisi ex ordine assumet, quem sui loco constituat [a]. Cuius rei argumento, & doctor, cui per substitutum legere concessum sit, non nisi doctorem substituet. Ius autem substituendi regulariter nemini cõpetit, nisi ex causa: ut si quis iustè est absens [b], uel ad maioris dignitatis administrationem codicillis principis allectus, uel temporariam ægritudinem patiat [c]. Filiũ quoq; à patre substitui lex quandoq; suadente æquitate præter iuris ciuilis regulas concedit [d]. Priuilegia quoq; ipsa propter aliquas qualitates firmiora existimantur, ut quia in corpore iuris reposita sint: huiusmodi enim etiam generali omniũ priuilegiorum derogatione quicquam detrahi credendum non est [e]. Idem cùm ei personę quicquam indulgetur, quæ iam à lege multis beneficijs affecta sit, non enim hac generali derogatione quicquã ei præiudicij fiet: ut cùm uiduis & religiosis fœminis princeps cõcessit, ne extraordinaria aliqua in dictione atterantur [f]. Idem cùm priuilegium concedentis iuramento confirmatum est: nam etsi particularis canonicorum cõstitutio tali religione munita sit, ei derogatũ per generalem maximi pontificis legem non censebitur [g]. Constitutioni quoq; per sacrosanctam synodum editę, generalia Rom. Pontificis diplomata nihil obsunt [h]: sicut nec alijs priuilegijs, quæ probabilibus adminiculis adiuuantur [i]. Et sacerdotij à sede apostolica, nõ obstante quocunq; alterius priuilegio, facta collatio, nihil secularibus, ut uocant, patronis damni infert [k]. Cæterùm & ea firmissima sunt priuilegia, quæ remunerationis causa indulta reperiuntur: ut si princeps ciues de se benemeritos aliqua immunitate donat, non censebitur de hoc actũ generali reuocatione [l]: quod maximè procedit cùm non subito, uel in piam causam quicquam collatum est, nec enim ea reuocari facilè possunt. Sed & propter obligationem, quæ ob antidora dicitur, plurima constituta esse cõstat, quæ ab his collecta cernere est, quos ea cura tetigit [m]: nos breuitate contenti ad alia festinamus. Propter paritatem quoq; qualitatis nonnihil lex concedit: ut si promiserim tibi Titium fideiussorẽ dare, liberabor, dum æquè idoneum aliquem præstem [n]. Si domo tibi locata uti frui non liceat, excusabit locator qui æquè cõmodam aliam præstare paratus sit [o]. Sic is cuius electa est industria, neminem substituere quamuis nequeat, æquè tamen idoneum ex causa sui loco quandoque designabit [p]. Ex quantitate quoq; non rarò fit generalis legis restrictio, ad quam ea exempla hoc in tractatu pertinere arbitror, quæ ad geminationẽ actuum, ad personarum seu rerum numerũ, ad magnam contumaciam, ad criminis immanitatem attinent, de quibus pauca subijciẽda duxi. Et in primis id sciendum, iterationem quacunq; in re plurimum pollere, cùm maiorem animi, siue in bonum, siue in malum, deliberationem ostendat. Hinc est quòd confessionem iteratam prætextu erroris aiunt reuocari nõ posse [q]: quod accipiendũ, nisi erroris causa probabilis afferatur. Hinc ex nudo pacto [r] quod iteratum fuerit, receptum est actionem nasci: quod & in qualibet obligatiõe naturali, quæ geminata sit, ferè dicendum est [s]. Hinc iterata confessio extra iudicium, iudicialis confessionis uim habet [t]: sicut geminata principis indulgentia, ea uidetur excludere, quæ non nisi ex certa scientia, uel motu proprio abolentur [u]: cuius exemplum in uacantium bonorum concessione est [x]. Sed & qui ex custodia semel euasit, fideiussoribus amplius non credetur [y], sed in uinculis ius dicet. Qui iterũ deliquit, & quod dicitur, ad nauseam redijt, generali principis abolitione non fruetur [z]. Mulier quæ obligationẽ iterauit, S. C. Velleiano non erit tuta [a]. Quæ recepto consensu fundum doti addictũ uendente marito dissoluit, lege Iulia non iuuabitur [b]. Sic leuia delicta propter usum & cõsuetudinem grauioribus annumerantur [c]. Sic de geminationis huius effectu plura differere superuacuum est, cùm non pauci recentiorum huius argumenti etiã integros libros ediderint. Ex personarum seu actuũ multitudine fit arctior interpretatio, cùm lex hospiti iubet, ut uiatores suscipiat, non eum coget, qui nimio aliorum numero occupetur [d]. Cùm iudici prohibet, ne causas pedaneis demandet [e], aut ne noctu pronunciet, nõ procedet quoties multitudine litium præses prægrauetur [f]. Sed & publico iudicio damnati bona, quę aliàs fiscus annotaret, filijs plerunq; relinquuntur [g], si eorum magnus sit numerus. Propter multitudinem quoq; delinquentium, quò magis refrænentur, licitum proconsuli est leges transgredi [h], & pœnas augere: quod intelligitur, quando propter exemplum pœnæ sisti malum potest [i]: alioquin si de plurimorũ periculis agitur, & crimen leue est, facilius uenia indulgetur, & cõiuentibus oculis inultum iudex delictum sinit [k]. Propter nimiam contumaciam plerũq; stricti iuris ratio intenditur: quapropter quamuis æquum non sit, ex contumacia quenquam totius causę damno mulctari [l], uel pluribus contumacem pœnis afficiri [m], nihilominus ex nimia peruicacia aliter quãdoq; statuitur. Sic & missus in possessionem rei seruandæ causa, in nimiæ obstinationis pœnam antiquum possessorẽ deijcit [n], & extra ædes deturbat. rursusq; solet dici, qui ex primo decreto in possessione sit, ex nimia rei contumacia fructus acquirere [o]. Propter delicti atrocitatem regulariter quoq; proditũ est, ei licere, qui pro tribunali sedet, pœnas augere: quapropter tali casu etiam in defunctum sæuiet [p]: quod in famosis latronibus aliorum terrendorum causa fieri solet. diebus feriatis ius dicet [q]: mulieris uel aliàs impuri hominis testimonium non auersabitur [r], cùm & L. Catilinæ coniurationem Fuluia mulier detexerit [s]. pro huiusmodi quoque manife-

a l.à diuo. §. in uenditione. de re iud.
b l.j. uers. tãdiu. de cur. fur.
c l. imperialis. C. de nupt.
d l.j. in prin. C. de cad. tollen.
e l. si quos. C. de off. præf. præ.
f l. cura. §. deficientiũ. de mu.
g c. suggestũ. de decim.
h l. cum quis. de solut.
i l. uniuersos. C. de decur.
k Corn. d. l. j.
l l. j. §. fexum. de postul.
m l. fi. unde lib.
n Auth. præterea. §. unde ui.
o l. quæcũq;. §. fin. de pub.
p Deci. consil. xxiiij.
q Clem. j. de re iud.
r Mod. l. iiij. §. cõdemnatum. de re iud.
s Peruf. c. dilecto. q. lij. in fi.
t gl. l. j. de tab. exhib.
u Bartol. l. j. i prin. de op. no. nun.
x l. fin. in fin. ut nemo pri.
y Bar. l. si una §. pactus. de pactis.
z Bald. l. si qui testibus. C. de testi.
a l. minor ex aspectu. de minorib.
b Bal. l. si minor. C. de in integ. restit.
c l. cadẽ. de fer.
d l. j. §. ut dig. or. fer. lib. xij.
e l. cõperimus. C. de proxim. sac. scri.
f Clem. quia. de sup. ne. præ.
g l. si cum. §. qui iniuriarum. si quis caut.
h c. quia episcopus. v. q. iij.
i Bald. l. Cassius. de sen.
k l. inter. de solutionib.
a c. si quis iusto. in fi. de elect.
b l. suggerente. C. de offi. eius.
c Bal. l. fin. de excus. tut.
d l. sciendum. §. legati. de leg.
e gl. l. ij. §. legati. de iud.
f Cynus l. j. C. quando Imp. int. pu.
g c. cum non liceat. in fin. de elect. in vj.
h c. nonnulli. de rescrip.
i gl. cle. dudum. §. nos etenim. de sep.
k Rota dec. iij. in nouis.
l l. si pater. §. fi. de donat.
m Isf. l. ex hoc iure.
n l. qui autẽ. §. sed si quis. de constit. pec.
o l. si quis domum. loca.
p gl. in l. j. C. de man. & col. lib. xj.
q Isf. l. error. C. de iur. ignor.
r l. j. de constit. pec.
s l. fin. C. ad leg. falcid.
t l. cum scimus. de agric. lib. xj
u §. & hoc. in auth. ut nulli iud.
x l. j. C. de pet. bon. lib. x.
y l. lege Cornel. ad Syll.
z l. iij. C. de epi. aud.
a l. si mulier ult. C. ad Vell.
b Authen. siue à me. C. cod. tit.
c §. criminis. xxv. dist.
d l. j. fur. ad na.
e l. placet. C. de pœna iu.
f Bal. §. item. in procem. ff orũ.
g l. fin. de bon. dam.
h l. aut facta. in fin. de pœn.
i c. l. utoris. de cleri. excomm.
k c. ut constitue retur. 50. dist.
l c. quoniã frequ. §. fin autẽ. ut lite nõ cõtest.
m gl. l. sed si. §. sed si. ex qui. caus. ma.
n l. iij. §. diuus. de dam. infect.
o l. Eulcinius. §. fin. ex quibus caus. in po.
p gl. l. ij. arb. fur. cæs.
q l. omnes. C. de fer.
r c. in fidei. de hæret.
s l. in quæstionibus. ad leg. Iul. maiest.

ſtè ſontibus, & nouiſsima meritis, patronos nō audiet[a]. Sunt autem grauiſsima facinora, quibus maieſtas offenditur, impietas ítem in DEVM, & Simonia, uiarumq́ inſeſsio occidendi hominis cauſa à latrone facta. Ex loco quamplurima quoq́ conſtituta ſunt, quibus à generalitate legis receditur: unde qui ex conſuetudine in aliquo loco certam formam obſeruare debet, ſi aliò eat, non tenebítur: quia ut uulgò dicitur, Cùm Romæ fueris, Romano uiuito more[b]. Sic qui rure teſtamentum faciat, poterit citra ſolitam ſolennitatem teſtari[c]. Idem in eo qui in hoſtico ſit: is enim iure militari quomodo uoluerit, potueritq́, diſponet[d]. Sed & procurator, qui quamuis infamis, non tamen à munere ſuo reíjcitur, ſi coram príncipe, uel in eius prætorio ſit, ſubmouebitur[e]. Nam & Romanus Pontifex ius crucē ante ſe deferendi Patriarchis non concedit, quoties Romæ, uel in comitatu ſuo reperiantur[f]. Ad partes has attinet etiā, quod origine domicilioq́ uariè ſancitum reperítur: qua ratione fit, ut tametſi líberè fieri quælibet debeat electio, præferendi tamē ſint incolæ alienígenís: & ídeo ſi idoneus in propria ciuitate reperiatur, non eſt quíſquam ex aliena diœceſi aduocandus[g]. Quod & in eccleſiarum rectoribus ſeruandum, qui ex propria eccleſia potius quàm ex aliena ordinandi ſunt[h], etiam ſi quo ad Deū loci origo nullius momenti ſit: quod & plerique Philoſophi uidêre, qui rogati, cuiates eſſent, mundanos ſe reſpondebant: nam illud certiſsimum eſt, Summos (ut inquit Satyricus) poſſe uiros, & magna exempla daturos, Veruecum in patria, craſſoq́ ſub aëre naſci. Sed & receptum eſt, obreptū uideri Romano Pontifici, cùm quis ſacerdotío ab eo impetrato diſsimulauit aliunde ſe natales dimiciliumq́ conſequi, quàm in ipſo ſacerdotij loco[i]. Eum quoque, qui mediocris ſit nobilitatis in ampliſsima urbe, præferendum ei tradunt, qui tenuioris ſit loci primarius[k]. In quam ſententiam puto non acceſsiſſet Iulius Cæſar, qui ignobili Alpium uico iter faciens, ibi malle ſe primum eſſe dicebat, quàm ſecundum Romæ. Ex his probabilis eorum exiſtimatio uidetur, qui cùm ciuitatis, in qua ſtudium uigebat, originarij ſint, ut Bononienſes, Peruſíni, Ticinenſes, præferendos ſe accerſitis in ſua gymnaſia doctoribus arbitrantur: quod & Ludouicus Pontanus ſenſit[l]. Sed ego accepi hac in re minimū patriæ adſcribi, doctrinæ uerò facundiæq́ plurimum: nec dubium eſt, quín alienigenæ ſemper præcelluerint. Sic Bartolus Pícens, Peruſij: Accurſius Florentinus, Alexanderq́ Forocornelienſis, Bononiæ: Iaſon, Deciusq́ Mediolanenſes, Ticini: quo loco & Baldus Peruſio patria derelicta maluit cōſenescere: apud exteros enim ſola uirtus in precio eſt, in patria uerò plerunq́ alia ſpectantur. Loci quoque uicinitas non rarò in cauſa eſt, ut ex ea legem reſtringamus: quapropter mortuo proui-

a Bal.l.per omnes. de def. ci.

b c.illa.xij.diſt.

c l.ſi. C. de teſt.

d l.reſcripta.de teſta.mil.

e l.ſi duas.§.philoſophi. & l. ſi milites. §. ſcribit. de excuſa.tut.

f c. antiqua. de priuil.

g c.nullis. c.nec emeritis.lxj. diſtinct.

h l. in eccleſijs. C.de epiſ.& cler.

i gl.c.ſi proponente. de reſc.

k Bart.l.j. C.de Alex.ciuit.

l §.de uiro. in xiiij.reg.

ciæ quæſtore, ſolennes largitiones proximæ prouinciæ quæſtori à ciuibus præſtabunt[m]: non enim eas interim retineri fas eſt. Et qui aliud à iudice etiam iuſtè petit, ſi impetrare nequeat, & in uicino loco alius ſit, eum adire debet: quòd ſi id minus faciat, ſibi imputet, non poterit id, quod ſua intereſt, ab eo, qui concedere neglexit, conſequi[n]. Sed & ſi in territorio pupilli nullus iudex ſit, qui ius dandi tutoris habeat, qui in'proximo eſt proconſul adiri ipſe debet[o]. Leges quoque generaliter erogationem alicuius donatiui egenis fieri præcipientes, ita interpretabuntur, ut proximis[p] & uicinis prius detur[q]. Quòd ſi certi loci incolis aliquid faciendum mandetur, ſi in eo idoneus nemo reperiatur, ex proximis pagis accerſiri debebit[r]. Sed & ſi in uicinia quíſquam facinoroſus habitet, uerísimile eſt id ab eo factum eſſe damnū, de quo uicinus conqueritur[s]: uetus enim prouerbium eſt, Aliquid mali propter uicinum malum. Quapropter qui uenditor fundi confinem uicinum celauerit, quem ſi emptor ſciuiſſet, non eſſet empturus, in id, quod intereſt, condemnabitur[t]: nam & ex proximitate temporis, ſcripturæ, rei, pleraq́ introducta ſunt, quæ ab alijs coacta ſciens ego prætereo. His accedit & uulgaris regula, Ex uicinitate præſumi ſcientiā. Ad hæc etiam pertinet, quòd ab ipſo loco abſentia iuſtam plerunq́ præſtat excuſationem: quo fit, ut abſente patre, filiusfamil. in iudicio eſſe poſsit[u]: idem non expectato eius conſenſu legitimam uxorem ducet[x]. Filiamfamil. iudex ex patris abſentis bonis dotem accípere iubebit[y]: de dote eo caſu abſq́ eius conſenſu filiam agentem audiet[z]. Sed etſi conſuetudine inductum ſit, ſacerdotiū ſine alterius conſilio conferri non poſſe, intelligetur, dum ille ſit præſens, alioquin eo abſente libera erit collatio[a]. Qua ratione, etſi mulier abſq́ conſanguinei conſenſu lege municipij obligari nequeat, iſq́ abſit, poterit iudex decreto ſuo contractum firmare[b]. Sic enim & pupillus abſente tutore hæreditatem adít[c]: & Abbas deficientibus monachis de immobilibus monaſterij bonis diſponet, ſufficietq́ eius, qui ſuperior illi gradu ſit, aſſenſus[d]: quod & in alio rectore receptum eſt[e]. Ex ipſo tempore multa quoq́ aliter atque aliter interpretamur, & quandoq́ à generalibus iuris regulis recedimus, idq́ uarijs in ſpeciebus contingit. Ecce: Lex generaliter quenquā cogi inuitū non debere iubet, ut rem ſuam uendat, & tamen caritatis & penuriæ tempore ad ædiles ſpectat, ut annonā urbi ſufficiant[f], poſſeſſoresq́ cæteris æquo precio copiā eius facere iubeant. Multa etiā belli, pacis, peſtilitatis tempore inducta ſunt, quæ hic recenſere longum eſſet. Ex diuturnitate quoq́ temporis, omnis uſucapionū, atque præſcriptionum materia uires trahit, latius digeſta quàm ut hìc referri debeat. Is quoque qui patrato facinore toleratus, diuq́ impunè egit, ſi ad pœnā trahatur, mitius plectetur,

m l.j. C.de can. larg. tit.

n l.iiij.§. ſi tam. de dam.

o l.diuus.de tut. & cur.dat.

p l.ij.C.de an. ciuil.

q l.ſi quis declinandum. C.de epiſ.& cler.

r l.cū naucleru. C.de nauic.

s l.dominus hor. locati.

t l.quod ſæpe.in fin.de contra. empt.

u l.ſi longius.§. ſi filius.de iud.

x l. ſi nepos. in fi.de rit. nupt.

y l. profectitia. de iur. dot.

z l.ij.§.uoluntate.ſol.matr.

a c.j.ne ſede uacante.in vj.

b Bald.l.turpis. §.j.de leg.j.

c l.bonorum.C. qui adm.

d Clc. j. de reb. eccleſ.

e gl.c.potuit.de loc.

f l.annona.de extraor.cri.

ctetur, aliquatenusq́ ſubleuabitur: quod eius legis argumento admiſſum eſt, quæ pœnam eius temperari mandat, qui diutino tempore in reatu fuit[a]. Eſt autem reatus, habitus ipſe reorum, cum ſqualidi, promiſſa barba, de ſalute litigant, & rerum ſuarum anxij fatagunt. Sed & decretum actui neceſſarium ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumitur[b], & iuſſu patris filiumfam. hæreditatem adijſſe eadem cauſa creditur[c]. Sed & ſi longo tempore fratres ſeparatim hæreditatē paternam poſſederint, ueriſimile ſit familiæ inter eos diuiſionem factam[d]. Vice uerſa, propter nimiam temporis celeritatē oritur mala præſumptio: quapropter lex príuilegia Doctoribus concedens, de his non intelligetur, qui nec debito tempore ſtudijs operā dederint, nec ſeruato ordine, ſed per ſaltum promoti fuerint[e]. Brutedium Nigrum (inquit Cornelius Tacitus) artibus honeſtis copioſum, etſi rectum iter perageret, ad clariſsima quæq́ iturum feſtinatio ſtimulabat, dum æquales, dein ſuperiores, poſtremò ſuaſmet ipſe ſpes antereparat: quod multos etiam bonos peſſundedit, qui ſpretis quæ tarda cum ſecuritate, ad præmatura uel cum exitio properant. His igitur iure illud carmen obíjci poterit: Tu nimiū properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt. Ad ſupradicta & illud pertinet, quòd qui diutius perſiſtere noluerit, & à munere ſibi conceſſo deſciuerit, priuilegio legis indighus plerunque exiſtimatur[f]. quapropter qui aduocati, uel protectores, uel id genus palatini, quinquennio deſtiterint, ab albo abraduntur, munereq́ priuantur[g]. Nam & indulgētia príncipis in milites hi nō fruuntur, qui militiam non continuant[h]: quod & de immunitate artificibus conceſſa traditum eſt: ea enim indigni cenſentur, qui huiuſmodi artem amplius non exercent[i]. Quo exemplo & in ſcholaſtico receptum eſt, ſi uagus & deſes relictis ſtudijs uitam degat, ceu exautoratum cæterorum priuilegijs uti non poſſe. Nam & collegij immunitatibus is non utetur, qui quamuis in collegium receptus ſit, artem tamen non exercet[k], etiam ſi loco ſui alium ſubſtituit: non enim ideo meliorem ſuam conditionem efficit. Plurima quoque aduerſus eos qui deſtiterunt, innouata ſunt: quoniam lex perſeuerantes adiuuat, ſopitos uerò & deſides negligit. Sic filius inofficioſi teſtamenti accuſationem inſtitutam ad hæredem tranſmittit, dum tamen ante obitum omnino non deſtiterit[l]. Sic quamuis per litis conteſtationem actio perpetua fiat, ſi tamē iudicio accepto quis citra iuſtam cauſam ſuperſedeat, tanquam deſtiterit[m], fruſtra rem in controuerſiam deduxiſſe exiſtimabitur. Nam & è contrario, lex generaliter pœnam imponens in eo, qui non perſeuerauerit, plerunque límitabitur. Ecce, qui accuſat teſtamentū ceu falſum, uel inofficioſum, eius omni commodo priuatur, niſi incœpta lite deſtiterit[n]. Patronus qui liberum capi-

a l.ſi diutino.de pœn.

b l. q in aliena. de acqui.hær.

c l.ſi filius. C.de petit.hære.

d Gl.l.pen.com mun.diuid.

e l. pe. de aduo. di.iud.

f l.iij. C.de dome. & pro.

g l.fin. C.de ad. di.iud.

h l.ne quidā. C. de teſt.mil.

i l.ſemper.de iu re immun.

k l.qui in collegio. de excuſ. tut.

l l. nam & ſi. §. hæredi. de inoffic.teſta.

m gl. c. placuit. ij. §. poteſt. xvj.q.j.

n l.alia.C.de his quib.ut indig.

talis facinoris reum detulerit, iure patronatus mulctatur, ſi non litem deſeruerit[o]. Filius uel libertus qui ſine uenía patrem, uel patronum in iudicium traxerint, ex edicto mulctam pendere iuſsi ſunt, niſi tamen amiſſa lite malint maiorum ſuorum humanitatem experiri[p]. Qui ſe liti obtulit, cùm non poſsideret, perinde condemnatur, atque ſi poſsideret: quòd ſi ante iudicium acceptum pœniteat, & ſe poſſeſſorē neget, contrà eſt[q]. Quiſquis reum ad uetitū examen traxerit, & alieno foro litigare coēgerit, ab actione cadit: niſi tamen & ipſe celeri pœnitentia, nimirū ante iudicium acceptum, ſibi conſuluerit[r]: nam & generaliter, quoties quis ob mendacium mulctatur, ſi re integra pœniteat uanitatis, abſolutionem conſequitur[s]. Propter periculum quoque, quod etiam in modici temporis mora uerſatur, legis generalitati ſæpiſsimè derogatur. quapropter etiam ſi conſtitutum ſit nunciationem nouí operis ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, contemni non debere, cùm tamen periculum in mora eſt, rectè negligetur[t]: præpoſterè enim hac ex cauſa nobis agere permittitur: quod in ea ſpecie apparet, cùm teſtamenti ſubſcriptores abſunt, poterunt tabulæ (ſi mora periculum allatura ſit) aperíri, & deinde ſigilla recognoſci[u]. Sic quoties mora damnum inferret, non obſtante appellatione, fit executio[x]. In meſsium uim demiarumq́ ferijs ius dicitur[y]. Is quoq́, qui aliàs rem alienare prohibeť, ex hac cauſa tutò alienabit: ut in hærede, qui adhuc hæreditatem adire nondum decreuit[z], uel qui iam adijt, ſed fideicommiſſo reſtituere iuſſus eſt[a]. Sic qui in poſſeſsionē ex primo decreto miſſus eſt, uel qui tanquam ſequeſter depoſitum fidei ſuæ accepit, fructus diſtrahet tempore perituros[b]. Sic propria autoritate ei, qui cum pecunia mea fugiat, manū inijciam[c], quemlibetq́ fugitiuum, etiam non citatum, in neruum traham. Sic iudex famoſum latronem neci dedet, quamuis ad iuriſdictionem ſuam non pertineat[d], ſi interim dum præſidem moratur, periculum ſit, ne euadet. Cor. quoque Tacitus, Seditionem, inquit, cœptantes præſenti duorū militum ſupplicio repreſsi ſunt. Iuſſerat id Memmius caſtrorum præfectus, bono magis exemplo, quàm conceſſo iure. Ex eo quoq́ reſtringitur legis regula, quòd in tempore res geſta non ſit, ſoletq́ dici, Serò ſapiunt Phryges: nam & deiectus poſſeſſione cùm petitorio iudicio expertus fuerit, ſi poſt altercationes probationesq́ concluſum in cauſa ſit interdicto, amplius non erit audiendus[e], quāuis aliàs ſpoliato ſoleat cōcedi, ut ſuſpenſo petitorio momēti cauſam proſequatur: hoc enim caſu ſerò ſapiens factus eſt. Sic & licet receptus inter reos interim alium accuſare poſsit, nō tamen poſtquam in cauſa ſua cōcluſum ſit, hoc iure utetur[f]. Sic & ſententia aduerſus procuratorem mutatum lata, efficax erit, ſi mutationis non, niſi poſtquā in cauſa concluſum fuit, certior ſit factus[g].

o l.in ſeruitutē. §. petiſſe. de bo.lib.

p l. quamuis.de in ius uoc.

q l. is qui ſe. de rei uend.

r l.in criminali. C.de iuriſ.omn. iud.

s c. j. §. porrò. quæ ſue. prima cauſa ſit.

t l.de pup. §. ſi quis riuos. de ope. no.nunc.

u l. ſi quis exuerſ. & ſi. ff. quemad.teſt. apc.

x l.ſi.de ap.re.

y l.eadē.de fer.

z l.Ariſto.de iure delib.

a l.mulier. §. ſi hærcs. ad Tre bell.

b l. ſi magiſtratus. de priuil. cred.

c l.ait.§.ſi debitorem. de his qui in fraud. cred.

d Iaſ.l.j.col.antepen. de offic. eius.

e c.paſtoralis. de can. poſſ.

f Barto.l.is qui reus.ad fin.de pub.iud.

g c.auditis. de procur.

Quo exemplo & illud in confesso est, quolibet tempore uenditori denunciari posse, ut liti adsit ne res euincatur, dum tamen prope ipsam condemnationem id non fiat[a]. Sic & actori ius superueniens solet pendente lite opitulari, dum tamen, postquam in causa conclusum sit, adeptum non proponatur[b]. Cæterum ad hæc quoq; pertinent, quæ propter senium, uel uetustatẽ inducta aduersus communes regulas in iure nostro frequenter leguntur: qualia sunt, in re dubia, confusisq; testimonijs antiquioribus potius credendum esse: è contrario, patrato facinore cùm quæstione exquirendum est, à iunioribus incipi debere[c]. Cùm inter plures hæredes dubitatur, penes quos tabulæ testamenti deponendæ sint, uerius esse, ut antiquiorem præferamus[d]. Sic inter agentes in rebus, gradu, inquit lex, cæteros antecedat, quem meliora stipendia, uel labor prolixior fecerit anteire[e]. Sic præfecto collegij absente, eius uicẽ, qui in ordine uetustior est, supplebit[f]: solet enim antiquioribus pluribus ex causis deferri: nã & plurimum illi mente ualent, licet iuniores ocyus addiscant, quod in problematis sectione XXX. Aristoteles attestatur. Propter rerum quoq; usum callidiores habentur: unde maior in eis est prudentia, non ita rerum affectibus mouentur, & ideo certiore sunt iudicio. Ad hæc & erga deorũ cultũ sunt reueretiores, tanq; ad eos quamprimũ transituri: unde & Græcũ carmen etiã adagio celebre, ὀψὲ νέων, βουλὰ δ' ἐν μέσσῳ, θυχὰ δ' γοργόνθῳ. Vota senũ, iuuenum facta, & consulta uirorum. His igitur pleraq; meritò indulta sunt, quibus generalitate legum eximuntur: præstat enim plerisq; in rebus senectus maiorem autoritatem, præstat excusationem, præstat maiorem obseruantiã, quæ omnia sigillatim referre præsentis non est instituti. Ex bono quoq; fit generalis restrictio uarijs ex causis, quarum potissima quæ ad Reipub. utilitatem pertinet. Lex enim quantumuis amplis uerbis concepta, interpretatione restringitur, ne publicæ utilitati obsit: & ideo tali casu nullum crimen incurrit, qui rescripto principis non obsequitur[g], licet aliàs pro sacrilego esset. Sic & iuniores impunè senectutem non uenerabuntur, cùm ex hoc publica utilitas læderetur[h]: quod ex oratiõe Scipionis apparet aduersus Q. Fabiũ, lib. Titi Liuij XXXVIII. Sic priuilegia immunitatis amplissimis uerbis concepta ad tempus belli nõ protrahentur, cùm ex hoc publica læderetur utilitas[i]. Sic propter generales priuilegiorũ derogationes, ea sublata non intelliguntur, quæ pro publica utilitate uigilantibus concessa sunt[k]. Sic quamuis solus princeps exuli ueniam reuertendi indulgeat, ex causa tamen publicæ utilitatis etiam legatus Cæsaris id iuris præsumet: ut cùm ueniam se exuli daturum edicit, qui alium exulem occiderit, uel tradiderit, quod non nisi magna ex causa faciendum est[l]. Sic lex generaliter seruũ manumitti prohibens, de eo non intelligetur, cui ex causa publicæ utilitatis id præmium constitutum est[m]. Sic aduersus leges rationemq; naturalem receptum fuit, ut filius tametsi non hæres, pro primipili debito teneatur, uxorq; in pignore posteriorem causam habere censeatur[n]: cùm enim annona militaris apud primipilũ resideat, publicè interfuit nullã eius ad diem dimensioni morã fieri, & qualemcũq; pro necessitate tam euidenti cogi. Sunt & id genus alia pleraq;, quæ quòd nominatim Baldus[o] commemorat, à nobis recenseri operæprecium non est. Ex hoc consequens est, ut etiã propter pacem multa specialiter permissa ostendamus, quibus generalibus legibus derogatum est: & ideo potest Respublica ciuis sui bona alienare, ut pacem cum hoste redimat: responsumq; est, ualere fœdus, quo hinc & inde direpta inter hostes remittuntur, in eorum damnum, quibus ablata sunt, si aliter pax fieri non potuit[p]. Sic & impuberes matrimonio coniungi prohibentur, nisi suadente pacis utilitate hoc fiat. Hinc etiam traditum est, filium, qui patri exuli alimenta præstare cogi potest, si qui ob uiolatum pacis fœdus pœnas pater luit, hac obligatione nõ teneri[q]. Et quæ de pace probantur, etiam tunc locum habent, cùm de euitando periculo, seu offensione (scandalum Græci dicunt) agitur: quo casu præses nec appellationem recipiet, nec nocentis pœnam remorabitur: ut quia latronem manifestum, uel seditiosum, & factione cruenta famosum militem deprænderit[r]: nam & iussionibus principum impunè non parebitur, cùm inde publica quædam infamia scandalumq; exurgeret[s]: cùm generaliter receptum sit, dispensationẽ principis nullam esse, cùm sine manifesto scandalo, administrationisq; decoloratione, admitti non potest[t]. Quinimò ipse Romanus Pontifex, quem aliàs uiuentium nemo iudicat, si manifestè tanti sceleris reus sit, ut apud ecclesiam malè audiat, scandalumq; inde oriatur, poterit apud uniuersale cõcilium accusari[u], itemq; gradu deijci, quod & frequentius receptum est[x]. Nec his diuersum est, quòd propter futuri mali periculum, pleraq; à summo iure remitti constat: unde nepti nubenti solus aui consensus sufficit, nec pater expectandus est[y], ne interim dilatis nuptijs dedecus aliquod muliebri facilitate subeatur. Qua ratione & qui in prouincia officium administrat, in ea filias suas matrimonio collocare potest[z], licet in filio non idem responsum sit: propter honestatem enim conseruandam angustior aliquando fit interpretatio[a]. Nam & alicui honori designatus, ante confirmationem administrare non debet, nisi is ad quem ius confirmandi pertinet, tam longè absit, ut interim periculũ sit, ne ad honorem facientia iura dissipentur, & pereant[b]. Propter actus infirmitatem iniquitatemq;, legis generalitas etiam quandoque minuitur: quapropter confirmatio generalis statutorũ

ad

a l.ſt rem. §. fi. de euict.
b Bart. l.ſt mater. §. cadẽ. de exec. rei iud.
c l.j.§.j. de quæſtio.
d l.fi. de fi. inſt.
e l.ij. C. de offi. mag. offi.
f l.ij. C. de præſt. præ. li. 12.
g l. nec dãnoſa. C. de precib. Imp. offer.
h l. potioris. C. de off. rect.
i l. iubemus. C. de ſac. ſa. ec.
k l. decurio. C. de ſilen. li. xij.
l l. nõ omnes. in fi. de re milit.
m l.v.§.hi qui. ad Syl.
n l.iij. C. de primip.
o Bal. l.j. C. de hære. uel act. uend.
p Bal. Ang. l. bene à Zeno. C. de quad. præ.
q c.j.§. ſi quis hominẽ. de pace. ten. in feud.
r l.ſi. quis fil. §. quid tamen. de iniu. rup.
s c. ſi quãdo. de reſcrip.
t j.q.vij. de illa.
u gl. c. ſi Papa. xl. diſt.
x Dec. conſil. clj.
y l. oratione. §. fin. de ri. nup.
z l. ſi quis officium. in fi. de ri. nup.
a l.ij.§.j. ubi Iaſon. de in ius uoc.
b c. nihil. de ele.

ad iniusta non producitur. Idem in iusſione, qua quis pro eorum obseruatione iure iurando in uerba Reipublicæ adigitur[a]. Et constitutio pro contractibus solui centesimam iubens, ad illicitos contractus non trahetur[b]. Et qui lege municipij prohibent decurionibus aliquas actiones cedere, non tenebuntur lege, si actu nullo, uel irrito cesserint[c]. Ad hæc generalis est regula, quoties lex de sententia, testamento, contractu, instrumento uerba facit, de ualidis utique semper intelligi[d]. Sic quod dicitur, ultimis pactionibus priores extingui, intelligitur, si iure ualeant[e]. Sic prioris gratiæ mentione non facta, sequens surreptitia censetur, nisi tamen prior inualida fuerit[f]. Sic familiæ erciscundæ iudicio, omniũ rerum inter hæredes communium diuisio fit: si qua tamen illicitè in his reperiantur, ut mala medicamenta, in ea actione non diuidentur[g]: nam & de re illicita societas contrahi non potest. Mandatũ quoque semper restringitur, ne quid aduersus leges commissum existimetur[h]. Vnde & filius, qui peculio accepto iussu patris negocietur, fœnore uel malis artibus quæsita non præstabit: non enim id factum patris uoluntate credibile est[i]. Cæterum & leges, quæ generaliter aliquibus dignitates uel officia conferunt, propter delictum, uel mali futuri quandam præsumptionem restringuntur. Quo fit, ut qui semel ab officio deiectus est, iterum recipi non debeat[k]. Quapropter quæstor propter sordes à munere exclusus, nisi ex certa principis scientia amplius non audietur[l]: quod & in tabellione, itemq; tutore responsum est[m]. Vnde & Comes Palatinus, cui ex sacro rescripto tabelliones creandi ius sit, ex crimine summotum non restituet[n]. Propter affectationem quoque fit huiusmodi restrictio, quod in eo exemplo apparet, quo proditum est, priuilegia alicui propter officium indulta, ei non competere, qui summa affectatione per precum importunitatem obtinuerit[o]: odio enim lex ambitiosos hosce insectatur, anxietudinemque omnem damnat. Vnde tametsi error iustam excusationem præstet, si tamen sit affectatus, non præstabit[p]: quod & in ignorantia admissum est[q]. Idemq; in eo, qui ultro absens fuit, ut excusari posset, responsum est[r]. Sic & tutor, qui tres tutelas affectauit, ut ab alia excusaretur, audiendus non est[s]: quod & generaliter statutum est in quibuscunq; causis, quibus tutores excusari solent, ut affectare non possint[t]. Sic Bartolus, cùm propter pacem generalis abolitio concessa esset, ea uti non posse respondit, qui hoc futurum præuidentes confidentius deliquerint[u]. Huc etiam afferenda sunt, quæ propter probabilem metus uel uiolentiæ suspicionem, ex regulis iuris detorquentur: ut cùm formam, quæ in Romani Pontificis comitijs constituta est, non seruari posse aiunt, cùm probabilis metus Cardinalibus persuaserit, ut aliò eant, quàm quo loco Pontifex fato functus sit[x]. Sic prætor in proximo oppido ius dicit, cùm pro tribunali tutus in sua urbe esse nõ potest[y]: nam & propter iustum timorem omissa appellatio non nocet, eiusq; denunciatio, etiam si legitimè facta non sit, damno non est[z]. Generaliterq; lex ait, in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit, quò minus fiat[a]. Ex iusta quoque excusatione legum iussa plerunque temperantur: qui tractatus latissimus est, sed nos paucis exemplis contenti, cætera diffusius pertractanda ociosioribus relinquemus. Et in primis iustus error uel ignorantia meretur, ut ei succurri debeat, si tamen probabilis sit: idq; in delictis, in contractibus, in ultimis uoluntatibus receptum est. Quapropter sacris ei non interdicetur, qui imprudens initiatum percussit[b]. Lege Cornelia iniuriarum non tenebitur, qui matronam suspicatus ex habitu meretricem esse, compellauerit[c]. Non censebitur receptator, qui ignorabat patratam cædem[d]. Non erit incesti reus, qui sibi cum stuprata intercedere necessitudinem nesciebat[e]. Qua ratione & tyroni delinquenti propter præsumptam militaris disciplinæ ignorantiam, facilius indulgetur[f]. Ei quoq; qui exulem occiderit ignarus, restitutum esse, causa cognita, noxæ non erit[g]: sicut nec ei qui abominato interdictoq; opem feret, dum eiusmodi hominem illum ignoret[h]. Viceuersa qui exulem nesciens occiderit, præmium non consequitur à lege municipali his promissum, qui hoc hominum genus de medio sustulerint[i]. Et generaliter fatendum, ignorantiam facti probabilem excusare, quò minus pœnæ sit locus[k]. In contractibus quoque idem dicendum est: quapropter qui canonem stata die non soluit, ignorans rem emphyteoticam esse, à iure suo, effectu non cadet[l]. Sed & cliens aut emphyteota, qui dominum non agnouit, & clientem se uel emphyteotam negat, eadem ratione excusari potest[m], dum probabilis sit is error. Hæres quoque cùm uerisimiliter, quid testator fecerit, ignoret, à pœna, quam ille promiserit, restitutione in integrum liberabitur[n]. Senatusconsulto quoque Macedoniano non excludetur, qui filiofamilias mutuam pecuniam dedit, cùm se sui iuris esse ille affereret[o], & ita se publicè gereret. Creditoribus quoque emphyteotæ succurretur aduersus dominũ, qui fundo emphyteotico manũ iniecit, quoniam canon sibi non solueretur[p]: nam quamuis resoluto iure emphyteotæ propter legem contractus creditores excludantur, æquitas tamen suadet, ut recepto ab his canone, eos dominus in emphyteotæ locũ reponat, cum uerisimiliter ipsi, si negligentiæ debitoris ad moniti fuissent, ut pignoris ius conseruarent, de suo satisfeciſſent: quod ex facto Alexander respondit[q], & iniquum nobis uisum non est. Sed & eadem ratione aduersus præscriptionem domino succurretur, cùm iustè

a c. j. de iureiu. in vj.
b l.j. de eunuch.
c Bart. l. filium. §. ſi quis. de leg. præſt.
d l.iiij. §. condemnatum. de re iud.
e l. ſi quis ante. de acqui. poſſ.
f gl. c. ex tenore. de reſcript.
g l. cætera. §. mala. fam. ercis.
h l. ſi procur. de cond. indeb.
i Bart. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib.
k l. nullus. C. de pala. ſacra.
l l. ſi quis. C. de cohor.
m l. ſi cui. §. iiſdem. de accu.
n l. ij. C. de ind. lib.
o l. uniuerſi. C. de leg. lib. x.
p l. qui cõtra. C. de incc. nupt.
q l. ſi ſeruus plu. §. ſi quis. de legat. j.
r l. & qui data. ex quib. cauſ. maior.
s l. ſpadonem. §. fin. de exc. tut.
t l. uxori. §. j. de fal.
u Bartol. l. j. §. hæc autem. ſi quis teſt.
x c. ubi. §. porrò. de elect. in ſexto.
y Cle. j. de foro compet.
z c. fin. de app.
a l. in omnibus. ff. tit. j.
b c. ſi uerò diquis. de ſen. ex comm.
c l. itẽ. §. ſi quis uirg. de iniur.
d l. j. de recept.
e d. l. qui cõtra.
f l. qui commeatus. de re mil.
g quæſt. Bart.
h c. inter. de ſent. ex comm.
i Bart. l. v. §. utrum. ad Syl.
k l. ſemp. §. hoc interdictum. quod ui aut clàm.
l gl. l. ij. C. de iur. emph.
m c. ſi uaſallus. ſi de feu. fue. contro.
n l. cùm filius. §. in hac. de uer.
o l. ij. C. ad Maced.
p l. lex uectigal. de pig.
q Alex. conſil. xlv. in v.

ignorauit rei se præscriptę dominũ esse: quod etiam in XL. annorum præscriptione receptus est[a]. Filius quoq; quem ignoranter habere se nesciens testator præterierit, nec legata quidem soluet[b]: hæreditatis quoq; transmissio ab eo, qui probabiliter sibi delatam ignorauit, in hæredem fiet, decretoq; prætoris illi prouidebit[c]. Sed & miles, qui nescius filium præterijt, nequaquã exhæredasse eum censebitur[d]. Lex quoq; alienationem rerum, quæ fideicõmisso subijciũtur prohibens, non obseruabitur, cùm hæres iusta ignorantia fidei nihil commissum fuisse credidit[e]. Defectus quoq; iudicis iustã præstat à lege generali recedendi occasionem: quapropter poterunt decuriones propria autoritate manus ei inijcere, quem curiali fortunæ adstrictum contendant[f], si præsidis adeundi facultas non adsit: nam quamuis lex generaliter cõstituat sibijpsi ius dicere posse neminem, si tamen iudicis copia desit, propria autoritate illatam iniuriam ulcisci fas est[g]. Vnde qui de possessione deiectus est, etiam post aliquod tempus propria autoritate prædonem deturbabit, si præses absens proponatur[h]. Sic uacante Roman. Imperatoris solio pontificis ipsius autoritas exquirenda est.[i] Sic magistratibus municipalibus copiam sui non facientibus, alij iudices tutorem dare possunt[k]: & si qua similia. Cęterùm & iusta ille excusatione utitur, qui suam utilitatem alienæ præfert: Alpibus enim (ut inquit Accursius) ille perit, qui se plus diligit ullum. Μισῶ (ait Eurípides) Ϭοφιςὴν ὅςις ἐκ αὐτῆ Ϭοφός. id est, Odi sapientem qui sibi nihil sapit. Quamuis igitur aduſque certum tempus domũ tibi locauerim, si interim in usum meum ea mihi sit opus, potero te eijcere[l]. Quamuis procurationem rerum tuarũ ad aliquod tempus susceperim, si propríjs negocijs occuper, iure rerum tuarum cu ram deprecabor[m]. Quamuis ex lege lapides uel materiam, quæ in agro meo sit, uendere cogar: si tamen ea mihi usui sit, nulla me ratio[n] coget, ut alienũ cõmodum proprio præponam. Sic & cùm ex flumine publico ius aquæ ducendæ princeps concedit, intelligitur eatenus concessisse, quatenus in publicum usum necessaria non sit[o]: non enim thermis, non nymphæis aut balneis ex eo diplomate illatum damnũ existimari debet. Sic & consuetudo, qua quis in nemore alieno ius arborem cędendi uel pecora pascendi habet, restringitur, quatenus in usum suum dominus non indigeat[p]. Sic & arbiter negociorum suorum mole oppressus, aliena tutò omittet[q]: nam & qui non nisi quatenus facere potest, conuenit, eo priuilegio non utitur, cùm autor pari calamitate affectus est[r]: & qui aduersus quemcunq; hominẽ patrocinari promittit, ut aduersus seipsum dicat, cogi non poterit[s]. Excusandus & ille est, qui officij sui necessitate adactus aliquid facit: ut cùm filius uel libertus tutorio uel procuratorio nomine patremfamiliâs in ius uocant[t]: nec enim tum ueniam eos impetrare oportet. quod & in eisdem personis receptum est, cùm procurationis uel tutelæ muneri deseruientes inofficiosum testamentum dixerunt, tametsi non obtineãt, legato eis in tabulis sibi relicto non priuabuntur[u]: unde etsi in accusatione huiusmodi ex causa instituta succumbant, non tamen calumniæ notam subibunt[x]: nam & qui iussu testatoris aliquem manumittit[y], qui legis imperio obsequens facinorosum cepit, præmio nullo dignus est[z], cùm muneri imposito utercq; potius rectè defunctus dicatur, quàm sponte adactum, rem præmio dignam uoluisse exequi. Sic & iudex qui ex officij necessitate inter partes de fundo ius dixit, non poterit propriè sententiæ exceptione reijci, si alio iudicio fundum ad se pertinere intendat[a]: si uerò alij iurisdictionem mandare potuit, sibi imputet. Nam & generaliter propter necessitatem à iure communi discedimus: cùm enim humanis in actionibus plurimum consensui tribuatur, qui ex necessitate agit, nõ ideo consentire[b] existimaẽ: quare nec pœna sponte delinquentiũ plectetur. Sic qui adigente fame propter necessitatem furtum facit, laqueo non præfocabitur, tametsi municipij lex generalibus uerbis concepta sit[c]. Sed & multa propter necessitatẽ conceduntur, quę aliàs prohibentur: quapropter metu belli poterunt ciues diuinam domum uel sacram turrim munire, & eis pro propugnaculo uti[d]. Eadem ratione & in ecclesia fas erit hospitem recipere[e], & baptismi sacramentum etiam à seculari cõferri[f]: ex necessitate enim lex permittit constitutos à iudicibus ordines negligi[g]. Vnde & res prohibita alienari, quandoq; propter necessitatẽ distrahitur[h]. & iudex qui merum imperiũ seu gladij ius alteri demandare non potest, propter necessitatem tamen iure substituit[i]. Sic & spurij, & ignominia notati homines, quandoque propter necessitatem ab honoribus non reijciuntur[k]. Sed & quoties lex consensum aliquorum requirit, etiam eis inconsultis, si necessitas subsit, rectè agetur[l], quod pluribus exemplis à recentioribus productum est[m]. Illud tamen sciendum, quę necessitate suadente constituta sunt, ea cessante aboleri: quoniã quod contra regulas iuris pro necessitate statuitur, solùm sibi locum uendicat, quatenus subsit necessitas[n]. Sed & non solet hæc excusatio his prodesse, qui se sponte ei negocio intruserunt, unde necessitatem futuram prospicere potuerunt[o]: quapropter Agareni milites eo prætextu, quòd à principibus suis præter furandi impunitatem alia stipendia non percipiãt, excusandi nõ sunt: quis enim eos compulit, ut talem militiam sequerentur? quod & Angelus scripsit[p].

a Bart. l. j. §. si quis autem. de itin. act. priu.
b Bartol. l. filio præterito. de iniu. rup.
c l. Pantonius. de acquir. hære.
d l. militis co. §. miles. de test. mil.
e l. fin. §. fin. de lega. ij.
f l. generali. C. de decur.
g l. nullius. C. de iudi.
h l. si alius. §. bel liß. quod ui.
i c. licet. de for. compet.
k l. ubi. de cur. dat. ab his.
l l. ædem. C. loc.
m l. filiusfam. §. fin. de procu.
n l. uenditor. §. fin. cõ. præd.
o l. si quis. ij. C. de aquæduct.
p Io. And. c. dilecti. de arbit.
q l. licet. de arbi.
r Roma. l. maritum. fol. matr.
s c. petitio. de iureiur.
t l. quæsitum. de in ius uoc.
u l. aduersus. §. j. de inoffic.
x l. mater. C. de calum.
y l. proximè. de ritu nupt.
z d. l. v. §. utrũ. ad Syl.
a c. inter dile. de fid. instr.
b l. cum fidei. de fid. lib.
c Socin. consil. xxv. in ij.
d Innoc. c. cum ecclesia. de im munit. eccles.
e xlij. dist. nulli.
f c. sanctum. de consecra. dist. iiij.
g Bar. l. cum nauarchorũ. C. de naui.
h l. ij. C. de pat. qui fil.
i l. placet. C. de peda. iu.
k l. eos. l. spurij. de decur.
l l. tutor qui repert. de admi. tut.
m Feli. c. cũ accessissent. de constit.
n l. senatus. de offic. præf.
o l. si fideiussor. ff. qui satisda. cog.
p Ang. l. ij. §. cũ in eadem. ff. ad l. Rhod.

D. AND.

D. AND. ALCIATI IVRISCONSVLTI, DE VERBORVM significatione, liber secundus.

SVPERIORE libro, quo à nobis de eo intellectu tractatum fuit, qui ex proprietate sermonis assumitur, potuit & quidnam improprium sit, quod Græci ἀνωμαλον dicunt, cognosci: nimirum ut improprium dicatur, cùm quanq; rem non suo nomine appellamus: quo uitio tyronem suum M. Cicero epistolarum lib. XVI. arguit, qui ualetudini fideliter inseruiendo scripserat, quod aduerbium alieno loco positum, ut impropriè dictum ipse non probat. Illud etiam improprium censeri uulgò traditur, quod cum aliqua adiectione, non autem simpliciter profertur[a], ut cum fratrem patruelem dicimus, cùm patruum magnum: quapropter in lege municipali, quæ fratrem uel patruum matri præferat, huiusmodi uocati non intelliguntur[b]. Sed quid in sorore, quam uterinam appellant[c]? & propriè sororem esse, cùm in secundo gradu sit, receptius est, quæ uterina non propter improprietatẽ, sed ratione differentiæ dicitur[c]. Sicut & pronepos & proauus propriè nepos atque auus est: quoniam præpositio illa ordinem, non abusionem ostendit. Ad improprietatem quoque dictiones illæ trahuntur, quæ ex larga quadam significatione quippiam denotant: cùm enim proprium sit, quod uni soli conuenit, non caret abusu, qui latiore uerbo id designat, quod peculiari uoce dicendum erat: ut cùm lex lulia quod adulterium est, stuprum dicit[d]: uel cùm lex, manumittuntur, inquit, apud Proconsulem tam liberi quàm serui: quod enim ad liberos attinet, manumissio impropriè dicitur[e]. Sed & cùm emphyteota, uel qui uectigalem fundum à municipibus habet, se dominum appellat, impropriè loquitur: quoniam uerè dominiũ est, quod directum uocamus[f]. Illud tamen dubium non est, sub genere suo quamlibet speciem propriè comprændi: quod à nobis alibi diffusius explicatũ est. Igitur in hac specie illud proditum pro regula est, uerba secundum improprietatem intelligenda non esse[g]: quod tamen perpetuum non est, sed pluribus casibus coarctandum. Quorum ille amplissimus, quando subiecta materia aliud suaderet, ut cùm dominus remissionem colono ob sterilitatem dans, uerbo donationis utitur[h]: intelligetur enim potius transactum, & ideo subsequuta uberta te repetetur. Sic emptor fundum dari à uenditore stipulatus, secundum contractus naturam intelligetur, ut si uenditor dominus non sit, sufficiat translata usucapionis facultas[i]. Nam & qui uendere se tibi insulam asseruit, ut aliam reficias, non ideo uendidisse censebitur, & idcirco præscriptis uerbis agendum erit[k]: semper enim subiectæ materiæ ratio quid ferat, perspiciendum est. Constituo Titium syndicum meum, cùm procuratorem debuissem dicere, nihilominus erit procurator. Idem si, substituo dixissem[l]. Sic monachus cùm in professione sibi reseruari proprietatem fundi dixisset, responsum est de usu accipiendum. Sic si iusto precio fundum in emphyteosim me tradere dicam, non emphyteosis, quæ modico precio concedi tur, sed locatio erit. Eodem modo cùm princeps accepta pecunia feudum se mihi donare dixisset, placuit uenditionem esse. Sic cùm fœnerator oblatas usuras donare se debitori dixisset, respondit Baldus non donationem, sed restitutionem censeri[m]. Alius est casus, quo uerba impropriè accipiuntur, quoties mens contrahentium, uel testatoris hoc suadet: non enim semper proprijs uocabulis uti possumus[n], & intentioni uerba subseruire debent. Et ideo, Ex contrahentium mente uendidit, interpretabimur id esse, quod permutauit: & locationem pro conductione: & emit reditus annuos, pro eo quod est, condu xit. Sic & in testamento, cùm dominus seruo suo legasset aureos quinq;, quos in tabulis rationum ei debebat, sufficiet quod naturaliter tantùm debebatur[o]: nam nec testatores omnes sciunt iura. Et ideo non refert filio dicant se relinquere iure institutionis, an solùm dicant, se assignare. Et qui filio dixit, se Titium tutorem dare usque ad uigesimum quintum annum, post annos pupillares non tutorem, sed curatorem constituisse uidebitur[p]. Alius est, cùm ex proprietate intellecta uerba contractum redderent nullum: ut enim actus sustineatur, accipietur etiam impropria interpretatio. Quapropter filius familiâs defuncto patre qui hereditatẽ sibi delatam adire se dixerit, immiscuisse ei se censebitur[q]: quoniam, ut actus ualeat, fiet impropria interpretatio, nec ex illis uerbis sumetur coniectura, nescisse eum an necessarius esset. Sic & cùm aliquis Titiam & suos instituisset, de filijs intellexisse responsum est, tametsi extra potestatem suam essent: licet enim filij sui hæredes propriè sint, qui in patris manu ex lege XII. tabul. erant, tamen ne substitutio corruat, etiam suos hæredes in fœmina intelligemus, quos ipsa in potestate nõ habet, nec habere potest[r]. Sic pater filium & nepotes instituens ordine successiuo, contra naturam coniunctę instituisse uidebitur, tanquam id fecerit, ne se uiuente mortuo filio præteritione testamentum rumperetur[s]. In sententijs quoq; iudicum fit eadem interpretatio: unde si alij fundus, alij ususfructus adiudicatus sit, non erit ususfructus cõmunicandus, ne uideatur id iudicatum, quod in iudicis mandato non continetur[t]: qui enim familiæ erciscundæ disceptator assumitur, non communicare, sed diuidere debet. Sic cùm proximũ agnatum iudex tutorem se dedisse in decreto asseruisset, respondit Bartolus, dedisse, id est, datum confirmasse, intelligendũ[u].

a Bart. §. quæsitum. l. Lucius. de leg. iij.
b Doct. l. j. C. de suc. ed.
c Socin. consil. xxv. in iij.
d l. inter liberos. de adult.
e l. ij. de offic. procur.
f l. j. ff. ag. uectig.
g l. nõ aliter. de leg. iij.
h l. si uno. loc.
i l. si stipulat. de usur.
k l. insulam. de præscri. uerb.
l Felin. c. in tantum. de fim.
m Bald. l. fin. C. de usur.
n l. si tibi. si certa peta.
o l. quibus. §. dõminus. de con. & demonst.
p Angel. l. ij. C. de confir. tut.
q l. is qui putat. de acqui. hær.
r Guid. Pap. dec. 548.
s l. Gallus. §. j.
t gl. l. & puto. in prin. famil. ercis.
u Bart. l. j. C. de neg. gest.

In libellis uerò iudiciarijs huiusmodi expositio facilius admittitur, cùm ex partium intentione soleant declarari [a]. quod & in testimonijs receptum est [b]: fit enim semper interpretatio, ne discordes & periuri testes sint: idem ne pugnantia inuicem dicta uideantur: semper enim etiam in quacunq; materia repugnãtia huiusmodi excludenda sunt, & scripturæ scripturis concordandæ: & si qua diuersa uel discrepantia uidentur, conciliari inuicem debent [c]. Sed & ne elusoria dispositio fiat datur, uerba impropriè accipientur: quod ea specie constitutum est, cum Rom. Pontifex alicui ciuitati sacris interdixit: licet enim ciuitas propriè solùm intelligatur, quatenus mœnia ambiunt, tamen hoc casu etiã de subur bijs actum credetur [d], alioquin nullius effectus huiusmodi esset abominatio: nam & eadem ratione usu syluę legato, Hadrianus constituit usumfructum deberi [e]: quia nisi liceret legatario cædere syluam, nihil ex huiusmodi legato cõsequeretur. Idem cum qualitas personæ à proprietate uerborũ nos recedere suadet, ut cùm pater filio pro falcidia sua legat: intelligetur enim de triente iure naturæ debito [f]: nam etsi uir imperitus quicquam dixerit, non propriè, sed crassa minerua accipiendum erit: quod maximè in his obseruandum, qui uulgari & simplici modo quicquid in buccam uenit, effutiunt [g]. Sic seruus qui sibi licere possidere stipulatus est, de simplici detentatione, non autem ciuili possessione intelliget ur [h]. quod etiam ad testes productum est, qui de his testimonium perhibent, quæ uiderunt, nec possessionem, quatenus iuris est, diffinire sciunt. Ex absurdo quoq;, ut euitetur impropria significatio, accipi poterit: quoniam regulariter traditur, semper ita legem interpretandam, ut absurda non toleren tur [i]. Quapropter lex eum qui furti pactus sit, ne damnaretur, infamia notans, de pacto gratuito non intelligetur [k], id quippe inhumanum esset. Sic ubicunq; uerba legis ad absurdum trahi possunt, partes iudicis erunt decre to rem temperare: quoniam tali casu non uidetur hæc fuisse legis mens [l]. Sed & in edicto prætoris, quo parentes sine uenia in ius uocari nequeunt, parentes non propriè tantum usq; ad tritauum, sed omnes in infinitum accipiemus [m]: quoniam hoc honestius esse lex ait. Et ex his sequitur, cùm lex dicit, in ambigua uoce legis, eam potius accipiendã significationem, quæ uitio caret [n], censeri ambiguam uocem quæ propriè unum, impropriè aliud significat: propter uitium enim ad proprietatẽ illam non attendemus, cùm & generaliter receptũ sit, nunquã legem ita interpretandam, ut iniustũ aliquid aut rationi contrariũ inducat [o]. Sæpe, ait Iulianus, animaduerti hanc partem edicti habere nonnullas repræn siones [p], decreto itaq; ista temperari debebũt. & quæ sequuntur. Cæterum illud generaliter fatendum est, semper fieri interpretationem uerbis impropriè acceptis, quoties de mente uerisimili constat, quæ èx consuetudine patrisfam. uel loci in quo uersatur, potest deprændi, itemq; dignitate, charitate, necessitudine, ex his quæ præcedunt, uel deinde subsequuntur [q]. idemq; quoties aliqua ratio hoc suadeat: nam sicut uerba generalia ex quamplurimis à me superiori libro expositis causis restringuntur (quod citra abusiuum intellectum fieri non potest) ita etiam impropriè accipiuntur. Sed nunquid ut uerisimili menti obsequamur, poterunt uerba non solùm impropriè, sed improprijssimè quoq; accipi? Et Areti [r]. Iasonq; [s] negant, maximè improprietatis rationẽ ullam esse: quapropter si testator dixerit se filijs suis pupillis talẽ curatorẽ dare, nõ existimabit datus tutor [t]: nam & si quis fundum leget, cuius solus ususfructus ad se pertinebat, eo mortuo nihil debebitur [u]. Sed tamen in contrariã sententiam frequentius itum est, ea in specie, quando pater filiæ relinquit pro sua falcidia: improprijssimè enim de legitima iure naturæ debita intelligitur [x]. Idem cùm quis dicit se legare monumentum, intelligitur ius mortuũ in illud inferendi [y]. Cùm pater se filiæ relinquere iure restitutionis dixit, de institutione intelligitur [z]: nam non omnes sciunt uerbo instituendi uti, unde satis est, si id quoquo modo enuncient, quod æquè polleat. In instrumento mandati dictum erat dominum cõstituere Titium asinum ad defendendũ causam: respondit Hostien. procuratorẽ rectè constitutum uideri. Quo argumento cùm executor in testamento adiectus esset his uerbis, Titium dilapidatorem bonorum meorum esse iubeo [a], respondit Baldus sufficere: nam & testator, qui legatum reliquerat, donec filius in tutelam suam peruenisset, non de decimoquarto anno, sed quinto & uigesimo etiam per summã improprietatem intellexisse creditur [b]. Accedit his quòd etiam nutu legata uel fideicõmissa relinqui possunt [c], quãto magis quomodocunque conceptis uerbis poterunt? Quo fit, ut qui sibijpsi legare se clientelum dicat, absoluisse à clientelæ iure (uassalitium uocant) hominem censeatur [d]: & qui filium suum uiuum & mortuũ Sempronio legare se dicit, in uita tutorem Sempronium facere, post mortem illi substituere credatur [e]. Vir locuples qui pauper tatẽ suam Titio relinquere professus sit, de uniuersis facultatibus intelligatur [f]. Nec me mouent quæ in aduersam partem adducuntur: quoniam in eis coniectura uoluntatis non suberat, uel error proferentis in aperto erat [g], ut meritò aliud constituendum necessariò fuerit. Nam etsi uerbis utamur, quæ salua ratione Latini sermonis alium casum non comprændunt, non est dubium eis standum esse [h]: nec enim aliter quàm congruo sermone uoluisse quenquam loqui creditur [i]: si tamen alia mens appareat, ea prævalere debet, præsertim cùm de rustici hominis, & bonarum artium imperiti, interpretanda uoluntate agitur. Nam & sacerdos qui in sacri lauacri

[a] l. si quis intentione. de iud.
[b] c. cum tu. de testib.
[c] d. si. C. de eden.
[d] c. si ciuitas. de sent. excom.
[e] l. diuus. de usu.
[f] Barto. l. j. ad leg. Falc.
[g] gloss. l. quoties. fam. erc.
[h] l. stip. ista. §. hi qui. de uerbo. oblig.
[i] l. nam absurdũ. de bon. lib.
[k] l. furti. §. pactus. de infa.
[l] l. scire. §. aliud. de ex. tut.
[m] l. iiij. §. j. de in ius uoc.
[n] l. in ambigua. de ll.
[o] l. fi. §. in comput. de iu. deli.
[p] l. Saluius. de leg. præst.
[q] l. si ser. plu. fin. de legat.
[r] Areti. l. d. tio. de uer.
[s] Ias. l. quotie eo. tit.
[t] l. tutores. §. de admin. tu
[u] l. quod in rum. §. j. de gat. j.
[x] d. l. j. ad leg. Falcid.
[y] l. monumen C. de leg.
[z] Bald. l. si cum ante. C. de do nat. ante nup.
[a] Ias. d. l. insula de præscript. uerb.
[b] l. cum filio. de leg. iij.
[c] l. nutu. de lega. iij.
[d] l. cætera. §. qui ab hosti. de legat. j.
[e] Soc. l. qui duos. de re. dub.
[f] l. Lucius. §. he redũ. ad Treb.
[g] l. iiij. de leg. j.
[h] l. Plautius. de auro & arg.
[i] l. fin. ad Treb.

uacri mysterio, baptizo te, dixerat, in nomine patria filia spirita sancta, Christianum rectè baptizasse existimatus est [a]. Quid si sermone aliquo usus quis proponatur, qui ex obsoleta tantum antiquorum obseruatione sustineri pro idoneo possit? Et eius rationem non haberi duobus exemplis patet. Alterum est, cùm Iabolenus [b] uestę, mundo, ornamentisq; muliebribus legatis, omnem uestem & mundum deberi respondit: quia illa demonstratio muliebria, neque uesti, neque mundo applicari salua ratione recti sermonis potest, & tamen ex Non. Marc. constat ueteres mundũ etiam neutro genere dixisse. Lucilius: Legauit quidam uxori mundum omne. Alterum est, cùm filijs centum testator reliquisset, etiam de filiabus actum Vlpia. scripsit [c]: quia filiorum appellatione, etiam fœminę continentur: & tamen ueteres datiuum casum non filiabus, sed filijs dixerunt, quod exempli Næuij & Plauti Priscianus ostendit: ut appareat nõ ex eo, quòd masculinum concipiat fœmininum, sed ex proprietate sermonis sententiã Vlpiani potuisse defendi, nisi ille obsoletam ueterum declinationem neglexisset: affectatus enim hic loquendi modus Iureconsultis nostris [d], sicut & cæteris prudentioribus, semper molestus fuit. Memoria teneo magni quendam nominis grammaticum, cuius etiam commentarij plerique extant, his uerborum fœtoribus penitus immersum, cùm Mediolano Bononiam esset iturus, equum à ueterinario certa in dies mercede conduxisse, deinde remisso equo, per literas ueterinarium certiorem fecisse, ut in tale diuersorium iret, equum suũ acceptur rus. Veterinarius non iuerat, quòd chirographum non intellexisse assereret: integramq; lapsi temporis mercedem petebat. Eius epistolæ uerba hæc erant: Pegasus qui me tollutim succusserit, apud campanæ peluis copam erit, inde petito, phoretrumq; ex eo tempore præcidito. Quæsitum est, uter æquiorem causam haberet: & eorum consensu, qui de re pecuaria ius dicebant, placuit literatorem condemnari, qui ignorabili huiusmodi sermone uti nõ debuit: cùm traditum sit, qui ad aliquem scribit, tali idiomate uti eum oportere, quod intelligi ab eo, ad quem literæ dantur, possit [e], alioquin huiusmodi testationes damnum ei nullum inferre. Quapropter Romanus homo, qui ad Græcum scribat, non Latinè, sed Græcè conceptis uerbis uti debet [f]. Sed an quod de improprio sermone diximus, etiam in ficto obseruandum erit? & si fictus casus non solùm ratione effectus, sed etiam nominis æquiparatus est, satis putauerim, quod de uero constitutum est, etiam in ficto obseruandum. Vnde lex, quæ ingenuo priuilegium aliquod concedit, etiam in liberto obseruabitur, cui ius ingenuitatis per natalium restitutionem, seu anuli aurei, indultum à principe sit [g]. Et relictum Titio si legitimos filios ex se reliquerit, ei præstabitur, qui naturalem reliquerit, beneficio principis natalibus restitutũ [h]. Sed & ciuibus à Republica concessum, eis quoq; dabitur, qui & priuilegio ciues sint, quantum sit tamen eorum respectu, quæ ab ipsa Republica proueniunt [i]. Sic si lex municipij ad duumuiratum neminem admittat, nisi sit originarius, alienigena quoq; recipietur, qui ius ciuitatis hac forma impetrauit ut pro originario ciue habeatur [k]. Sic lex, quæ in hærede loquitur, ut hæreditatem adire cogi possit, & restituere, in bonorum quoq; possessore locum habet, qui & effectu, & nomine pro hærede habetur [l]. Sed si respectu nominis solùm sit æquatio, tunc aliud dicendum est: ut in filiofam. quem lex dominum interpretatur, etiam uiuente patre, non intelligetur generali dominorum appellatione de eo actum [m]. Sed & si Censoria lege cautum sit, ne uniones aut gemmæ in muliebri mundo habeantur, de adulterinis & suppositijs non existimabitur uetitum [n]. Theodosij tamen constitutio, quę uellera sacro mu rice intingi non permittit, etiam adulterino colore fucari prohibet [o]: sed id propter existimationem hominum receptum est, & ne facilè rebellibus esset tyrannum Imperatoriæ maiestatis purpura aut uera, aut fucata amicire: quod ex Ammiano Marcellino constat. qua ratione Andr. Siculus [p] cùm lege artificum caueretur, ne peregrinos pannos præterquam coccineos habere liceret, excusari eum respõdit, qui fucato cocco intinctos habebat. Hinc est, quòd si alicui relictum sit, cùm legitimæ erit ætatis, ante XXV. annum nihil debebitur, tametsi ueniam ætatis impetrarit [q]: is enim licet in his, quę à principe proueniunt, omnino pro maiore habeatur, quantum tamen sit ex testatoris uoluntate, aliud est, qui consilij maturitatem in eo spectauit, quæ à natura, non à principe indulgetur. Potes (dicebat Phauorinus, ni fallor, Imperatori) hominibus barbaris ciuitatem Romanam dare, uocabulis nominibusue barbaris non potes, quòd ea à naturali ciuium usu uim, atque proprietatem accipiant. Quid rursus si non ratione nominis, sed solũ effectu æquatio fiat? Et hic tractatus ad interpretationem pertinet: & regula est, quæ de casu uero dispositi sunt, ad fictum quoq; extendi [r]: quoniam fictio ueritatẽ imitatur, & æquè ac ipsa ueritas pollet. Hinc est quòd lex Aquilia, quæ datum hæro, id est, domino, damnum resarciri iubet, etiam quod hæreditati iacenti illatum est, ulciscitur [s]. Hinc edictum prætoris condemnatos iudicio publico notans, in eis quoq; qui fictè condemnati sunt, locum habet [t]: ut quia quis sit confessus, quem lex pro condemnato habet. S. C. Macedonianũ in Republica quoq; obseruabitur, quæ filiofam. mutuam pecuniam dederit [u], & tamen Respublica fictam personam sustinet [x]. Sic leges pleræq; pœnales, quæ facientem gladio insequuntur, etiam de eo intelliguntur, qui per alium facit [y]. Qui pecuniam à reo petere

[a] c. retulerũt. de consecra. dist. iiij.
[b] d. l. Plautius.
[c] l. si quis ita. de testa. tut.
[d] l. ij. §. post hos quoq;. de orig. iur.
[e] §. alienationis. in auth. de nõ alie.
[f] l. j. de exc. tut.
[g] l. cum ex oratione. de excus. tut.
[h] Bar. l. si is qui. pro empt.
[i] Bar. l. si maritus. §. legis. de adul.
[k] Bart. d. l. omnes populi.
[l] l. j. §. bonorũ. ad Treb.
[m] l. in suis. de liber. & posth. Bar. l. scindũ. qui sati d. cog.
[n] l. j. §. hoc autem. de fõne.
[o] l. iij. C. de uest. olob.
[p] Barb. consil. xxix. ij.
[q] l. fi. C. de his qui uen.
[r] l. fi. de mag. conuen.
[s] l. liber. j. §. si seruus. ad l. Aquil.
[t] Barto. l. ictus. de infam.
[u] l. nihil. ad Maced.
[x] l. mortuo. de fid.
[y] l. diuus. de fal.

arbitri ſententia ſub pœna uetitus eſt, nec
a l. aduerſus. de arb. à fideiuſſore quidem eius petet[a]. Non tamen
regula huiuſmodi perpetua eſt, ſed pleraſ-
que habet exceptiones, ut cum diuerſa ratio
b l.illud. de petit.hæred. aliud in caſu uero, aliud in ficto ſuadet[b]: qua-
propter procurator ad exigendum accepto
ferre nõ poterit, tametſi acceptilatio ficta ſit
c l.non abſtulit. C.de no. ſolutio[c]: id enim donationem contineret, de
qua huiuſmodi mandato nõ cenſetur actum.
Sic S. C. Trebel. de hærede uerba faciens, in
d l.j. §. denique. ad Treb. fideicõmiſſario locum non habet[d]: nec enim
per fideicommiſſarium tabulæ teſtamenti, ſi-
cut per aditionem hæredis, ſuſtinentur: nec
tamen negari poteſt, quin fideicommiſſarius
e l. poſtulante. ad Trebel. effectu cenſeatur hæres[e]. Eadem ratione edi-
ctum prætoris, ei qui negocia alterius geſſe-
rit, actionem eo nomine promittens, locum
non habuiſſet in eo, qui hæreditaria negocia
f l.iij. §. hæc uer ba. de negocijs geſt. geſsiſſet, niſi & id prætor expreſsim cauiſ-
ſet[f]: qui enim uiuentis negocium curat, affe-
ctione quadam motus uidetur, quæ ei obeſſe
non debet. At qui hæreditatem uacantẽ ex-
tricare nititur, non uidetur tam ex obſequio
laude dignus, q̃ ex curioſitate quadam nimia
g gloſ. l. culpa. j. tit. j. reprændendus[g]. Non procedit prædicta re-
gula etiã, quando ueriſimile eſt id actũ, ut in
caſu uero tantum diſpoſitio perficeretur: ue-
luti cùm qui iurat ſe ſoluturum, non poterit
id compenſare, quod eo tempore ſibi debe-
h c. ad noſtram. j. de iuretur. batur[h]: quòd ſi ex noua cauſa incipiat debe-
ri, aliud fortè eſſet, quod Bart. ſenſit[i]. Sic cum
i Bart. l. amplius. rem ra. ha. uerba perſonæ inhærentem qualitatem reſpi
ciunt, apparet id actum, ne per aliũ fiat[k]. unde
k l.iiij. §. ſi procur. quod quiſque iur. & initiatus, qui publicè macellum, uel tabe-
rnam exercere prohibetur, pœnis legis non
l Cle. j. de uita & ho. cler. coërcebitur, ſi per alium exerceat[l]. Sic & lex
collegij eum, qui exercuerit artem uilem, ab
honore excludens, nõ intelligetur illi notam
m l. humilem. C. de ince. nup. inferre, qui ipſe mercimonijs non præfuit[m],
quamuis ſeruorum inſtitorumq; opera ea in
re uſus proponatur: nam & M. Craſſus, haud
dubiè Romanorũ nobiliſsimus, huiuſmodi
artificum ſeruorum opera diues factus eſt, ut
Plutarchus tradit. Cenſetur autem perſonæ
qualitatẽ reſpexiſſe, cùm natura rei hoc ſua-
n d.l.iij. det[n], uel cùm uerba hoc exprimunt, ut ſi di-
catur, Perſonaliter, per ſe, propriis manibus,
ipſemet, & ſi qua ſimilia[o]: quamuis huiuſmo-
o l. iubemus. C. de eroga. mil. anno. di uerba non adeò efficacia ſint, ut tamen rei
p l. diuus. de fal. natura, ratioq; legis non præualeat[p]. Sic &
teſtator appoſita conditione, ſi hæres ſine fi-
lijs legitimis, & ex legitimo matrimonio con
ceptis deceſſerit, non intelligetur de his ſen-
ſiſſe, qui per ſubſequens matrimonium, uel
per reſcriptũ principis, iuſti filij effecti ſunt:
quia illa uerba naturam reſpiciunt, non legis
q Alexan. conſil. v. in vij. c. innotuit. de elect. fictionem[q]. In materia quoq; ſtricta, & quæ
ad literã debeat intelligi, non fiet huiuſmodi
interpretatio: quapropter Rom. Pont. ſi be-
neficium, quod morte uacauerit, conferri ti-
bi mandauit, isq; ſacerdos non mortuus ſit,
r c. ſuſceptũ. de reſc. in vj. ſed aliàs priuatus exautoratus ue, mandatũ
extinguitur, in quo de morte naturali actũ,
non de ciuili præſumitur[r]; huiuſmodi enim
gratiæ ad beneficia anguſtè accipiunt̃, nec in
eis licita eſt extenſio. Sic Iuſtiniani conſtitu-
tionem[s], aduerſus eos latã, qui rei alienæ ua-
s l. fin. C. unde ui. cuam poſſeſsionem occupant, receptius eſt
in eo non obſeruari, qui rem hæreditariã oc-
cupauerit: hæreditas enim impropriè uice
perſonæ fungitur. Quapropter cùm lex mu-
nicipalis rem uenditam iuberet publico præ-
conio præſcriptioneq; certis locis diuulgari,
& niſi intra ſex menſes contradictum fuiſſet,
quamlibet perſonã, etiam ſi uniuerſitas eſſet,
excludi: Reſpondit Raph. & Iaſ.[t] hæredita-
t Iaſ. l. ſi is qui pro empt. vi. not. tis iacentis illabefacta eſſe iura: quod & mihi
placet, tum propter decreti duritiem, quo ſex
menſium præſcriptio aduerſus iuris commu-
nis regulas inducitur, tum quòd hæreditati
ipſi negligentiam imputare non poſſumus.
quòd ſi eo caſu lex iuberet, ut quicunq; in re,
uel ad rem ius haberet, illud oſtẽderet, putarẽ
excludi hæredẽ: is enim ius ad rem habebat,
nempe ius adeundi, quo rem cõſequi potuiſ-
u l. inde. §. iden Iul. ad l. Aqui. ſet[u]. Et ex his conſequens eſt, ut leges muni ci
pales, ſi correctoriæ ſint, uel limitatoriæ, ad
caſum fictum non trahantur, idq; uulgò rece
ptum eſt: cùm enim hæc interpretatio ex ex-
tenſione fiat, in his nullum eſſe extenſioni lo-
x Imol. §. & quid ſi tantũ. cum conſtat[x], niſi in caſibus, quos infrà lo-
co ſuo attingemus. Qua ratione nec in pœ-
nalibus, odioſis ue, caſus fictus comprænde-
y Rom. conſil. ccccxxxvj. tur[y]. Idem ſi diſpoſitio taxatiuè concepta pro
ponatur, ut cùm quis ſe pro facto ſuo tantum
z Bart. l. ſi ſic. de uerb. obligauit[z]. Idẽ in diſpoſitione hominis dicen
dum, cũ caſus fictus ſub uerbis cõprændi nõ
a l. ſi cum dotis. ſolu. matri. poteſt[a]: qua de re diffuſius ſequẽti lib. tracta-
bitur. Et ex his quoq; ardua illa quæſtio fini-
ri poteſt, an appellatione mortis, de morte
quoq; ciuili accipiamus: in quo regula eſt,
b l. ex ea. §. inſu lam. de uer. non accipi[b], quia uis uerborũ talem ſenſum
nõ patitur. Si tamẽ mors ciuilis omnino eiuſ-
dem effectus, quo ad id, de quo agit̃, ſit, tunc
ex interpretatione de ea quoq; actũ cenſebit.
Vnde ſi ſit dictũ, ſocietatem morte finiri,
c l. actione. §. pub. pro ſo. etiã publicatione finietur[c]: & ſicut mortuus
nõ impedit, quo minus ſequẽs agnatus pro-
d l.j. in fin. de contra tab. ximus ſit, ita & deportatus[d]. Et pactũ de dote
in caſum uxoriæ mortis lucrifacienda, etiã in
eum caſum intelligetur, cũ in religioſum mo-
naſteriũ ſeceſsit[e]: nec enim ueriſimile eſt, uo-
e l. deo nobis. C. de epiſc. & cler. luiſſe maritũ hoc caſu expectare, exigendæq;
dotis morã pati, donec naturaliter uxor fato
fungeretur, quæ indiuiduam uitę cõſuetudi-
nem cõtemplit: ſicut nec tunc dilationis ratio
habetur, cùm quis in eorũ religioſorũ albo ſe
f Bart. l. cum pa ter. §. hæredi. de leg. ij. profeſſus eſt, qui oẽino ex inſtituto ſuo ſint
incapaces[f]. Idẽ in his, qui in metallũ damnati
g l. intercidit. in fi. de condi. & dem. ſunt, & ſerui pœnæ fiunt[g]: nec enim ſperatur
fore, ut hi unquã liberent̃, ut meritò eorũ in-
terſit mortẽ expectare: unde ſeruitutem illam
h l. ex facto. §. ſi quis rog. ij. ad Trebel. morti comparamus[h]: & ſi fortè accidat, ut in-
dulgentia principis reſtituantur, iam non illi,
i l. j. §. filius. ad Tertul. ſed alij nouiq; homines exiſtimant̃[i]. In depor
tatis uerò ſpes hæc reſtitutionis non omnino
extinguitur, eorumq; intereſſe exiſtimat̃, ut
mors uera expectetur: quod in eo reſpõſum
eſt

a l. Statius. §. fi. de iur. fiſ. eſt, qui poſt mortem grauatus erat fideicom-
miſſum reſtituere[a]: poſsidebit enim poſt pu-
blicationẽ fiſcus, donec morte extincto reo,
dies fideicõmiſsi uenerit. Cæterũ in caſibus
quoq;, quibus permiſſa non eſt extenſio, ſed
uerbis ſtatur, nunquam appellatione mortis
de ciuili intelligimus, ut in Pontificis Roma-
ni gratia, qua in caſum mortis mandatur ali-
b d. c. ſuſceptũ. de reſcrip. cui prouideri, ſacerdotiumq; cõferri[b]: in his
enim, præterq; ſi motu proprio indultæ ſint[c],
c Cle. ne Roma ni. §. ſanè. uer ſic. moriente. de elect. fit ſtricta interpretatio. Et hæc, quod ad im-
proprietatem, fictionemq; pertinet, hacte-
nus. Ex uſu accipiũtur uerba generaliter in
quacunq; materia, etiam pœnali: quoniam is
communis loquendi uſus proprietati quoq;
uerborũ præualet, dum tamen ex autoritate
prudentium originem traxerit: nec enim du-
d Bart. d.l. omnes pop. iij. q. bium eſt, ex autoritate doctorum, propriam
quoq; ſignificationem duci[d]: quantaq; eius
uis ſit, oſtendit Cicero, qui quando q; uſum
optimũ magiſtrum appellat, quando q; om-
nium magiſtrorũ præcepta ſuperare aſſerit.
Horatius quoq;: Multa renaſcentur, quę iam
cecidere, cadentq; Quæ nunc ſunt in hono-
re uocabula, ſi uolet uſus, Quem penes arbi-
trium eſt, & ius, & norma loquendi. Quinti-
lianus lib. I. cap. v. Autoritatem, inquit, ſer-
monis conſuetudo ſuperat. Et inferius: Con-
ſuetudinẽ ſermonis, uocabo conſenſum eru-
ditorum. Sulpitius Apollinaris apud Aulum
Gellium: Non ſolùm uerborum cõmunium
ueræ & propriæ ſignificationes uſu mutan-
tur, ſed legum quoq; ipſarum iuſſa tacito con
e in l. Labeo. de ſup. leg. ſenſu obliterantur. Bartolus[e] tamen, quod
ex cõmuni uſu dicitur, non eſſe ex propria ſi-
gnificatione aſſerit, ſed potius ὀνχημαλισμῶν, ſeu ex figurato ſermone dici: quoniam natu-
ralis rei ſignificatio, autoritate populi immu-
f l.ij. de uſufru. ea. re. tari nequit[f]. Et ideo exiſtimauit Salic. cùm
lege municipali caueretur, uerba ex propria
ſignificatione accipi debere, in ea inteſtatum
non cenſeri pupillum, qui etiam ſi uoluiſſet
teſtamentũ facere, iure prohibetur, quoniam
id ex cõmuni loquendi uſu, non ex propria
g l. j. de ſuis & legit. ſignificatione eſt[g]. Addunt alij, idem eſſe ſi
lex mandet uerba nullo extrinſecus addito
h Feli. in proœ. decre. intelligi[h]. Sed in hanc ego ſententiam mini-
mè iuerim, qui ſuprà ex opinatiſsimis ſcri-
ptoribus oſtenderim, proprietatis uerborum
uim, & ius penes uſum eſſe: unde enim uoca-
bula inuenta, niſi ex hominũ uſu? Siquidem
uetuſtiſsimã linguam Chaldæorum, ſeu He-
bræorum fuiſſe conſtat, quod & ueteres ſen-
ſiſſe ueriſimile eſt, cùm apud Aſſyrios inuen-
tas literas, & in Aegyptum per Mercuriũ, in
Græciam per Cadmũ Phœnicem, in Italiam
per Pelaſgos allatas, autorum conſenſu tradi
tum ſit. Id & eo argumento Euſebius Cæſa-
rienſis confirmat, quòd literarum nomina a-
pud Hebræos ſuam ſignificationem habeãt,
ut Aleph doctrina, Beth domus, Gimel pleni
tudo, Daleth tabularum &c̃. cùm apud alias
gentes nihil ſignificent, ſolumq; quædam in
his peregrinæ linguæ imitatio appareat: ab
eo ſermone alij orti, ex uſu & conſuetudine
uim, argumentũ, naturã ſuã acceperũt. Qua-
propter nequaquã credendũ eſt, naturalem
rei ſignificationẽ non poſſe populi autorita-
te imminui. Nec uerum eſt figuratũ huiuſmo
di ſermonẽ dici, cùm contrà potius is figura-
tus ſit, qui præter uſum accipitur: unde & κατάχρησις figura, quam abuſum latinè dicimus.
Arbitror igitur etiam in ſtatutis municipali-
bus, & quacunq; alia materia cõmunem hunc
uſum obſeruari debere: ex quo conſequens
eſt, ut licet appellatione beſtiarũ ſolummo-
do feræ contineantur[i], ut leones, urſi, pan-
i l.j. §. beſtiãs. de poſtul. there, tamen propter cõmunem uſum omnia
k Felinus in d. proœm. etiam domeſtica comprænduntur[k]. Sic in te-
ſtimonio, quod quis poſsederit, intelligitur,
id eſt, detinuerit. Sic in ſtatuto Titium & om
nes de eius domo eijciente, etiam naturales
filij eijcientur. Sic arma ex communi uſu ho-
die dicimus etiam Iureconſulti diſſinitione ex-
l l. armorum. j. eo. ploſa[l]. Sic teſtator uxorem ſuam uſufructua-
riam, dominã, moderatricem relinquens, de
ſolis alimentis, & ſolita prærogatiua intelle-
xiſſe cenſebitur. Sic licet maledicere & bla-
ſphemare idem ſignificent, tamen ex uſu alia
fit interpretatio. Sic conductor pactus ne ad
penſionem, niſi quatenus gaudere potuerit,
teneatur, ablatis præter eius aliquã culpã ab
exercitu fructibus, nõ tenebitur: quia uulgò
nõ dicimur gauiſi, niſi ea re, quæ in noſtram
utilitatem peruenerit. Sic lex pœnam conſti-
tuens ei, qui rem alterius acceperit, nõ ſolùm
de re aliena iure dominij, ſed etiam propter
m Bart. in rub. de oper. no. ſimplicem poſſeſsionem intelligetur[m]: idq;
propter cõmunem uſum. Declaranda tamen
hęc eſt concluſio quibuſdam modis. Et in pri
mis uiderentur ſupradicta in communi uſu
procedere, quem periti introduxiſſent, idq;
Fabij Quintiliani ſententia aliqui affirmant,
alioquin imperitæ multitudinis uſus nequa-
quam in animaduerſione eſſe deberet: nam
& uulgi opinionem Iureconſultus reprobat,
eum, qui promittere obligatus ſit, ſatisdare
n l. ſi dictum. de euict. debere exiſtimantis[n]: & Baldus plerunq; ſcri
pſit, idiotarum uſum pro abuſu eſſe. Felinus
nec excellẽtiſsimos, nec item imperitiſsimos
obſeruari iubet, ſed mediocres, & ex eorum
ſententia uſum communem conſtituendum.
Sed cùm ex mẽte proferentis uerba accipien
da ſint, ego aliter finiendum cenſeo, ut ſicut
in teſtamentis patrisfamiliàs conſuetudo ſpe
ctatur, in contractibus ipſorũ contrahentiũ:
ita & in ſtatutis eam ſententiam ſequamur, de
qua ueriſimile eſt ipſos legumlatores intelle-
xiſſe. Si igitur ab excellentiſsimis facta ſint,
eo modo locutos illos ueriſimile credemus,
quo peritiſsimi ſolent. Si ab imperitis, craſſa
minerua uerba accipientur: nam & Celſus pe
culium pro repoſititia pecunia interpretatur,
ex ruſticorũ ſenum autoritate, qui pecuniam
ſine peculio fragilem eſſe ſolent dicere[o]. Sed
o l. ſi chorus. de leg. iij. & quoties aliqua dictio ex communi uſu la-
tius accipitur, quàm ex proprietate ſoleret, in
dubio ex proprietate accipienda eſt, ſi ratio

legis non æquè ex cõmuni uſu militet. exempli cauſa: Nepotes auo propriè dicuntur, qui eo uiuente cõcepti ſunt: ex uſu tamẽ etiã qui poſt eius mortẽ cõcepti ſunt, eo nomine dici poſſunt: nũquid igitur edictũ prætoris nepotibus bonorũ poſſeſſionem aui decernens, etiam in his ſibi locum uendicabit qui conceptus non erant? & cùm qui conceptus non eſt, non poſsit fingi natus, ſequitur inter eos nullam fuiſſe proximitatẽ: & ideo huiuſmodi nepos reiſcietur[a]. Quapropter in prædicta municipali lege, qui rem alterius acceperit puniente, ſi appareret legem in fauorem eius latam, qui rei dominiũ haberet, nõ compræderetur poſſeſſor, tametſi probaretur ex cõmuni uſu rem alterius dici, etiam cuius ſola poſſeſsio ad alium pertineret: tum enim uerbi proprietas potius, quàm uſus cõmunis ſpectaretur. Si uerò par ratio ſecundum utranq; ſignificationem ſit, tunc etiam cõmunis uſus attenditur: unde lex Iulia de adulteriis, non ſolùm in iuſta uxore, & quæ in manum uiri cõuenerit, locum habet, ſed etiam in iniuſta[b], id eſt, cum qua matrimonium eſt, licet non ſolenniter celebratum, idq; propter cõmunem uſum ex Homeri carmine: ὁ μὲν οἱ φιλέε ἀλόχοιο μιῷ φρόνεων ἀνθρώπων, quod alibi expoſuimus. Cæterum & illud ſciendum, ex cõmuni peritorum in latino ſermone uſu, nihil ad uernaculum idioma inferri: quapropter ſi latinè teſtator liberis ſuis tutores dederit, etiam nepotibus dediſſe intelligetur: ſi uerò filiis dixerit, aliud eſt[c], licet hæc differentia in uulgari ſermone conſtitui nequeat. Quapropter cùm ex cõmuni conſuetudine in lingua uulgari probatum eſſet, aliter filios legitimos, aliter legitimatos appellari, reſpondit Alexander[d], non idcirco ad ſermonem latinum quicquam inferri, cùm latinè etiã legitimus propriè dicatur, quem princeps natalibus reſtituit: quod frequenter in facto diſputatum uidi, in his quæ pro teſtimonio uulgari lingua dicta erant, ut à communi latinè loquentium uſu interpretationem nõ acciperent. Qua tamen in re ego ſubſiſto, cùm uideam & in hoc tractatu, & alijs in locis, à græcę linguæ ſignificatione ad latinam argumentari Iureconſultum, ut in glande, & ueneno: & longè maior ſit uulgaris noſtræ locutionis cum latina, quàm illi cum græco ſermone affinitas. Nec illud omittendũ, cõmunem loquendi uſum attendi, qui eo tempore fuerit, quo lex ipſa municipalis lata eſt, non qui poſtea inoleuerit[e]: ſicut & in teſtamentis, cùm de interpretanda defuncti uoluntate agitur, is uſus probandus eſt, qui tum erat, cùm ille teſtaretur, non qui deinde admitti cœpit, quem forte teſtator ignorauit: tametſi enim lex ſemper loqui fingatur, id utiq; uerum eſt, ut id tamen loqui exiſtimetur, quod à principio legumlatores ipſi cenſuerunt. Quapropter qui hodie eſt communis uſus, olim fuiſſe non præſumitur[f], niſi adeò antiquitus receptus probaretur, aut ante hominum memoriam inoleuiſſet. Damnat Tranquillus Claudium Imperatorem, qui filios libertorum in Senatum allegerat, idq; exemplo Appij Claudij facere dixerat, qui & ipſe cenſor libertinorum filios curia nõ ſummouerat: ignarus, ut ille inquit, temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. Putauerim tamen, ſi qua lex ex eo ſenſu, quem à principio habuerit, iniqua eſſet, poſſe ex præſenti uſu declarari, ut iniquitas illa emendetur: cuius rei exemplum in Valentis Imperatoris cõſtitutione habemus[g], qui monachos omnes ab eremis extrahi, & ad ciuitatum munera ſubeunda compelli iuſsit: quod edictũ adeò execrabile, & ab omnibus autorib. damnatum, in corpore tamen iuris adhuc legitur, quoniam alio ſenſu accipi poteſt, nimirum ut hi ſoli plectantur, qui monazonio non ob Chriſti cultum, ſed ad euitanda munera congregati proponuntur: atq; hoc modo interpretatione prudentium legislatoris impietas confringitur. Efficax autem cõmunis hic erit uſus, ſi per longum tempus eualuerit, puta decennio: nec enim ueriſimile eſt, poſſe citius ciuitatem in alicuius uerbi nouanda conſuetudine conſentire. Probandum igitur erit, quod ad huiuſmodi tẽpus attinet, itemq; quod ad perſonas, quæ res ab arbitrio iudicis plurimam uim trahit: ut ſi de eo agatur, quod ueriſimiliter ſæpiſsimè, & à q̃plurimis fieri uel dici ſoleat, idipſum neceſſariò probandum ſit: ſi uerò de eo agatur, quod rarius contingere ſolet, ſufficiet, ſi non à plurimis, ſed ab his dictum conſtet, qui de ea re uerba fecerunt, quamuis pauci fuiſſe proponantur: atq; ita Bartolus ſenſit[h]. Nobis & illud placet, ſi ex Iureconſultorũ libris de huiuſmodi uſu appareat, aliam probationem non requiri: ut in dictione inteſtatus, quæ non niſi ex cõmuni uſu pupillos & impuberes cõtinet[i]: cùm enim tales quoq; pro inteſtatis lex accipiat, etiam citra aliam probationem in quacunq; lege municipali de his actum arbitrabimur: quod in his dictionibus quoque producendum eſt, quæ ex uſu contrariam antiquæ ſignificationẽ acceperũt, ut tyrannus: olim em̃ boni principes ſic nominabant, quo ſenſu & Homerus, & Vergilius uſi ſunt: ut religioſus, & deuotus, quæ olim in malam partem, hodie in bonam ex uſu accipiuntur. Ex interpretatione ſenſus legis accipitur, cùm uis uerborũ id non ſignificat, ſed extenſio inducit: de ſimilibus enim ad ſimilia, ei qui iuriſdictioni præeſt, procedere fas eſt[k], atq; ita ius dicere. Similis autem ille caſus exiſtimat[l], qui eadem uel maiore ratione nititur, quiq; eiuſdẽ effectus eſt, tametſi uerbis ſit diſſimilis: ſatisq; eſt ſi ſimilitudo ſit eius reſpectu, de quo agitur, licet in cæteris differat[m]. In fauorabilibus quoq; pro ſimili habetur, etiã quod non æquè tanta ratione fulcitur[n]. Igitur de ſimilibus ad ſimilia regulariter in lege ſit extenſio (nam q̃d ad diſpoſitiones hominũ attinet,

in

a *l. item. de ſuis & legit.*
b *l. ſi uxor. de adult.*
c *l. quid ſi nept. de teſt. tut.*
d *Alex. conſil. ij. col. vj.*
e *Soci. l. Gallus. §. ſi eius. in fi.*
f *Bart. d. l. Labeo.*
g *l. quidam. C. de decur.*
h *d. l. Labeo.*
i *d. l. j. de ſuis.*
k *l. nõ poſſunt. de legib.*
l *l. nõ ſolum. §. qui primipilum. de excũ. tut.*
m *c. non poteſt. in fin. de præbend. in vj.*
n *c. fin. de ſimo.*

in ſequentem librum reſeruaui) præterquã tribus caſibus. Primus, cùm legis correctio inducereturr: quapropter ſolet dici, in correctoriis nõ permitti extenſionẽ. Secundus caſus, cùm lex pœnalis eſt. Tertius, cùm lex limitatoria, ſeu, ut noſtrates doctores dicũt, exorbitans eſt, utraq; uoce nõ ſatis proba, niſi quòd à ueterũ ſermone limitatoriũ minus degenerat: eſt em̃ limitare, intra limites ſuos reſtringere: unde limitati agri, Plinio lib. XVII. Frõtino, Agennio, Boëthio, & Iureconſultis: nam & Cicero ad Appium Pulchrũ: De tua prolixa, inquit, beneficaq; natura limitabit aliquid poſterior annus: meritò & nos limitantia appellabimus ea, quæ à regulis iuris cõmunibus recedunt, generalitatiq; legis derogant. De ſingulis igitur quibuſq; uidendũ. In primo caſu cõmuniter ea ſententia approbatur, ut in correctoriis licita non ſit extenſio: quod enim mutatũ non reperitur, cur interim firmum eſſe non debeat[a]? In uniuerſum enim ſolet dici, legum correctionem ſemper euitandam[b]. quòd ſi leges inuicem repugnare uidentur, debent diſtinctionũ fœdere conciliari: nec cenſebitur abſurda ſubauditio, ut huiuſmodi diſsidijs obuiam eatur: nam abſq; tali interpretatione ne myſtica quidẽ Euãgelia conſiſterent: nec quiſquam tam cautè uel promiſcuo domeſticoq; ſermone uti poſſet, qui non in alicuius repugnantiæ notam incideret: non enim protinus uociferandum, ſi quicq; contrarium uideatur, cùm iudicij examine adhibito facilè ſit ambigua diſſoluí, aduerſa ſeparari, uaria diſcerni, obſcura dilucidari[c]. Hinc eſt, quòd ne legũ correctio inducatur, argumentum à contrario ſenſu tanquã ex ſubaudito intellectu nõ accipitur, & clauſula generalis tunc ad omnia præcedentia aduerſus naturam ſuam non refertur[d]. Hinc eſt quòd in correctoriis, ſi adſit eadem ratio, nõ tamẽ eadem inducitur iuris diſpoſitio: quod & in diſpenſationib. quoq; procedit: non em̃ aliud eſt diſpenſatio, quàm iuris communis quædam in fauorẽ particularẽ relaxatio, ſeu correctio, quæ & priuilegium dici poteſt: in his igitur extenſio, etiam ſi eadem uel maior ratio adſit, locum non habet[e]: ſunt enim diſpenſationes odioſę, & annexã mandati Pontificij formam habent[f], à qua recedi non poteſt, meritò præfractè nimis, & ad literam tantùm accipiuntur. Reſtringitur prædicta regula, quando ratio in lege expreſſa eſt: tunc enim ex ea fit extenſio[g]: quoniã omnis caſus in ea cõprænſus cenſetur, cùm ratio legis ſit lex generaliter quicquid ſub ea continetur decidens: & ita aliquibus uidetur, quædam in ſui ſententiam adducentibus, quæ non in correctoriis, ſed in limitatoriis locũ habent. Mihi haud ſanè ueriſimilis, nec ex ueterum mente[h] uidetur hæc ſententia: cùm enim in lege idem ſit, ſiue ratio exprimatur, ſiue unica tantum adduci queat[i], conſequens eſſet, ut regula nunquam procederet, niſi ubi lex ex plurimis rationibus ſancita eſſet: qui caſus rariſsimus eſt, imò exceptio inepta etiam eſſet, cùm tunc non quia tractaretur de correctione, præciſa eſſet extenſio, ſed quia aliqua ex illis rationibus ceſſaret. Nam & ex eo confutatur hæc opinio, quòd receptiſsimi iuris eſt, quoties eadem ratio id ſuadeat, in correctoriis fieri extenſionem de ſtricta uocabuli ſignificatione ad latam[k]: quam ſignificationem quid opus eſſet reſpici, ſi etiam citra uocis generalitatem fieret extenſio? cùm unica in ratione frequentiſsimũ ſit omnẽ legis cardinẽ uerſari. Senſere hoc iuris Pontificij interpretes, dum conſtitutionẽ eam, quæ quẽcunq; religioſum in præſulẽ alterius religionis eligi prohibet, quoniam correctoria erat, non extendi tradiderunt, quò minus in collegam eligi poſsit[l]: tametſi eadem eſſet ratio, nempe ne diſparis conditionis homines ſocientur. Senſit & Bartolus, dum legem municipalẽ, qua ſtantibus filijs maſculis, fœminæ excluduntur, nõ extendi ex ratione agnationis conſeruandæ tradidit[m], quæ ſola probabiliter adduci poterat. Illud non diffiteor, ſi ex rationis in lege noua expreſsione appareret contrariam legis ueteris rationem generaliter correctam[n], tunc extenſionẽ permitti debere. Quapropter cùm ex lectione ſtatutorũ conſtaret, maſculos fœminis ubiq; præferri, & ſic iuris cõmunis rationem neglectam, reſpondi prædictã Bartoli ſententiam nõ procedere, & ideo ſi lex noua fœminis patruum prefert, etiam patrui filios eſſe præferendos[o]. Nam & Iuſtiniani lex[p] uxori inopi in bonis mariti quartam deferens, ſi tres ſint filij uel pauciores, extenditur etiam, ſi nemo filiorũ adſit, tametſi plures extent aſcendentes: apparet enim propter uxoris inopiam generaliter legis ueteris rationẽ corrigi, liberos uel aſcendentes præferentis: imò tali caſu, cùm ratio legis ueteris per nouam corrigitur, etiã pleriſq; reclamantibus[q], putauerim non ſolùm in correctoriis, ſed etiam pœnalibus ſimul extenſionem permittendam[r]. Reſtringitur rurſus prædicta regula in his, quæ relatione quadam coniunguntur: nam altero correcto, alterum quoq; corrigi cenſendum erit[s]: quapropter lex noua legem Iuliam Viſcelliã de uxore loquentem corrigens, etiam in marito correxiſſe exiſtimabitur: qua ratione & lex in actore corrigens, de reo quoque egiſſe creditur[t]: ſic pœna impoſita uendenti, intelligetur & emptorem diſtringere[u]. Quod tamen declarandum eſt, ſi eadem ratio ſubſit, alioquin aliud obſeruabitur[x]. Ecce, lex prohibet marito, ne uxori ultra quartam bonorum legare poſsit, non cenſebitur uice uerſa prohibuiſſe, quin, quantumcunq; uelit, marito uxor relinquat: uidetur enim uirorũ meliorem conditionem ſolùm feciſſe, & id cauiſſe, ne muliebribus blanditijs ſeducti, malè hæredibus ſuis conſulerent: quod Socinus rectè reſpondit[y]. Eadem ratione crebrius traditum eſt, ſi lex ſororem à fratris hæreditate excludat, non cenſeri ex aduerſo fratrẽ pro-

a *l. præcipimus. in fi. C. de app.*
b *§. fi. in auth. de admin.*
c *l. apud. C. de furt.*
d *gl. c. cũ ſingula. uerb. prioratibus. de probat. in vj.*
e *c. fi. de poſtu. præla.*
f *c. cui de non. de præb. in vj.*
g *Iaſ. auth. quas actiones.*
h *Imol. §. de uiro. Geminꝰ. c. j. de temp. or. in vj.*
i *gl. l. quamuis. C. de fideicõ.*
k *gl. in auth. ut hi qui oblig. uerb. ad curationem.*
l *Cle. j. de elect. uer. prælatũ.*
m *Bar. l. libero. j. cod.*
n *l. maximum. C. de lib. præ.*
o *Socin. conſil. xxx. in j.*
p *auth. præterea. C. unde.*
q *gl. Clem. ij. de ætat.*
r *Abb. c. fin. de reſcript.*
s *l. fin. de ind. uidui. tol.*
t *gl. l. per interuallum. de iud.*
u *l. ſi. de accept.*
x *c. fin. de uerb. ſignif.*
y *Conſil. lxxv. in iij.*

hibitũ, quò minus ipse sororis hæreditatem adipiscatur: quamuis enim ius succedendi reciprocum esse debeat, tamen uerisimilius est uoluisse legislatorem masculis tantũ consulere [a]. Sic & quum lex iuberet, quæcunq; per fratres cohibitantes acquirerentur, esse cõmunia, responsum est, æs alienum per alterum conflatum, alteri damno non fore, ne in potestate fratris sit alium ad inopiam redigere: uidemus enim plerũq; permitti, ut per alium melior cõditio nostra effici possit, deterior non possit [b]. Quod in correlatiuis, ut uocant, dictũ est, in his quoq; procedit quæ ex lege ueteri regulariter inuicẽ æquiparantur [c]. Quapropter lex noua inducẽs, ut quarta, quæ ex lege falcidia detrahitur, quò minus detrahatur, prohiberi per testatorẽ possit, in ea quoq; extendetur, quam ex Senatusconsulto Trebelliano heredes retinere possunt [d]: quod tamen intelligendũ, cùm eadem in æquiparatis subest ratio, alioquin ex nuda principis uolũtate absq; alia ratione quic quam indulgentis contra regulas iuris concessa, nec ad æquiparata quidem protrahentur: quod ea in constitutione apparet, quæ correcta antiquiore lege, centum annorum præscriptionẽ ad quadraginta redigit, cùm in ecclesia loquatur, ad Rempublicam non producitur [e]. Rursus hoc intelligendum, ut fiat extensio, quatenus correctum fuerit, in eo, in quo æquiparatio est facta tantũ. Vnde quamuis rei uendicatio, & actio publiciana ijsdem passibus ambulent, lex tamen noua in rei uendicatione bonam fidem autoris requirens, alioquin usucapionẽ nõ admittens, ad publiciana experientem nõ protrahetur: non enim quò ad hoc æquiparantur [f]. Huius autem extensionis, quæ in æquiparatis fit, ratio ea est, quòd propter paritatẽ casibus illis à lege attributã, nõ nos eam correctionem, sed lex ipsa uidetur augere, sicut in extensione, quam uulgò passiuam uocant, traditum quoq; est. Cuius rei exemplũ, cùm lex minorem uigintiquinq; annis testari prohibet, nõ poterit nec codicillos quidẽ facere: quoniã generaliter lege antiqua traditum est, qui testari nequeat, nec codicillis quicquam relinquere [g]. Ad hæc pertinent etiam, quæ de accessoriis dicuntur: ferè enim receptum est, legem correctoriã ad accessoria quoq; trahi, idq; dispensationis exemplo, quo traditur, eum qui iure dispensationis sacerdotia duo obtinet, utroq; in loco, cũ per collegas quicquam tractatur, aduocandũ [h]: id enim consequens est concessi sacerdotij, quod pluribus aliis speciebus declarari posset [i]. Idem in his dicendum, quæ sequioris cuiusdam naturæ sunt, & alterius instar reguntur [k], ut in legitima quæ ex intestatorũ successione formam accipit: nã ea successione cõmutata, & ipsam quoq; cõmutari dicimus [l]. Sic lege Iulia Papia correcta, quæ matrimoniũ Senatoris cũ liberta prohibebat, illud quoq; correctũ censetur, quod ad hoc exemplum traditum erat, nec Senatoris filiam liberto nubere posse: cùm enim ex una radice uitiũ nascatur, consequens est, ut una lege tolli sufficiat [m]. Idem cùm extensio ex ui eius regulæ fit, Cui licet plus, & id quod minus est: hoc enim argumenti genus etiã in lege correctoria non reijcitur [n]. Et ideo si ex statuto exules & profugi possint impunè occidi, utiq; & uulnerari poterunt. Cùm filius, qui patriã prodidit, occidi ceu hostis publicus possit, uidetur & ex hæredari [o]. Aduertendũ enim est, quoniam si argumentũ inducitur in eadẽ specie, cùm minus in maiori contineatur, non uidetur id tam per extensionẽ fieri, quàm ex ui uerborum descendere. Si uerò in diuersa specie inducatur, non uidetur in correctorijs id permittendũ: quapropter qui occidere potest, stuprare nõ poterit, neq; exulis uxorem alio dedecore afficere: quod utiq; crebriore calculo approbatum est [p]. Sanè in correctorijs quoq; fit extensio, cùm ad antiquũ ius redigimur [q]. Sed dubitatur, de quo iure antiquo intelligendũ sit. Ecce, lex municipalis agnatos præfert his, qui è latere materno coniuncti proponuntur. Filius sororis gradu proximus hæreditatem petebat, quoniam ex lege Iustiniani [r] agnationis iura ei tributa sunt, hancq; interpretationem, ut ipse cõprænderetur, sumendam asserebat, quia hoc modo ad ius antiquũ, nimirum XII. tabul. reducebamur: nam & uidemus in legitimationibus fieri extensionem [s]: quia tametsi dispensationes sint, tamen primæuum naturæ ius respiciunt. diuersum uidebatur: statutum enim illud ideo restringitur, quia iuri communi contrarium est. Si ergo ad ius commune reducamur, cessabit restrictio, non si ad legem XII. tabul. quæ iandiu antè sublata erat [t]. Iure autem cõmuni filius sororis agnatus non est, in quam partẽ & ipse ex coniectura mentis legislatoris, alijsq; rationibus transijt. Igitur ius antiquum hîc accipiemus, quod ante legem correctoriam ex cõmunibus iuris regulis uigebat [u]. Nec legitimationem uerum est esse fauorabilem, quia iuri naturæ conformis sit: sed quia beneficium est principis, in quo fit lata significatio [x]. Ex mẽte quoq; correctoriæ legis fit extensio, cùm aliàs eluforia esset, uel absurdum aliquid induceret. Quapropter Pontificis constitutio, qua gratiã uacaturi beneficij, ad ea, quæ post indulgentiã erigunt, trahi prohibet, in concessione quoque à sedis apostolicæ legato indulta seruabitur [y]: absurdum enim esset, plus autoritatis legato, quàm Pontifici attributũ: regulaq; generali traditum est, leges, contractus, sententias, testamenta, semper eam interpretationem accipere, ne quicquã absurdi inducere censeantur [z]. Nam & lex superflua esse non debet, nec facilè eludenda. Quapropter lex, quæ fœneratores in sacris cœmiterijs sepeliri prohibet, & sepultores abominatur, etiam ad eos producit, qui funebri pompæ & feralibus interfunt, & honoris causa funus prosequun-

[a] Docto. l. lege xij. C. de legi. hære.
[b] l.iij.C.de pac.
[c] gl.l.si quis seruo. C.de fur.
[d] Bar.l. Marcellus.ad Treb.
[e] auth. quas ac.
[f] Bart.l.cũ qui. §. prætor. de publi.
[g] Bartol. l.ij.de leg.j.
[h] gl.c.quia in tã tum. de præb.
[i] Iaſ.l.fi.col.vj. de conſtit.
[k] gl.c. non deb. de conſang.
[l] auth.præterea. C. unde uir.
[m] l.fin. C.de nup.
[n] l. in ea. uerſi. nec occidere. de adul.
[o] l.in ſuis. de liber.& poſt.
[p] Car.cle.ne Romani. iiij.opp. de elect.
[q] cap.olim tibi. de uerb.ſig.
[r] l.lege. C. de legi.hæredi.
[s] c. per uenerabilem. qui fil. ſint legi.
[t] §.cæterum. de leg.agn.ſuc.
[u] gl.c.ſtatutum. de præb. in vj. Felin.c. cũ acceſſiſſent. de conſtit.
[x] Bart.l. ij.de uerbo.obli.
[y] clc.fi. de reſc.
[z] Cur. conſil. xlv.col.iij.

quunt [a]: cùm alioquin nõ difficulter uespillo aliquis humani diuiniq; iuris contemptor reperiretur, qui corpus tumulo conderet, eluforiaq; hoc pacto pœna legis redderet: semper emẽ ita interpretamur, ne eluforia sit lex. Vnde ut id cuitetur, argumentũ à contrario sensu etiam in lege correctoria assumimus [b]. Adduntaliqui, hoc casu per exceptionẽ in lege positã contra naturã suam regulam extendi, etiam si iuris correctio inducatur [c]: quod tamen mihi saneq; dubiũ uidetur, cùm satis sit principalem legis dispositionẽ utilem esse, parumq; referat, si ex abundanti in exceptionibus aliqua dicantur [d]. Cæterum & ob salutem animæ fieri hanc extensionẽ receptũ est: sem per enim & ea quoq; interpretatio assumenda est, quæ uel pro religione facit, uel nos à peccato liberat. Quapropter lex Federici, puberũ sacramenta in cõtractibus obseruari iubens, etiam ad distractus extendetur [e]. Sic & lex pontificum, sub pœna clandestinas nuptias prohibẽs, tanquã fauorabilis ob æternã salutem lata, interpretatione declarabitur [f]. Sunt & pleraq; similia, quæ ab alijs tradita [g], recensere hoc opusculo operæprecíũ nõ est.

NVNC ad materiã pœnalem transeundũ, in qua regula generalis est [h], Pœnas interpretatione nõ adiuuandas, sed restringendas esse, semperq; in mitiorẽ partem deflectendũ: soletq; uulgò dici, pœnæ nunquã locum esse, nisi ea expressim à lege constituta sit [i]. Quapropter quibus casibus constitutio pœnalis extenditur, nunquã tamen respectu pœnæ locum habet [k]. Sicut & Pontificis decretũ, quo etiam ignorantes male afficiũtur, quantũ ad pœnam pertinet, eos nõ allegat [l]. Et constitutio declaratoria, licet etiam ad præterita trahatur, respectu tamen pœnæ in ea expressæ, non trahitur [m]. Et prohibitio matrimonij sub pœna infamiæ, licet sponsalia quoq; celebrari uetare credatur, non tamen pœnã inflígit [n]. Qua ratione & in cõtractibus, si pœna ex parte alterius adiecta proponatur, alterũ tamen non coërcebit [o]. Et substitutio, quæ de uno casu ad alium extenditur, nõ habet locum si pœna apponatur [p]. Et pœna in capitulo aliquo contractus adiecta, alia in parte repetita non censetur [q]. Et quod de pœna dicitur, de priuatione quoq; alicuius iuris intellígitur: nam & ea, quoties ex delicto uero uel præsumpto irrogatur, potest pœna appellari [r]: unde nec huiusmodi priuationi locus erit, nisi quoties expressim hoc in lege cautũ reperiat [s]. Quapropter cliens qui in uerba domini iurauit, & tamen aliquid minus obseruauit, non ideo feudo, quod uocant, mulctabit [t], nisi expressim lege feudorum is casus comprænsus sit. Quod & ad ius patronatus sacerdotiorũ productum est [u], uidiq; quandoq; ex facto dubitari: Titius fundum uendiderat, moxq; à uenditore eum in emphyteosim acceperat, adiecta lege, ut quandocunq; intra quinquenniũ precium emptori redderet, fundus sibi restitueretur: is Titius canonem non soluit, & dominus fundo manum iniecit, quærebatur an sicut à contractu emphyteotico, ita etiam à pacto redimendi cecidisset? Et quibusdam uidebatur, ab utroq; cecidisse [x], cùm & ea pactio pars contractus esset. Sed hæc sententia inhumana uisa est, ne pœna principalis contractus etiam separatam redimendi pactionem afficeret, quæ quamuis contractui inesset, uerè tamen separatam causam habebat [y]. Cùm igitur adeò odiosæ pœnæ existimentẽ, consequens est, ueram esse regulam, in pœnalibus extensionem non fieri [z]. In his tamen casibus, quibus legem correctoriam extendi à me suprà scriptum est, pœnalis quoque interpretatione adiuuabitur. Quapropter & in pœnalibus, si ratio in lege scripta sit, fiet ex ea extensio. Et in æquiparatis, pœna alterum afficiens, alterum quoque distringet. Idemq; in correlatiuis, in accessorijs, in consequentibus, si aliàs quid absurdum consequeretur, uel lex esset eluforia, uel de animæ fauore tractetur, quæ omnia simili casu à nobis suprà tradita, nouis exemplis rursus hîc ostendere operæprecium non duxi, cùm & apud alios hæc tractata, & nusquam non repetita, facillimũ sit reperire [a]. Præter igitur eos casus alij quoque annotari possunt, quibus lex pœnalis producitur. Primus, cùm maior ratio est in casu omisso: fiet enim huiusmodi extensio. Vnde ex lege Iulia de adulterijs, cùm mœchum deprænsum liceat interficere, multò magis iure poterit contumelia afficí [b], quod Attici ῥαφανίζειν uocabant. Sic & re scriptum diuorum fratrum, quo Præsidi prouinciæ, unde quis incola est, permittitur ea prouincia reum interdicere, unde oriundus est, ad eum quoq; casum trahitur, quo ei interdicitur, qui cùm incola esset, nõ in ea prouincia quid admisit [c], cum maior ratio uigeat, propter fugam à loco in quo deliquit: atq; ita plerisq; usum est [d]. Hinc etiam communi sententia receptum est, si ex lege municipij profugus possit impunè offendí, posse etiam occídi. Hinc qui in aliquem causa capitali ius dicere potest, eundem quoq; ciuili iudicio condemnare poterit [e]: quod tamen in latruncula tore non procedit, cuius iurisdictio ex mandati principalis forma certos fines habet [f]. Videtur tamen, & fortè receptius est, etiã si maior ratio non subsit, sed similis seu æqualis, extensioni quoq; locum esse: quod eo exemplo probatur, quo cõmuniter traditum est, filium à patre, nõ solùm ex illis quatuordecim in Iustiniani cõstitutione relatis causis, exhæredari posse, sed etiã ex alijs æquè grauibus [g]. Nam & iura clientelarũ non solùm adimi expressis ex causis constat, sed etiam si qua similis, seu maior proponat [h]. Sed tamen aduerti æquum est, rationem horum exemplorũ esse, ne filij uel clientis ingratitudo diutius impunita permaneat: quia sicut ex meritis huiusmodi illis beneficia conferuntur, ita iustum fuit ex culpa auferri: quæ ratio generaliter locum sibi uendicat, causæq; illę exempla legis

[a] gl. in cle. j. de ſepul. in uerb. ſepelire.
[b] auth. ex teſtamento. C. de coll.
[c] Dec. c. cum dilecta. coll. iij. de confir. util.
[d] Alex. l. final. quod quiſque iur.
[e] Bart. auth. ſacramenta. C. ſi aduer. uend.
[f] ca. ex tenore. qui fi. ſint le.
[g] Felt. c. transla to. de conſtit.
[h] c. in pœnis. de reg. iur.
[i] l. & ſi quis. §. diuus. de reli.
[k] Io. And. c. diſpendia. de re ſcript. in vj.
[l] c. tibi qui. de reſc. co. lib.
[m] gl. cle. j. de uſu. uerbo, de cætero.
[n] l. ſolet. de infam.
[o] Bald. c. j. qual. dom. feud.
[p] l. pater Seueri nam. de cond.
[q] l. in teſtamento. eod. tit.
[r] l. fin. C. de bo. liber.
[s] §. cum igitur. in auth. de nõ alien.
[t] c. j. §. illud. quæ fiu. pri. can.
[u] gl. c. fin. de iure patr.
[x] Cæp. de ſtmul. cõtract. in ij. præſu.
[y] Barb. conſil. lj. in j.
[z] l. cũ quidam. de lib. & poſthum. laſ.
[a] Gemin. e. j. de tempo. ordin. in vj.
[b] l. nec in ea. de adult.
[c] l. relegatorũ. §. interdicere. de inter. & re leg.
[d] Mathefil. in tract. extenſ.
[e] l. ex eo. C. de ag. in reb.
[f] l. ſolemus. in fin. de iud.
[g] Doct. auth. nõ licet. C. de lib. præter.
[h] c. j. §. pe. quæ fiu. pri. can.

ipſius ſunt, quibus exẽplis ratio reſtringenda non fuit[a], maximè cùm ea ratio lege ſcripta proponatur. Melius itaq; hæc ſententia alijs exemplis probatur, & in primis, Delata ex ſenatuſconſulto Tertulliano ſucceſſione mater priuaſ, niſi tutores filio petierit. Quid ſi curatores? Verba reſcripti, inquit Vlpianus, deficiunt[b]. Quid ſi cùm prægnãs eſſet, bonis curatorem dari non petijt? Et his caſibus in ſententiam legis incidit. Sed & conſtitutio, quia indignũ ultrò eligentes, ipſo iure in temeritatis pœnã priuantur, etiã ad eos, qui à Romano Pontifice ſcienter indignum poſtulãt, producitur[c]: quoniam eadem utroque caſu ratio eſt. Sic & lex, ad barbaricum, uini, olei, & liquaminis translationem prohibens, ad arida quoq; protrahitur[d]. Sic mulier, cui dotem repetenti exceptio adulterij fruſtra à marito lenocinij reo opponitur, nec quidem ex ſententia legis accuſari poterit[e]: quod argumento eſt, in pœnalibus pro ipſa pœna euitanda fieri extenſionẽ. Secũdus caſus eſt, cùm de criminis uindicta agitur: cùm enim publicè interſit maleficia impunita nõ eſſe[f] (quia, ut eſt in Publij Mimi uerſiculo, Bonis nocet, quicunq; parcit improbis) meritò ad caſus ſimiles ex huiuſmodi legib. procedemus[g]: quod tamen intelligendũ, ut non idcirco augeatur pœnarum acerbitas[h]. Hinc eſt, quòd lex quæ ab exercitu miſſum infamia notat, eum quoq; attingere creditur, qui ab aliquo numero militari miſſus eſt[i]. Hinc & Modeſtinus: Lubricum, inquit, linguæ ad pœnã facilè trahendũ non eſt, ſi nõ tale ſit delictum, quod uel ex ſcriptura legis deſcenderit, uel ad exemplum legis uindicandum ſit[k]. Cornelius Tacitus lib. primo: Auguſtus, inquit, cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis maieſtatis tractauit, cõmotus Caſij Seueri libidine, qua uiros, fœminasq; illuſtres procacibus ſcriptis diffamauerat: mox Tiberius cõſulante Pompeio Macro prætore, an iudicia maieſtatis redderentur, exercendas leges eſſe reſpondit: hunc quoq; aſperauerant carmina in fœuitiam ſuperbiamq; eius, & diſcordem cũ matre animũ. Quibus uerbis apparet Modeſtinum de æquiparatis loqui, in quibus dubiũ non eſt fieri extenſionem[l]. Ad hanc ſpeciẽ propius accedit, quod ſæpius lectum eſt, in pœnis maleficiorũ de ſimilibus ad ſimilia procedendũ eſſe[m]: cùm enim facinus patratũ impunè eſſe non debeat, ex ſimilitudine aliarum pœnarũ cõſtituetur, quemadmodum & in hunc ſit animaduertendum. Quapropter cùm in lege municipali crimen præuaricatiõis arbitrio Præſidis uindicandũ permitteretur, dixi inſtar pœnæ in S. C. Turpiliano comprænſæ, uel ſi qua huic ſimilis, condemnationem redigendam, & ideo plus minus ex cauſa arbitratu Præſidis diſcernendum. Tertius caſus eſt, cùm eadem ratio ſubeſt, & idem rei nomen hoc ſuadet: fiet enim extenſio à nomine uero ad nomen impropriũm, & quod tantũmodo de facto dicitur: ut in lege Iulia de adulterijs, quæ de uxore uerba faciens, etiã in ea intelligitur quæ de facto uxor ſit[n]: uideturq; id ex ea extenſione induci, quæ de propria ſignificatione uocabuli, ad latam in quacunq; materia fit. Illud tamen mirum, legem, quæ nuptias inter pupillam & tutoris filium prohibebat, ad eum non trahi, qui protutoris ſit filius, ſiue eius, qui hoc nomine uſurpato rem adminiſtrat[o]: quod ſpecialiter indultũ uideẽ prolis fauore ne illegitima cenſeaſ, itemq; dotis, cuius alio quin conſtitutio nulla eſſet. Adde quòd non omnino eadem eſt ratio, cùm tutor efficacius pleniusq; adminiſtrandi ius habeat, protutori rerum alienandarum poteſtas nulla ſit[p], ut in ea nihil uereamur, ne in ſumma dotis modum excedat. Quartus caſus eſt, cùm propter aliquẽ fauorem, pœnalis diſpoſitionis odium temperatur, ut quia tractetur de fauore animæ, quod & in correctorijs ſuprà à nobis probatũ eſt. Idem ſi de diuinis ædibus, aut eccleſiæ utilitate agatur[q]. Idem ſi cultui Chriſtiano, fideiq; zelo expediat productionem fieri, quod & in quibuſcunq; ſimilibus locum habet[r]. Vltimus caſus eſt in ſubrogatis, uel aliqua ratione connexis: unde diſpoſitio de uicario epiſcopi loquens, etiam in uicario collegij locum habet, quando ſede uacante ob interregnum ius ſodalitio deuolutum eſt[s]. Idem quando id, ad quod fit extenſio, non eſſet penitus ſeparatum: unde decretum ordinis ſacerdotalis, de clericis eligentibus loquens, etiã de hiſdem præſentantibus intelligetur, de ſecularibus non intelligetur[t]. Idem quando connectuntur quadam conſequentia: nam tunc altero mutato, & alterum interpolatur. Exemplum in reſcripto Traiani, quod Plinius Cæcilius epiſtolarũ lib. x. refert: Lege Pompeia cauebatur, ne quis capiat magiſtratum, neu ſit in magiſtratu minor triginta annis: item quicunq; magiſtratum cœperit, ſit in Senatu: ſubſequutum eſt edictũ Auguſti, quo permiſit maiores XXII. annis magiſtratum capere, an ijdem & in Senatum deligi poterunt? Et reſponſum eſt, ſi iam magiſtratus cœperãt, poſſe, & hactenus nouatam legem Pompeiam: alioquin qui ad huc magiſtratũ non cœperit, tametſi XXII. annis maior ſit, non poſſe in Senatum allegi. Quòd ſi uice uerſa edicto illo in Senatum coptari maiores XXII. annis poſſe ſtatutum eſſet, utiq; & in magiſtratum potuiſſent eligi: nam & illud receptum eſt, cùm certa ætas dignitatibus ordinẽ annexum habentibus conſtituta eſt, & certa ordini, ſi reſtringatur in dignitate ætas, reſpectu quoq; ordinis mutatã exiſtimari[u]. Eodẽ modo ſi ætas certa in preſbytero neceſſaria ſit, alia in diacono, alia in ſubdiacono: facta in uno mutatione, cùm gradatim hæc munera conferantur, cenſebitur in alijs quoq; mutatũ[x]. Idem cùm lex noua ueterem interpretatur, licet interpretans uno in caſu ſimpliciter loquatur, tamen de cæteris quoq; egiſſe intelligitur, qui in lege antiqua com-

a c. ſi Papa. de priuil. in vj.
b l. ij. §. quid ſi curatores. ad Tertull.
c c. j. de poſtul. præl. in gl. fi.
d l. j. C. quæ res export.
e l. cũ mulier. ſolut. matri.
f l. ita uulneratus. ad l. aquil.
g Bar. l. quẽad modum. C. de agr. & cen.
h gl. c. ſicut. de homi.
i l. ij. §. exercitũ. de infam.
k l. famoſt. in fi. ad leg. Iul. ma.
l Bartol. l. quod uero. de ll.
m Bal. l. ſi quis id. de iuriſdic. om. iud.
n l. ſi uxor. §. j. de adult.
o l. fi. C. de int. mat.
p l. ij. de eo qui pro tut.
q gl. c. ſciant. de elect. in vj.
r c. ij. de diuor.
s gl. cle. etſi. de reſcript. uer. epiſcopi.
t d. c. ſciant.
u c. cũ in cũctis iij. de elect.
x gl. cle. gemen. lem. de ætat.

comprænſi proponuntur[a]. Illud nõ omittendum, quãuis plurimis caſibus in pœnis extenſionem fieri ſuprà docuerimus, id intelligendum, cùm huiuſmodi pœnæ ex iuſta & probabili cauſa inductæ ſunt: quòd ſi pœna ſupra delictum eſſet, & per terrorem, cõcuſſionemq; potius, quàm ex ratione indicta, tunc uerba nullo modo interpretatione adiuuanda ſunt, ſed potius reſtringẽda. Quapropter lex Iulia, quæ patri ius occidendi mœchum deprænſum concedit, in auo, & proauo, cæterisq; maioribus locum non tenet[b]. Occidere enim aliquem propria autoritate, perquã crudele eſt. Sic & cõſtitutio pro crimine paterno etiam filios pœna efficiens, adfilias non extenditur[c]: quãuis enim & in odioſis maſculinum ad fœminas protrahatur[d], in pœna tamen tam irrationabili nõ fiet huiuſmodi expoſitio. De limitatoria diſpoſitione nunc uidendum: & noſtrates interpretes materiam hanc exorbitantẽ appellãt: cùm enim ex huiuſmodi extenſione derogationes legibus augeantur, meritò ab orbita, id eſt, communi & lata uia diuertere dicuntur: unde & Auguſtinus de ciuitate Dei lib. IX. Nihil approbantes, inquit, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ. Quicquid igitur præter cõmunes regulas inductum eſt, id exorbitare dicitur. Nos etiam limitatorium ea ratione dicimus, quòd intra certos limites cõmunem regulam coẽrceat: quo fit, ut Iaſonis ſententiam minimè ſequendam arbitrer, inter has uoces differentiam conſtituentis[e]. Igitur in hac materia communiter receptum eſt, ſi ſubſit eadem ratio, extenſionẽ fieri debere. quapropter Conſtantinus Imperator, cùm ius donationis ex ingratitudinis cauſa reuocandæ mulieri, quæ ſecundò nupſiſſet, aduerſus cõmunes regulas abſtuliſſet: De his, inquit, quæ portentoſæ uilitatis, abiectæq; pudicitiæ ſunt, ſatis etiam tacitè cautum putamus[f]. Sic & Roma. Pontifex, cùm quandoq; propter malam teſtium ualetudinem, eos ante litem conteſtatam aduerſus communes regulas recipi aſſeruiſſet, eiuſdẽ æquitatis ſimilitudine etiã antiqua inſtrumenta reuocari iuſsit[g]. Quo fit, ut eius exemplo nos quoq; huiuſmodi limitatas diſpoſitiones interpretatione poſsimus extendere, quod & ratio ſuadet: correctoria enim ſtrictius accipiuntur, quoniã legi abrogant, & totam extinguũt: at hæc derogãt tantummodo, & aliquantulum ſuadente æquitate reſtringunt, quod nullam nouitatem, nullum odium cõtinet, meritò in his dilatio prohibenda non eſt[h]. Hinc eſt, quòd in caſibus ſpecialibus de armato milite ad ſacris initiatum, aduocatumq; argumentamur[i], tametſi alius militiæ profeſſores cenſeantur: & de libertate ad piam cauſam, de alimentis ad dotem[k]. Sic ſuccurrendum ruſtico propter imperitiam, uel mulieri propter ſimplicitatem dicimus[l], ſicut & militi. Sic de minorib. quæ conſtituta ſunt, ad furioſos plerunq; producimus[m]: & quæ de furioſis aut mente captis, ad abſentes[n]: & illi enim legis intellectu abeſſe exiſtimantur. Sic quæ fauore minorum indulta fuerunt, eccleſijs quoq; non denegari arbitramur[o]. Sic quod in lege falcidia conſtitutum eſt, ad eam quoq; portionem extendimus, quæ ex S.C. Trebelliano deducit[p]. Sic lex, quæ de poſſeſsione limitanda loquitur, etiã ad iura protrahatur, quæ tamen conſtat impropriè poſsideri[q]. Hinc Conſtantini ſanctio, natis poſt donationẽ filijs, ius reuocandi donatori cõcedens, ad omnẽ caſum extenditur, quo eadem ſubſit ratio[r]. Hinc Iuſtiniani ſanctio, qua ex cauſa dotis alienatio rei, nõ obſtante prohibitione paterna, permittitur, etiam tunc obſeruabitur, cùm prohibitio in matris uel fratris teſtamento facta eſt[s], his ſcilicet caſibus, quibus mater filiæ, frater ſorori dotem dare cogeretur. Hinc etiam eſt, quòd licet ſoleat dici, ab exceptione regulam cõfirmari, tamen intelligendũ ſit, non ſolùm hoc in caſibus exceptis non procedere, ſed nec in his, qui pari ratione cum exceptis innituntur[t]. Fit autẽ huiuſmodi extenſio, etiam ſi nõ omnino tanta ratio, quanta in caſu expreſſo ſit: quod hoc exemplo inducitur. Theodoſij cõſtitutione aduerſus cõmunem regulam, hæreditas aſcendentis ex teſtamẽto deſcendentium delata, tametſi non adita, tranſmittitur: quid ſi inteſtato deferat? & idem reſponſum eſt, licet non æquè tanta ratio id ſuadeat: expreſſa enim uoluntas teſtatoris id magis perſuadere potuit, quàm tacita, quæ nullo facto teſtamento, ſolùm præſumitur[u]. Non procedit hæc principalis enunciatio quatuor caſibus. Primus, cùm lex dictione taxatiua utitur, tunc enim fieri non debere extenſionem, receptum eſt: quoniam aduerſus legem fieret[x]. Quapropter etſi lege municipali caueretur, ut eius uerba ad literam, uel abſq; alia interpretatione intelligerentur, huiuſmodi extenſio uetita cenſeretur. Sed tamen & hoc iudicij acumine diſcernendum, ut deprænda mus quam ob cauſam taxatiua dictio adiecta ſit: quid enim ſi lex ipſa ſit, quæ huiuſmodi prorogationem inducat[y]? nec enim ex taxatiua ueriſimile eſt, legis diſpoſitionem emendari[z], ſicut nec ea, quæ conſuetudine inducta ſunt: quod in hac ſpecie Pontanũ obtinuiſſe dicit[a]. Mandauerat quis procuratori, ut centum aureos tantũ mutuò acciperet: is ſub uſuris acceperat, quòd aliter nõ ſolerent pecuniæ id genus hominibus mutuò dari: reſponſum eſt, dũm in fœnus quoq; propter conſuetudinem, obligatũ uideri. Quid item ſi materia pia fauorabilisq; ſit, nónne piæ cauſæ fauor dictionis illius limitationi prævalebit[b]? nam & priuilegia ſuapte natura ſtrictè accipiuntur, & tamen in eis ex huiuſmodi fauore de perſona ad perſonã permittitur extenſio[c]: nam & cùm ſtatutũ eſſet, ne à ſententia diffinitiua tantũ appellari ad metropolis Senatũ poſſet, reſponſum eſt, nec ab interlocutoria quidem poſſe, propter fauorem publicum, ne quis extra patriam litium tricis implicetur: &

a gl. c. diſpẽdia. de reſc. in vj. uerb. quæſtiones.
b l. patri. de adult.
c l. quiſquis. C. ad l. iul. ma.
d l. ſi quis id. de iuriſ. om. iud.
e Iaſ. l. ſi cõſtante. ſol. matr.
f l. bis ſolis. C. de reuoc.
g. cum dilecta. de confir. util.
h Imol. d. §. de uiro.
i l. miles. de re iud.
k l. ſi unus. ubi Iaſ. C. de teſti.
l l. j. C. de iuris ignor.
m l. ij. C. de cur. fur.
n l. ij. §. fin. ſol. matr.
o l. iij. quãdo ex fac. tut.
p Bar. l. Marcellus. ad Treb.
q l. regulariter. de peti. hære.
r l. ſi unquã. C. de reuoc. do.
s auth. res quæ. C. cõm. de leg.
t Abb. d. c. cum dilecta.
u l. j. C. de his qui ante aper tas tab.
x l. ij. C. de pat. qui fil.
y l. ob æs. C. de præd. min.
z Alex. l. j. C. de bon. poſſ. ſec. tab.
a l. iij. §. iurari. de iureiur.
b l. illud. in fi. C. de ſac. ſanc. eccleſ.
c Alex. l. miles. de re iud.

diffinitiuæ mentio cenſeẽ in lege facta, quòd in ea probabilior erat dubitatio. Quid rurſus, ſi adeò iuſtum & ultione dignũ ſit delinquentis odium, ut aduerſus taxationis uim operæ precium ſit pœnam extendere? quod in ea ſpecie traditum eſt, qua Iuſtinianus[a] certis tantum ex cauſis donationes factas reuocari poſſe conceſsit: frequentius enim creditur ex aliȝs quoq; ſimilibus eadem æquitate reuocationi locum eſſe. Quod & in his cauſis receptum eſt, quibus patri permiſſum eſt filium exhæredare: cuius ſententiæ ille eſt cardo, q̃d cũ ratio in legibus generaliter ſcripta ſit, cauſæ illæ tanquã exempla regulam arctare non debent, quod & ſuprà à nobis tractatũ eſt[b]. Sequens caſus eſt in his, quæ ius perſonale inducunt, uel fauore certarum perſonarum conſtituuntur[c]: non enim ad conſequentias trahẽda ſunt, quòd huiuſmodi cùm iuris ſpecialis ſint, à cõmuni propriè exorbitant[d], meritoq; priuilegia dicuntur, quaſi de priuis, id eſt, ſingulis lata. ad quã ſpeciem pertinent etiam, quę certo generi perſonarum indulgentur: unde priuilegium militum, ut poſt ſententiam adhuc exceptione peremptoria tueri ſe poſsint, ad cœleſtis militiæ pugilem nõ producẽt[e]. Tertius eſt, cùm aliquid ualde odioſum, uel irrationabile inducitur: ut cùm lex patri filios filiáſue ſanguinolẽtos uictus cauſa uendere conceſsit: non enim alia ex cauſa id fieri poterit[f]: opinor & ſi ſanguinolenti, id eſt, infantes, & iamiam nati, non ſint, uenditionem irritam futurã. Accurſius quid ſanguinolentus in ea lege ſignificaret, ignorauit: nos ex Codicis Theodoſiani interprete, in eius uocis notitiam peruenimus, hocq; argumento arbitramur, de iure nõ licere patri, tametſi principi, filiũ ſuũ inuitũ obſidem hoſti, etiam ut ſe redimat, dare. Quartus caſus eſt in ſtatutis ſeu legibus municipalibus, in quibus non uidetur licita extenſio: unde & lex Iulia de maritandis ordinibus, quę uirum iubet, quicquid ad ſe peruenerit à ſeruo dotali, quem uolente uxore manumiſit, reſtituere, in ſocero nõ procedit. De uiro, inquit Vlpianus, lex loquitur[g], de ſocero nihil in lege ſcriptũ, & hoc Labeo quaſi omiſſum annotat. In quibus igitur caſib. lex deficit, nec utilis quidẽ actio dabitur. Sed hoc ego reſponſo non moueor, cùm non ſit in uiro, ſoceroq; æqualis ratio: ſiquidem mulier marito manumiſſori conſentiens, cùm ob magnam cõiunctionẽ poſsit alia præſumptio accipi, nõ facilè creditur uoluiſſe donare: quod in ſocero eſt contrà: ſicut uidemus & in extraneis, quibus ſi permittamus rem noſtrã poſsidere, in poſſeſſorio nobis præiudicamus, q̃d nõ ita eſt in uiro & uxore[h]: præſumitur enim alter ab altero iure quodã familiaritatis habere, nec ideo deteriorem in aliquo ſuam cauſam facere: quod maximè in caſu prædicto dicendũ fuit, cùm donatio uiro facta ab uxore regulariter prohibeatur, ſocero à nuru nõ prohibeatur[i]. Verius eſt igitur in lege quoque municipali, iuxta ſupradictas diſtinctiones extenſionẽ permittendã, ut ſi lex ſit iuri cõmuni ſimilis, uel etiã limitatoria, interpretatione producatur: ſi correctoria uel pœnalis, non temerè extendatur. Vnde & aliquæ quæſtiones finiri poſſunt. Lex ait: Si quis triticum extra territoriũ ſuper equo, aſino, uel curru portauerit, deprænſus ſoluat centum: Salic.[k] exiſtimat, qui ſuper humeris geſtat, uel mulum agit, pœna quoq; afficiendum: proprius enim eſt, ut effectus ipſe exportationis cõſideratus ſit, nõ au ferendi modus. Cui & ego aſſentior, præterq; in eo qui humeris geſtat: cùm enim eo modo longè minus exportarit, quàm iumentis poſſit, non eſt ueriſimile uoluiſſe legiſlatorem talem afficere. Lex ait, Triticũ extra territoriũ nemo deferat, nunquid farina poterit? Et receptius non poſſe, extenſionemq; fieri, aliàs quippe prohibitio eluderetur[l]. Sed an uinũ, oleũ, liquamina? Et non cenſebuntur uetita, non enim tanta eſt ratio[m]. Quid uice uerſa, ſi uinũ, oleum, liquamina deferri non ſinantur, an triticum? Et uerba legis deficiunt, opinor, & mens, niſi cùm lex ad Barbaricum transferri uetat: eius enim ratio eſt, ne ſuauitate frugum illecti barbari, impetum in nos faciant[n], quæ prima fuit Gallorũ in Italiam aduentus cauſa, ut T. Liuius atteſtatur. Lex ait: Si quis deceſſerit inteſtatus, ei exiſtentibus maſculis, fœminæ nõ ſuccedant: mortua eſt mulier, Salic. negat ſtatuto locũ eſſe: Si quis, inquit, ergo ſi quæ deceſſerit, ceſſant uerba. Ego diſſentio, cùm abſurdum nõ ſit, uoluiſſe legiſlatorem etiam in fœminarũ ſucceſsionibus maſculorũ utilitati proſpicere: & dictio, ſi quis, non omnino ex extenſione, ſed ex ui quoq; aliqua uerborum fœminas complectitur[o]. Lex ait: Patruis in ſucceſsione præferantur conſanguinei, nunquid & in tutela? Et cùm hæc æquiparata ſint, & quò tutela redit, hæreditas pertineat, Salic. putat etiã in tutela conſanguineos præferri: quapropter & ſi lex agnatos cognatis in ſucceſsione anteponat, in tutela quoque extendetur, præterquam matris reſpectu, cui tutela defertur, non propter ſucceſsionem, ſed propter præſumptum prolis ſuæ amorem: unde tametſi ab hæreditate excluditur, tutelam geret[p]. Lex: Stantibus maſculis, inteſtato patri fœminæ non ſuccedant: quid ſi teſtatus ſit, & eas præterierit? & cùm regula ſit iuris antiqui, Quæ ab inteſtato excluditur, ius dicendi nullum, uel bono. poſſeſsionem contra tabul. petendi non habere, ſequitur ex teſtamento quoque excluſas[q]. Quid ſi teſtator exhæredatis maſculis, ſolos extraneos inſtituit? Et putarem non eſſe locum legi, & fœminis bon. poſſeſſ. contra tab. concedendam: huiuſmodi enim lex correctoria eſt[r], & ideo ſtrictam ſolùm interpretationẽ recipit: unde cum fauore maſculorũ, ab inteſtato fœminas excludat, nõ debet extendi condito teſtamento, quando maſculorum fauor non ſubeſt: & cùm huiuſmodi lex duplici cardine inſiſtat, altero quo fœminæ excluduntur, altero quo mares uocantur, ſi incluſiuũ caput ceſſat, igitur & excluſiuum[a], maximè cùm in hiſce tricis perplexis ue, humanius ſit pro his pronunciare, qui iure communi, & naturali ratione potiores ſunt[b]: & ita ſentio, licet aliȝ contrà. Lex ait: Exiſtentibus maſculis, mater excludatur: quid ſi ſoror etiã adſit? Et uidebatur lex producenda, ut excluſa matre, quæ prior in gradu eſt, ſoror quoq; reiiciatur. Sed contrà reſponſum eſt[c], cùm diuerſo iure ſoror ſuccedat, meritò agnatũ remotiorem excludet, & beneficio ſororis mater quoque fruetur. Qua ratione & lex amitam excludens, ad materterã non porrigetur: & ſi à patruelibus mater excludatur, nõ ideo amita erit excluſa: diuerſo enim iure ſuccedunt[d]. Lex ait: Iudici ſalariũ non debeatur, niſi poſt ſententiam: quid ſi per iudicem nõ ſtat, quò minus diffiniat? Et reſpõſum eſt ſalarium deberi[e]. Lex ait: Rem uenditam agnatus intra annum ius redimendi habeat: quid ſi in ſolutum data ſit? Plerique deficere uerba legis dixerũt, relatumq; extat pronunciatum ſic fuiſſe[f]. Mihi durum hoc uidetur, propter rationẽ legis, & quia uerba omnino nõ deficiunt: nam uenditionis appellatio, ad omnem alienationem ex lege XII. tabularũ pertinet[g]. Lex ait: Maritus uxori in ultima uoluntate ultra quartam bonorũ partem relinquere non poſsit: teſtator eam hæredem inſtituit, cum clauſula, ſi teſtamentum non ualeret, ut donatione mortis cauſa deberetur: atq; ita ſtipulatus uxoris nomine erat notarius, cùm teſtamentũ irritum fuiſſet: Reſpondit Decius ualere donationem[h]: quoniã donatio cauſa mortis propriè ultima uoluntas non eſſet. Contrariũ obtentũ fuit, propter rationem legis, ne facilè ægrotãtes mariti (quo potiſsimũ tempore teſtari ſolent) blanditiȝs muliebribus ſeducant: & lata ſignificatio uocis non repugnabat, alioquin paratiſsima eſſet fraus legi. Lex ait: Mandatũ teſtibus probari non poſsit, ſed ſolis publicis documentis: an ratificatio probabitur? Et Bald. poſſe credidit[i]: quoniam lex illa correctoria & dura ad hunc caſum trahi non debet: quod & mihi uidetur: nam quamuis quo ad effectum ratificatio mandato æquiparetur, non tamen quo ad probationis modum. Lex ait: Qui aliquem fuſcina ferrea percuſſerit, duplici pœna afficiatur: percuſsit quis tridente, uel capite ſecuris, quid ſtatuendũ? Et Bald.[k] ſi iudici ſederit tale inſtrumentũ æquè grauem plagam infligere, ſimileq; fuſcinæ eſſe, duplo puniendum rectè reſpondit. Lex ait: Adulter ducentis aureis puniatur, an trahatur ad ſtupratorẽ? Et Salicetus ait nõ trahi, quare eum grauiore iuris cõmunis pœna plectendum, tametſi aliàs grauius ſtupro adulterium caſtigaretur[l]. Ego ſubſiſto, quoniam ſuprà uidimus, in pœnarum ſimilitudine fieri extenſionem, & craſſa minerua adulteriũ & ſtuprum promiſcuè accipiuntur[m]. Lex ait: De omnib. delictis pax fieri poſsit, excepto adulterio, homicidio, furto: quid in raptore? Et receptius eſt poſſe fieri: nam alia in raptore, alia in fure conſtituta uidemus[n]. Lex ait: Quoties litis æſtimatio uiginti librarũ maior eſt, probationes per teſtes nõ admittanẽ: quid ſi partim ex teſtibus, partim ex inſtrumentis quis probare uelit? Et receptũ eſt hoc permittendum eſſe, ceſſat enim ſubornationis metus[o]. Lex ait: Mulier abſq; duorum agnatorum autoritate ne cõtrahito: procurator mulieris cõtraxit, an quod ex ſe prohibita eſt per alium poterit? Et reſponſum eſt poſſe, dum autoritas conſtitutioni mandati ſaltem generaliter affuerit[p]. Lex ait: Qui in eccleſia aliquẽ percuſſerit, grauiſsimè plectatur: percuſsit aliquis in cœmiterio, reſponſum eſt, legi locum eſſe: quoniam æquiparata hæc ſunt iure ueteri[q]. Lex: Vicinus ædificanti prætoriũ uendere teneatur, cùm in fauorem ædificantis facta ſit, non imponet aliquã neceſsitatẽ emptori[r]: tametſi aliàs emptor & uenditor correlatiua, ut uocant, ſint. Lex: Mulier ſine liberis decedens teneatur trientẽ hæreditatis fratri relinquere: num & filio fratris? Et ſi ſolus extet, nõ puto: ſi adſit patruus, cum eo admittetur: licet Alexander etiam ſi ſolus ſit, putet legi locũ eſſe[s]. Lex: Agnati quocunq; gradu cognatis præferantur: extat conſanguineus, itemq; frater uterinus: Reſponſum eſt, uterinũ non ſuccedere[t], qui propriè agnatus non eſt, licet iura agnationis ex lege Iuſtiniani conſequutus ſit: ceſſat enim in eo agnationis cõſeruandæ ratio, quæ ſola legiſlatorem mouit. Lex: Frater in patris ſucceſsione ſororẽ excludat: auus deceſsit ſolis nepte, nepoteq; relictis, quos ex duobus filiȝs ſuſtulerat: Reſponſum eſt, nepotẽ potiorẽ eſſe[u], tum ex ratione legis, tum quòd appellatione patris, auus, appellatione fratris etiã patruelis continetur: idq; lata ſignificatione acceptis uerbis. Lex: Frater defuncti excludat matrem: de fratre patruele nõ intelligitur, quia in eo non æquè tanta eſt ratio, ſicut in germano[x]. Lex: Syngraphæ manu debitoris ſcriptæ, plena fides adhibeatur: quid ſi aliena manu ſcripta, ſed à debitore ſubſcripta ſit? Reſponſum eſt, idem eſſe[y]: quoniam paria hæc eſſe lex exiſtimat. Lex: Quiſquis contractum aliquem iniuerit: quid ſi diſtractum? Et receptum, idem eſſe[z], ſi eadẽ ratio ſit utroq; in caſu. Lex præmiũ accuſatori decernit, quid in denũciatore? & eidem quoque debebitur: fit enim extenſio fauore publicæ utilitatis, ne crimen impunè ſit[a]. Lex: Frater nõ poſsit propter æs ſibi debitum fratrem in carcerem trahere: quid ſi nomen alteri ceſſerit? Et uerius eſt, ne ceſsionariũ quidẽ poſſe[b], qui creditoris loco ſubſtitutus eſt, alioquin fraus legi paratiſsima eſſet. Lex: Maritus dotis ſibi datæ tertiam partem lucretur: quid ſi ſolùm promiſſa ſit? Non extendetur[c], niſi generalitas rubricæ ipſius legis aliud ſuadeat: & ita Baldo uidetur[d]. Lex: Exiſtentibus fratribus defuncti, mater excludatur: quid ſi extẽt ſorores ex latere patris tãtũ? Et à matre

a l.fin. C. de reuoc. don.
b d.c.ſi Papa. de priuil. in vj.
c l.j. de conſtit. princip.
d c. quæ à iure. de re.iu. in vj.
e Bart. d.l.j. C. de iur. ignor.
f gl. l. ij. C. de pat. qui fil.
g d.l. ſi uerò. §. de uiro. ſolut. matr.
h l. qui iure. de acquir. poſſ.
i l.iij. §. ſocrui. de do. int. uir.
k l. ſi ſerui. C. de noxal.
l Bar. l. quæſtii §. illud. de legatis iij.
m Bald. d.l. omnes populi.
n l.j. C. quæ res export.
o l.j. ẽ. cod.
p Decip. conſil. xvj.
q Bar. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
r l. maximũ. C. de lib. præt.
s §. item lex Iul. Inſtit. de pub. iud.
t d.l. inter cæteras.
a l. alteri. de adimen. leg.
b l. æquiſſ. ad Tertull.
c Alex. l. illam. C. de coll.
d Dec. cõſ. lxxj.
e Roma. conſil. lxxxv.
f Specul. tit. de emptione. §. nunc uidendũ.
g l. ſtatuliberi à cæteris. in fin. de ſtatulib.
h Decius conſil. cxcvj.
i Bal. l. obſerua re. §. fin. q. xj. de offi. proc.
k Bald. d.l. omnes populi.
l Inſtit. ui bon. ra. uerſ. ridicu lum.
o Bar. l. certi cõdictio. §. quoniam. ſi cert. petatur.
p l. apud. §. fin. ex quib. cauſ. in poſſ. Alex. conſ. clxxxix. in vij.
q Arch. xij. q. j. nulla.
r Bald. l. j. C. de cõm. ſer.
s Alexan. cõſil. xxxvj. in vj.
t Bald. l. lege. C. de leg. hæred.
u Bal. l. ſcimus. vij. q. C. de in offic.
x Alex. conſil. lxxxix. in vj.
y l. ſi ita ſtip. §. Chryſogonus.
z Iaſ. l. ſi unus. §. pactus ne. ff. de pact.
a l. v. §. hi quoque. ad Syll.
b l. ſi poſt diuortium. ſol. mat.
c Iaſ. l. j. col. ij. ſi cert. pet.
d Bald. ibi.

a Alexan. cõsil. xlv. in vij.

eas excludi uerius est[a], nec ius commune hoc casu correctum censebitur, cùm nec fratris appellatione ui uerbi contineatur soror, sed per extensionem tantum, quę in correctorijs locum non habet, præsertim cùm non æqualis ratio subsit. Et hæc quidem exempla sufficiant, cùm alioquin quamplurima alia potuissent adduci: sed id mihi laboriosum magis, quàm utile lectori fuisset. Sed quid si alia lege caueatur, ne statuta aliquam interpretationem glossam'ue accipiant? Et Bartolus[b] credidit solùm friuolam interpretationem reiectam censeri, cùm uera interpretatio, quæ ex ratione legis descendit, naturaliter sit necessaria[c], autoritateq; ipsorum legis latorum fiat, cui non est uerisimile uerbis illis derogari, alioquin absurda, inepta, iniquaq; quamplurima adolescerent[d]: nam & uidemus demandata iudici causa, ut eam appellatione remota cognoscat, solũ friuolas, calumnioſasq; appellationes submoueri[e]. Quæ uerba Bartol. ut in se uera sunt, crebrioreq; calculo approbata, indigent tamen clariore expositione. Et in primis cùm à uerbis legis recedendum non sit, si lex tollat interpretationem, de extensiua intelligetur, quatenus ui uerborum comprædi non possit. Vnde quod à contrario sensu deducitur, ex clusum uidebitur, quod Baldus sensit[f]: qua ratione etiam in substitutione expressa uulgari non continebitur pupillaris: ex legis enim interpretatione, non ex uerborum figura ineſt[g]. Cùm uerò glossas fieri prohibet, restrictiones uel augmentationem prohibere intelligitur, nõ autem eam expositionem, qua uerbum aliquod obscurum grammatico more intelligibilius declaramus. Quintilianus tamen libro primo, interpretationem linguæ secretioris γλώσσας dici à Græcis autor est. Dionysius glossematicam dictionem esse ait priscam, obscuriorem, circumloquutionibus constantem. Diomedes quoque genera loquutionum quinq; facit, rationale, artificiale, historicum, glossematicum, commune. Quid si dicatur ad literam uerba intelligi debere? Et eodem modo fiet interpretatio, ne absurdum ineptumq; aliquid consequatur, uęue extensione ultra uerborum uim utamur: quapropter & tunc dispositio in casu simplici loquens, ad mixtũ non protrahetur[h]: quod accipiendum, cùm mixtum ex ui sermonis non prouenit, quod suo loco explicabitur. Sed an tunc masculinum concipiet fœmininum? Et Franc. Curt. respondit. tunc quoq; concipere: indeq; existimat, si lege municipali in hæreditate fraterna agnati fœminis præponantur, etiam in sororis successione potiores fore, tametsi uerba ad literam intelligi debeant: cuius sententiã ego tum probarem, cum ratio fauoris agnatorum in lege expressa est: tunc enim & iste casus sub ratione eiusq; uerbis comprædi dicitur, sicut species sub genere[i], nec ui extensionis producitur, quòd si ratio expressa non sit, existente

b Bart. d. l. omnes. pop.

c l. ij. §. his legibus. de or. iur.

d l. sed & si. §. quæstum. de leg. iij.

e l. j. §. fi. à qui. app.

f Bald. d. l. ij.

g Bal. l. precib. C. de impub.

i Pet. Cy. l. iura non in sing. suprà de ll.

supraſcripta lege aliud censerem: & ita Bal[k]. Cornæusq;[l] responderunt, & frequentiore sententia receptum est[m]. Quid si lex dicat statutum precisè intelligendũ obseruandumq;? & præcisè hic significat sine tectorio aliquo, & sermonis inuolucro. Cicero ad Atticum lib. VIII. Nemini cuius causam non reciperem tam humili, tam sordido, tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine ulla exceptione præcidit. Videtur metaphora ab his ducta, quibus imperatur, ut longis uerborum ambagibus finem imponant, superfluaq; amputent, & quod uulgò dicitur, ad punctum ueniant: unde & præcisè quandoque dicitur, quod propter breuitatem obscurum est. Cicero de nat. Deorum lib. II. Id, inquit, præcisè dicitur, ut si quis Athenienſium Rempub. dicat consilio regi, desit illud Areopagi. Ad Herennium quoq; lib. IIII. Præcisio est, cùm dictis quibusdam, reliquum quod cœptum est dici, relinquitur in audientium iudicium. Sed in casu nostro, ut dixi, aliter intelligitur, doctoresq; nostri ita accipiunt, ut uelit lex præcîdi quæcunq; alia quæ illi dispositioni officiant, ambiguamq; reddant[n]: aitq; Bald. huiusmodi uerbis quæcunq; glossemata reijci, nisi quæ ex alijs legibus assumuntur. Legem tamen correctoriam, quę extantibus filijs fœminam excludat, tum ad nepotem non produci, quia nec præcisus hic intellectus[o], nec ex litera, sed ψ πλάτῃ est. Sed numquid in statutis argumento à contrario sensu locus erit? Et quia hic tractatus & ipse ad extensionem pertinet, nõ in his tantum, sed generaliter attingendus est. Videntur autem hoc nomine quatuor argumentorum genera contineri. Primum est, quod argumentum à speciali dicimus: nam si lex aliquid specialiter induci dicat, consequens est, ut ius commune in contrarium sit: & hoc casu tale argumentum dicitur, non ex mentis coniectura, sed ex ipso contextu sumi: unde ex lege Iulia[p], quæ damnatã adulterij dicere testimonium uetat, probatur regulariter mulieris testimoniũ recipi: tali igitur casu putauerim etiam in correctorijs huic argumento locum esse, quia propriè ab extensione nõ prouenit, cũ lex, quæ speciale esse dicat, ex ui illius uerbi negare in alijs censeat: hacq; in specie eorũ sententiã probo, qui illud quod per huiusmodi argumentũ inducitur, uerbis legis expresse cõprædi existimauerunt[q]. Alterũ genus est quod ab inclusione unius dicitur: lex enim unũ includens, aliud à contrario sensu excludere uidetur[r], & uice uersa[s]: hocq; casu tacitè & per coniecturam uerius est sensum talem accipi[t], & ideo hac specie non uteremur ad iuris antiquí correctionẽ, nisi cùm aliàs lex ipsa municipalis eluſoria redderetur[u]. Aliud genus loci est, qui ab exceptione dicitur: uulgò enim aiunt ab exceptione regulam cõfirmari[x]: nam quod in exceptione comprænsum nõ est, sequitur sub ipsa regula contineri[y], & hoc casu argumentum ex pro-

k Bald. consil. cccclx. in v.

l Corn. xiiij. in ij.

m Alexan. xlv. in vij.

n Iaſ. d. l. omne pop. col. pe.

o Bald. d. l. maximum.

p l. qui testamento. §. mulier. de testa.

q Domin. ca. j. prima dijun.

r l. maritus. C. de procu.

s l. cum prætor. de iudi.

t l. apud antiq. C. de fur.

u glos. l. nulla. auth. diuinissam. C. de epi. & cleri.

x l. nã quod. §. fi. de pen. leg.

y c. cum dilecta. de conſ. uti.

proprietate sermonis descendit, & ui uerbi: unde uidetur quacunq; in materia, etiam si correctoria sit, assumendũ[a]: idq; aliqui probant. Sed ex aduerso obstat, quòd si lex sacri sodalitij eos fructib. sacerdotiorũ priuet, qui non residunt, præterquã si infirmi, uel in Pontif. Romani obsequio sint, tamen non intelligetur eos priuasse, qui in episcopi sui obsequio sint, cùm nec hi iure cõmuni priuentur[b]. Verùm respondendum est, exceptionẽ hoc casu regulam non confirmare, tum quia regula à iure cõmuni interpretationẽ recipit, tum quia exceptio de Rom. Pontifici obsequentibus, satis ostendit idem iuris obseruandum in his, qui suo antistiti subseruiunt: non enim minor est ecclesiæ utilitas. Postremus locus qui ἐμφαλικωτέρως à contrario sensu dicitur, soletq; ex dispositione generali accipi, quæ certa ratione aliquid inducit, ut ea deficiente, mens quoq; legis deficiat: & tale argumentum à coniectura uires sumit[c], non autem directò ex ui uerborum accipitur. Fortissimum autem semper est, quod sic deducitur enthymema, dum tamen non simpliciter à contrario sensu literæ sit, sed etiam rationis, seu mentis ipsius legis. Quapropter cùm lex dicit, Cassia sint omnia per Italiam aduersus libertatem sacerdotum constituta, non sequitur, ergo extra Italiam obtineant[d]: cùm Italiæ mentio non ideò sit facta, ut prouinciæ excludantur, sed quia frequentius id mali in Italia contingebat, in qua pleræq; Respublicæ nullis subiectæ principibus sæpissimè huiusmodi plebiscita fanciebant. Quod dicitur, inquit Hieronymus[e], antequam conuenirent, non sequitur ut postea conuenerint, sed scriptura quod factum non sit ostendit. Sic in Euangelio Matthæi: Et non cognouit eam, donec peperisset: nõ sequitur, postquam peperisset, cognouisse: sed quidã est loquendi modus, qui ab affectatione dicitur: credebãt enim fore, ut cõuenirent, & ut eam cognosceret. Galli, inquit Vergilius, per dumos aderant, arcemq; tenebant: id est, credebant fore ut iamiam tenerent. Pleraque sunt huius rei in mysticis libris exempla, quæ libro aduersus Heluidiũ ὠνυμαζόντων collegit Hieronymus. Sic & nos plerunque loquimur, cùm dicimus, Iudices priusquam de causa cognoscerent, reum condemnarunt: non sequitur, ergo deinde cognouerũt: sed sumitur hic modus ex eo, quod fieri debuit. Si conuenerit, inquit Africanus[f], ut alius prętor & cuius iurisdictio esset, ius diceret, & priusquã adiretur mutata uoluntas fuerit, nemo compellitur conuentioni stare: non enim sequitur, postquam aditus sit, nõ licere utriq; parti ab eius iudicio recedere. Sic cùm testator iussisset fideicommissario caueri si filia non diuorteret, rescripserunt Seuerus & Antoninus[g], non uideri remissam cautionem in causa diuortij, quia non est uerisimile testatorem ad turpem hunc casum attendisse: imò potius credendũ est, illa ab eo adiecta uerba, quòd crederet filiã aliquo modo nõ diuersuram, ut conditio uim causæ impulsiuæ respiciat. Ex qua ratione deducitur, huiusmodi argumenta legitimè nõ sumi à contrario causæ impulsiuæ sensu, sicut nec uerborũ, quæ narratiua uocant, uel quæ modum, non autem conditionẽ inducunt[h]. Itemq; quoties pluribus rationibus, quas finales uocant, aliquid inductũ sit[i]: aliqua enim deficiente, nõ tamẽ dispositio mensq; proferentis cessat[k]. Finge igitur, lex iubet quod minor XVIII. annis nõ possit absque certa solennitate obligari, non censebitur ut post illud tempus uelit eum legitimè obligari[l], sed tantummodo prohibitio illius legis deficiet, & casus ceu omissus ex dispositione iuris communis limitabitur: talem enim esse mentem legislatoris credendũ est, ne inducta ad prohibendũ, permittere uideantur[m]. Eodem modo finge, lex ait: Nemo ex mutuo ultra quincuncem accipiat, non sequiq; permissas esse quincunces usuras, quas cõstat lege Pontificũ prohiberi: sed simpliciter apparet, intra quincuncẽ nihil à lege municipij dispositum. Ex his quoq; consequens est, qui unum dicit, licet à contrario sensu uideatur aliud excludere, ut propter mentem præsumptã non censeatur ea excludere, quæ ei, quod dictum est, connexa, accessoria, similia sunt[n], cùm ut argumentũ ualeat nõ solum à contrario uerborũ sensu, sed & mentis accipi debeat. Concludendum igitur, cùm hic locus non ex uerbis, sed ex coniectura oriatur, regulariter in statutis correctorijs non assumi, nisi his in casibus, quibus suprà in eis extensioni locũ esse docuimus, ut cùm aliàs dispositio superflua redderet, uel eluſoria. Vnde cùm lex municipalis sic scripta est: Non existentibus masculis, fœminæ succedãt, receptũ est eis existentibus fœminas excludi[o]. Sic & lex, quòd mulier filios nõ habens, possit de dote testari, à cõtrario sensu intelligitur, ut si habeat, non possit, ne alioqui superflua esset[p]. Assumetur tamen, quãdo non per extensionem, sed ex uerbis quoq; aliquo modo cõprænditur, ut in eo casu dictũ, qui à speciali dicitur[q]: itemq; in eo, quo ab exceptione regulã firmari docuimus[r]. Sed & quoties correctio legis nulla induceretur, non est dubium tali argumento locum esse[s]: nam tunc regulariter suprà ostendimus permitti extensionem, nisi esset expresim prohibita, ut quia cautũ uerba ad literã intelligi debere[t]: itemq; nisi in pœnã legislator incideret, uel aliquid huiusmodi odiosum, absurdum, ineptũ consequeretur: quæ omnia superius declarata sunt. Supraſcriptæ quæstioni cohæret alia quoq; regula, qua uulgò dicimus, contrariorum eandem esse disciplinã[u]. Videndũ igitur quomodo intelligenda sit, & an in legib. municipalibus locũ sibi uendicet. In qua re breuiter dicendũ est, ubi eadem est ratio, ibi eandem esse contrariorũ dispositionẽ[x]: ubi diuersa sit ratio, diuersam[y]: ubi contraria, contrariam[z]: tunc q; esse regulæ locũ, quæ in Topicis traditur, Id propositũ in proposito opera-

a Alex. auth. ex testamento. C. de collat.

b c. ad audientiã. de cle. non reſid.

c c. cũ apostolica. de his quæ fiunt à præl.

d Authen. cassa. C. de sacr. ſan. eccleſ.

e c. quod dicitur. extra eo.

f l. ſi conuenerit. de iurisdi. om. iud.

g l. ij. C. de condict. incert. ubi Cynus.

h l. Titio centũ. in prin. ff. de cond. & dem.

i §. affinitatis. Inſtit. de nupt.

k l. j. §. fexũ. de poſtul.

l Bald. l. j. C. de inutil. ſtipul.

m l. legata inutiliter. de leg. j.

n Felin. c. nõne. de præſum.

o Alex. l. j. de offic. eius.

p Anchar. conſil. ccxiij. pro iſto prin.

q Bal. l. obſerua re. §. proficiſci. in iij. quæſtio.

r Bald. conſil. clxxiij. in prouincia. in iij. quæſt.

s Feli. d. c. ſignificaſti. de foro compet.

t gl. clem. j. de uſur.

u gl. rubr. ff. de acquir. poſſ.

x l. ab emptiõe. de pact.

y l. inter ſtipul. §. ſacram. de uerb.

z l. & ſi contra. de uulg.

ri, quod in opposito oppositũ [a]. Quapropter apparet hæc non ex ui uerborũ, sed ex ratione ipsa procedere: & ideo in casibus, quibus suprà ostensum est à uerbis non recedi, & extensioni locum nõ esse, huic quoq; regulæ nihil tribueretur. Hinc̃q; est, quòd si lex municipij sororem excludit ab hæreditate fratris, nõ uidetur uice uersa fratrem sororis hæreditate priuasse [b]: sicut uidemus, quòd media iuris prudentia masculos uolebat fœminis succedere, & nõ ex aduerso fœminas maribus: quoniam cõmodius usum erat, sic iura constituere, ut plerunq; hæreditates ad masculos confluerent: obtinuitq; diu hæc sententia, donec per Iustinianũ abrogata est. Sic Senatusconsulto Tertulliano mater filio succedebat, & non filij matri, donec deinde ex Orficiano ei quoq; prouisum est. Vnde apparet, q̃uis æquum sit successiones esse recíprocas [c], nõ tamen hoc sufficere ut extensio fiat, nisi quatenus noua lege caueatur: nec enim id per regulam ueterem generaliter statutũ est, ut sicut ego tibi, ita & tu mihi succedas, sed certis tantum casibus [d]: unde extensioni, quã passiuam uocãt, locus nõ est. Quapropter ex facto pronunciatũ scio, cùm lex legitimatos prohiberet legitimis succedere, non censeri uice uersa uetitum filio legitimo, quò minus ipse ei, qui natalibus restitutus esset, succederet. Cæterũ & è conuerso, si lex fratrẽ ab hæreditate sororis alienũ esse uelit, non prohibetur soror fratris hæreditatẽ adire [e]: uerba enim legis obseruanda sunt: & qui eis nõ excluditur, iure communi potior erit: cùm si quicq̃ indecens constitutum sit, non ideo ad consequentia sit trahendũ, ut aliud quoq; inducatur. Sic & Paul. Castrensis [f] legẽ, qua sorór ab hæreditate fratris reijcitur, respondit ea interpretatione nõ accipiendam, ut etiã ab hæreditate sororis excludatur: quæ sententia est uera, nisi in lege ratio conseruandæ agnationis expressa sit, quo casu suprà aduersam huic Curtij [g] sententiam probaui. Non tamen perpetuum est in lege municipali huic argumento sedem non esse. Atqui in casibus, quibus extensio fit, fortissimus hinc accipietur locus: quo fit, ut in correlatiuis æquiparatisq;, etiam si de pœna agatur, non tamen tali cardine innixa ratio explodatur [h]: cuius rei exempla quãplurima Iason refert. Hinc est, quòd si lege cautũ sit, ne testibus exceptio probari possit, nec actio quidẽ poterit [i]: cui enim damus actionẽ, multò magis exceptionẽ: & regula iuris antiqui est, in probationibus non plus actori fauendum, quàm reo. Hinc prohibitus à lege correctoria aliquem condemnare, censebitur prohibitus & absoluere [k], nisi legis ratio sit, quia suspectam habeat iudicis fœuitiã. Quapropter hæreticæ impietatis quæsitor, delatum ad se reum absoluere poterit, condemnare solus non poterit [l]. Hinc si lex legatum probari per duos testes posse constituat, etiãm ademptio legati hoc numero probabitur [m]: paribus eñ passibus in iure ambulant datio & ademptio [n]. Et hæc quidem sufficiant. Cæterum cùm extensio etiam ex uarijs argumentorũ generibus in iure nostro fiat, erunt fortè qui hanc quoq; partem à nobis attingi desiderabunt. Sed hi uelim sciant, à plerisq; tam ueteribus quàm recentioribus, adeò diligenter, etiam integris uoluminibus materiam hanc explicatã, ut minimè nostra opera quisquam indigere possit: adde quòd omnino hæc argumentandi ratio ad Iureconsultos non pertinet. Optimus erat legum interpres Trebatius, etiam priusquã M. Tullius Topica eius nomini dicaret: qui enim iudicio naturali lepram à lepra (ut uulgò dicitur) discernere nouit, is legibus nostris addictus, olei & somni iacturam facit. Spectant huiusmodi ad dialecticos, quorum ars in contentione uerborum consistit: Iureconsultum uerò id solùm decet, ut rationes legis consideret: ubi ratio dissimilis est, ibi argumentum esse inefficax sciat: at ubi similitudo rationis adest, etiam si alioquin res diuersissimæ sint, tamen ab una ad aliam procedemus. Quid magis inuicem pugnat, quàm testatũ esse, & intestatũ? & tamen de uno casu ad alium argumentamur [o]. Quid amplius dissidet, quàm sacerdos & asinus? & tamen de uno ad alium Alexander Pontifex, ceu de similibus argumentando, processit: quod Antonius Butr. annotauit [p]. Quid rursus tam malè cohæret, quàm perplexitas, & uerendorum nerui? & tamen Gregorius similia hæc existimauit [q]. Ex similitudine igitur rationis legum scientia porrò extenda est, locorũ argumentorúmue sedibus hisce, qui se Logicos dicunt, derelictis.

a l.fin. §. fin. de leg.iij.
b Bal. l. lege xij. C. de leg. hær.
c §. filium. in authen. qui. mo. nat. effi. sui.
d l. si ab eo. C. de leg. hær. l. cõmunium. C. de nat. lib.
e Bald. l. testamentum non ideo. C. de testam.
f Paulus consil. cccxl. hæreditas prædium. Decius consil. lxxj. in fin.
g Cur. consil. ix.
h Iaſ. l. fin. C. de indi. uid. tol.
i Bald. c. j. de mut. petit.
k l. nemo qui. de reg. iur.
l gl. cle. j. de hæret. uer. eos.
m Bald. l. fin. C. de fideicom.
n gl. l. cum proponebatur. de lega. ij.
o l. causa. de uulg.
p c. fin. de treu.
q c. nerui. de testi. xiij. distin.

D. AND. ALCIATI IV RISCONSVLTI, DE VERborum significatione, liber tertius.

SVPEREST nunc, ut ad actiones hominũ deueniamus: & sicut à nobis, quẽadmodũ legibus extensio fieri possit, suprà expositum est, ita in præsentia declaremus, quemadmodũ cõtractus, & ultimæ morientiũ testationes, ad casum omissum per interpretationẽ produci possit. Nec absq; consilio nobis usum est materiã hanc seperatim tradere, non quòd inter contractus quoq; & ultimas uoluntates aliquæ non sint differentiæ [r], sed quòd multò maiores simul hæc habeant cum legum interpretatione discordias. Quarum est causa, quòd legis dispositio ex sola mente unumquenq; obliget: neq; enim legis mens aut ratio ideo minus pollet, quòd uerbis non sit expressa, cùm non minus committat in legem, eiq; fraudem faciat, qui uerbis obtemperans rationem neglígit [s], quàm qui utrunq; neglígit: at in humanis actionibus sola mens nihil proficit, nisi aliquo modo expressa proponat [t]. Ad hæc rationẽ legis perscrutari plerunq; facilè est, ex eaq; argumentari

r Iaſ. l. quæ de leg. ff. de lega. j.
s c. fin. de reg. iur. in vj.
t l. quidam cum filium. de hæred. inſtit.

mentari concessum est, cùm generaliter proditum sit, id pro statuto habendum, quod legislatores, si de eo casu interrogati fuissent, ueri similiter constituissent [a]: quem sensum ἐκ τῆς ἐπιεικείας, id est, ex bono & æquo accipi, Aristoteles Moraliũ v. autor est. At rationes hominum in ultimis uoluntatibus discernere difficile est, in contractibus longè difficilius, cùm semper debendi reus negaturus sit, ne productio fiat [b], creditor propter utilitatẽ sit affirmaturus: meritò igitur fatendum est, interpretationes huiusmodi facilius in uerbis legum fieri: quod non paucis quoq; in specie bus exẽpli causa demõstrabo. In edicto prætoris [c], cùm de actione fiunt uerba, & de pœnali, & de qualibet alia intellígitur: at cũ quis in iudicijs actionem intendit, de speciali tantùm accipitur [d]. In lege cùm diœcesis fit mentio, & de ciuitatis, & de agri administratione intelligitur [e]: at in hominis dispositione, extra ciuitatem tantùm diœcesis est [f]. In lege singularis, quam ἀοριστικῶς, id est, indefinitam uocant, semper uniuersali æquipollet [g]: in dispositione hominũ non item. Lex de curatore loquens, etiam in tutore locum sibi uendicat [h]: at si testator curatorẽ dare se impuberi dixerit, nihil agit, nec tutor datus intelligitur [i]. Sic quoties lex filij mentionem facit, non est dubium & nepotem contineri: cùm testator filijs tutores dat, nepotibus consuluisse non uidetur [k]. Si lex uniuersali termino etiam geminato utatur, ut quicunq;, quisquis, ad idoneos regulariter restringitur: at in contractibus aliud est [l]. Vnde qui sibi & quibuscunq; hæredibus feudum, quod uocant, stipulatur, etiam de extraneis & aliàs incapacibus egisse præsumitur, idq; receptius est. Quoties tamen uoluntas in obscuro non est, nulla constituí differentia debet: quin sicut uerba legũ generaliter, quatenus ratio suadet, intelligitur, ita si & hominũ dispositiones, regulasq; illas obseruemus, quibus traditum est, de placitis hominũ, ad legum scita argumentum uarie [m], sicut de contractibus ad ultimas uoluntates, & uice mutua de hisce uoluntatibus ad contractus [n]: cumq; inter hos aliqua differentia sit, leges municipales ultimis uoluntatib. potius quàm contractibus accedere [o].

IGITVR ut ad rem deueniamus, puto quin que axiomatis, seu conclusionibus materiam hanc omnem extricari posse. Prima est: Prouisio, qua quid purè dispositum est, in uno casu facta, ad alium non producitur. Quapropter si alij fundum, alij usumfructũ eiusdem fundi testator legauerit, ususfructus communicabitur: quia fundi appellatione etiã ususfructus continetur [p], nec error testatoris faciet, ut alij solus ususfructus detur, nisi aliter uerba conceperit. Sic & testator, qui tutores filijs dedit, de eo non intellexisse censebitur, quem habere se ignorabat, tametsi uerisimile sit ei quoq; si sciuisset datorum [q]. Sic cùm dotem pater daret, si in alterum casum uel diuortij uel mortis stipulatus sit, in alterum, in quem nõ pepigit, mulieris actionem esse responsum est [r]. Et cõclusionis ratio illa est, q̃d in dubio standum est uerbis, nec uidetur quis aliud sensisse, quàm quod uerbis expressit. Nõ obseruatur prædictum axioma quatuor casibus. Primus est, cùm id, quod omissum est, uirtute expressi intelligi potest, uel ex natura actus [s], uel ex antecedente, consequente [t] necessario, uel propter connexitatem [u], uel quia inuicem se respiciant [x], uel quia per argumentum à contrario sensu id suadeatur [y], uel quia prouisum in simplicibus esset, & de casu mixto agatur [z], uel quia testator plus expresserit: nam & de eo quod est minus, utiq; uerisimile est prouisum [a]: quod & quandoque uice uersa accipitur, & ex minori per coniecturam ad id quod maius est perducimur. Sanè & quædam propter fauorem ultimarũ uoluntatum pro cõsequentibus seu cõnexis habentur, quæ in contractibus separata censentur. Ecce: Qui uendit fundũ, iter seu uiam ad eum præstare non tenetur, nisi expressim ita conuentum sit [b], & tamen hæres fundum à testatore dare iussus, uiam quoque ad eum præstabit [c]. Qui mandat numerum Canonicorum coërceri, quia reditus diminuti proponantur, non censetur id mandasse ut auctis facultatibus augeatur [d]: quod tamen in ultimis uoluntatib. cõtrà est [e]. His nõ absimile quod in dispositione legis Bartolus scripsit in causa læsæ maiestatis, famosi, itemq; alij testes reprobi admitturtur. Qui igitur eo crimine legatum accusat, quia successorem non admiserit, hoc ipsum hisce testibus probare poterit. Quòd si negetur eum legitimũ successorem esse, non poterit, nec huiusmodi consequẽtia admínicula idem priuilegij habebũt [f]. Secundus casus est, quando uerisimilis mens testatoris est, ut idẽ sit in casu omisso. Quod in eo responsum est, qui uterũ filiæ prægnantis instituit, cùm se insciо ruri albescente cœlo iam enixa esset: erit enim infans ex eo testamento hæres [g]. Sic & qui posthumum instituit, quem credebat in lucẽ se mortuo uenturum, eo quoq; casu instituísse censebitur, quo se uiuo nascatur [h]. Sed tamen hoc ita intelligendum, ut procedat, cùm de eadem persona agitur: idẽ enim ille nepos est, siue iam natus, siue pòst nascetur, siue uiuo, siue mortuo testatore. At si alia persona sit, casus pro omisso habebit: cùm enim testator de ea non cogitauerit nec dispoſuerit, saluis regulis iuris non possumus aliter cõstituere [i], cùm præsumpta testatoris mens, nisi in aliquam dispositionem transierit, non obseruetur [k]: nam actus hominum ultra eorum præsentem cogitationem non operantur [l]: & receptũ est, testantium uoluntatem ex eo interpretationẽ accipere, quod ipsi opinabantur, non ex eo, quod ex se uerum sit [m], maximè cùm regulariter ulla persona extrinsecus assumi nõ soleat [n]: nam etiam in substitutione uulgari nunquã uidemus omissum uerbis casum ex mente cõprændi, cùm substituti persona uariatur [o]:

a l. tale. §. fin. de pact. in gl.
b l. an inutilis. de acceptil.
c l. j. §. quod autem. de alea.
d Bart. l. hoc legatum. de leg. iij.
e l. j. C. de priuil.
f c. Rodulphus. de rescript.
g Bar. l. si pluribus. de lega. ij.
h gl. auth. minoris. C. qui dar. tut.
i l. tutores. §. j. de admin. tut.
k l. quod si nep. de testa. tut.
l Bal. l. j. C. sin. cen. Iaſ. l. j. §. nũciatio. uerſ. iij. de ope. no.
m l. non impoſibile. de pact.
n d. l. quæ de legato.
o gl. l. j. C. de his quib. ut indig.
p l. si alij. de usu fru. leg.
q l. si quis ita. §. si quis cum. de testa. tut.
r l. si cum dotē. sol. matr.
s l. si non fuerit. pro soc.
t l. illud. de acq. hæred.
u l. Lucius. §. Paulus. de admin. tut.
x l. alteri. de adimen. leg.
y l. aliquãdo. de cond. & dem.
z l. si ita. de lib. & posthum.
a l. qui quartũ. de leg. j.
b l. in uẽdendo. de contrahen. empt.
c l. binas. de seruit. urb. præ.
d c. si. de uerb. signif.
e l. fin. §. fin. de lega. iij.
f Bar. l. in quæſtionibus. ad l. Iul. maieſt.
g l. Titius. §. fin. de lib. & poſthum.
h l. si. C. de poſth. hære.
i d. l. si quis ita. §. si quis cum.
k d. l. quidã cẽ.
l l. non omnis. si cert. pet.
m l. quo loco. §. j. de hæred. inſtit.
n l. si ita ſtip. §. Chrysogonus. de uerb.
o l. si pater ſum. in puber. ubi Imol. de uulg.

mandatū quoq; ad aliam personam non producitur, tametsi idem effectus consequi inde posit [a]. Nec me quicq; mouet, quod à Seuero Imp. constitutū est, posthumū testamento matris præteritū, quæ in puerperio repentina morte decessit, coniectura mentis maternæ cum fratribus censeri institutū: nec eo casu testamentum ceu inofficiosum expugnari posse [b], quia arbitror propter iustam impedimenti causam, & quia nullū filijs damnū inde oritur, atq; etiam odio querelæ, ita constitutum. Minus quoq; moueor Papiniani responso [c], quo pactionem dotis mihi uel fratri hæredi meo restituendæ, non prodesse fratri respōdit, si hæres nō sit, sed filijs potius meis, quos postea susceperā, hæredesq; scripserā: nam ibi mentio fratris demonstratiuè addita erat, cùm crederet stipulator fore, ut is esset hæres: unde susceptis postea filijs ipsi agunt, quia pacti uerbis nō excluduntur, cùm hæredes sint. Non ergo is casus potest omnino omissus dici. Et licet Accursius ex eo responso generaliter censeat, id pro statuto habendū, quod uerisimiliter constitutū fuisset, si de eo quæsitū foret: ut demus uerū esse in legibus, quarū mens sola obligat [d], in actionibus certè hominū aliud est, & ex hîc tractatis distinguendum. Quo fit, ut etiam recentiorū quorundam sententiā probare non possim, mentem testatoris obseruari arbitrantium, etiam si aduersus uerba faciundum sit [e]. Si enim id sequeremur, sola mens absq; ullis uerborum adminiculis sufficeret, quod suprà falsum esse ostendi. Ad mentē igitur attendimus, non quando aduersatur uerbis, sed quando præter uerba est, cùm scilicet casus omissus est, non quando aduersus. Quod & ex ea cōmuniter recepta sententia deprændi potest, qua traditur in ea conditione, si Titius decesserit sine filijs, non censeri filios aliquo modo ex testamento uocatos [f], cùm quæ in cōditione sunt ad dispositionē nō referantur: nam etiā si aliqua coniectura adsit, ut quia huiusmodi filij grauati à testatore fuerint, uel interdicta illis alienatio, nō tamen à uerbis recedimus, & solùm in conditione positos arbitramur: huiusmodiq; q̄plurimas coniecturas in Socini responsis confutatas cernere est, quæ in præsentia referre operæprecium nō est. Posset tamen tam euidens coniectura mentis allegari, ut ad casum quoq; omissum dispositio testatoris meritò producēda uideretur. Quo argumento in substitutione uniuersali, casu quo nullus filiorum testatoris sit superstes, respondit Alex. [g] substitutum etiam à fœminis legatarijs excludi propter quasdam cōiecturas. Tertius est, quando casus non omnino omissus est: tunc enim ex mente fiet extensio. Cuius rei exemplum est, quando testator in simplicibus disposuit: non enim mixtum casum omnino omisisse creditur, qua de re infra quinto axiomate diffusius agetur. Sed & si sub uerbis aliquo modo contineri potest, prosomisso nō erit, q̄d in ea specie à Decio re

[a] l. mandasti. de neg. gest.
[b] l. iij. C. de inoffi. testa.
[c] d. l. tale. §. fin.
[d] l. nominis. §. j. ff. eod.
[e] l. hæredes. §. cū ita. ad Trebell. l. Publius. §. fi. de cond. & demonst.
[f] gl. in l. Lucius. de hæred. instit. Cur. cons. xlv. Cor. cons. cxviij. ij. Soci. cōs. cxxvj. iij.
[g] Alex. cons. xvij. vij.
Decius cons. ccxxvij.

sponsum est, cū testator Titio substituisset, & eius filijs deficiētibus, seu decedētibus: licet em̄ nō dicat decedere, qui nō natus est, dicit tamen ϕ πλάτ, & crassa minerua, deficere. Sed hoc uix mihi persuaderi potest, ut defice re dicatur, quod nunquā incœperit [h]: & ideo uerius arbitror, nullo modo ex uerbis, sed ex coniectura mentis solùm intelligi. Cæterum & casus ille omissus non censebitur, qui ex uerbis saltem impropriè acceptis comprændi potest [i]. Idem quoties testator unicū casum expressisset, uerisimiliter credens alium non euenturum, alioquin illum etiam expressurus, is pro omisso non habebitur [k]. Quod & in cōditionibus procedit, q̄uis specialiter & adjunguem obseruari debeant. Idem opinarer quoties id esset expressum, quod frequentius solet euenire, ut nō censeatur rarius contingentem casum excluisse, in quo eadem ratio idemq; effectus sit [l]. Idem quando id expressisset, cui aliquid ex consuetudine soleat accedere: nam de eo, quod ex sequela est, actum quoq; interpretabimur [m]. Quapropter cùm negociator Titio mandasset, ut mutuò centum sola acciperet, responsum est sub usuris accipi posse, quòd non soleant negocia tores inuenire, qui alia conditione mutuare pecuniam uelint [n]. Quartus est, cùm casus omissus est similis expresso, & eundem effectū habet: fit enim ad eum extensio. Quapropter si mandauero, ut pro Titio fideiubeas, & tu nō fideiusseris, sed creditori mandaueris, uel aliter egeris, quàm quod mandatū sit, nihilo minus tenebor [o]. Vnde & Iason cùm diligenter seruandos mandati fines docuisset, ab eiusq; forma non recedendū, subdidit tamen, posse plenius uberiusq; adimpleri: posse formæ superficiem negligi, dum effectus seruetur: posse quod mandatū non est, sed mandato uicinum, expediri [p]. Itemq; quod connexum, quod antecedens, quod consequens, quod accessorium, siue de iure, siue de consuetudine, quæ latius apud eum legenda relinquimus. Hinc prohibita à testatore alienatione, omnis modus uetitus censetur, unde aliquo casu dominiū transferri possit [q]: concessaq; executori facultate uendendi, ut creditoribus satisfiat, poterit & in solutum dari, & pignori opponi, cæteraq; fieri, unde huiusmodi causa satisfactionis obseruetur [r]. Qua ratione in quæstione facti obtentū uidi. Romanus Pontifex præposito cuidam concesserat, ut ex ecclesiæ immobilibus bonis usque ad quingentos aureos alienaret: is census quosdam uendiderat, responsum fuit, quamuis huiusmodi iura appellatione bonorū immobiliū stricto sermone non contineantur [s], tamen propter effectus similitudinem, non esse dubitandum, quin alienatio fieri potuerit. Quandoq; tamen etiam si idem effectus suadeat, non fit huiusmodi extensio: ut cùm prætor tutoribus permittit uendere, si illi obligent, nihil agūt [t]: si enim uoluisset prætor ut eis obligare liceret, nō rectè partib. suis functus

[h] l. Titio usufr. de cond. & demonst.
[i] l. diuus. de usu & hab.
[k] l. mulier. in prin. ad Trebell.
[l] Gl. auth. cassa. C. de sacr. san. eccles.
[m] l. cuicunq; §. pen. de instit.
[n] Roma l. iij. §. iurari. de iurisdi. iuran.
[o] l. final. §. final. mand. l. si procurator. C. de procu.
[p] l. iam tamē. §. pen. iudic. sol.
[q] Bar. l. in quorum. de pig.
[r] Bar. l. alio. col. iij. de ali leg.
[s] l. à diuo. §. in uenditione. de re iud.
[t] l. si pupillorū. §. si prætor. de reb. eor.

ctus diceretur, qui uenditionē concessisset: meritò decreti forma seruanda fuit. In materia quoque stricta, in qua à uerbis non recedamus, quales sunt gratiæ ad beneficia, quę propter ambitionem sacerdotum restringuntur, nō accipietur huiusmodi interpretatio [a]. Sed & extensio nō fiet ad casum principis dispensatione indultum, tum quia de tali testatorē cogitasse non est uerisimile [b], tum quia idem omnino effectus inde non prouenit [c]. Quienim aliquid filio prohibet antequā legitimā ætatem habuerit, de eo, qui ueniam ætatis impetrarit non intelligitur: non enim princeps rescripto suo maturitatem consilij illi dare potest [d]. Hinc quoq; illud inductum quidam arbitrantur, ut si pro tutore fideiussero, isq; non administrauerit, tametsi adhuc iste conueniri possit, ego tamen non possim: ipse enim cōuenietur, tanquā socij qui administrauit fideiussor [e]: at ego pro eo solùm promisisse censeor, quod propria obligatione, non quod aliena debeat: cùm ergo idem effectus nō sit, ad hunc casum fideiusio mea non protrahetur [f]. Quo exemplo cùm miles in procinctu societatem prædę de hostibus faciendæ cum Titio contraxisset, dixi, in hanc causam id nō protrahendum, quod is ab alio socio consequuturus erat, sed id solùm, quod ipse manu, uirtute bellica cepisset: nam & solet dici [g], Socius socij mei, mihi socius non est.

SECVNDVM axioma in hoc tractatu est: Prouisio conditionalis in unum casum, non trahitur ad omissum, qui expresso dissimilis sit [h]. Quapropter pater dotem sibi reddi in casum mortis filiæ stipulatus, in casum diuortij integram filiæ actionem reliquisse censebitur: & uice uersa, si in casum diuortij sibi stipulatus sit, filiæ hæredes in casum mortis dotem repetēt: casus enim hi dissimiles sunt, cùm qui sibi diuortio sequuto paciscitur, mulierem retrahat, ne facilè aut ipsa diuortat, aut marito diuortendi causam præstet. Qui uerò in casum mortis stipulatur, mulieri facultatem relinquit, ut eadem dote possit iterum nubere. Nec obstat, quòd extraneus dotem sibi reddi in casu facti matrimonij, & quoquo modo soluti, stipulatus in eum quoque casum aget, quo matrimonium à principio non ualuerit [i], & sic factum non sit: nam hoc ex mente inductum est: constabat enim de errore extranei matrimoniū ualere existimantis, unde datū ob causam, ea non sequuta, condici debuit. Confirmatur axioma illud eo quoq; responso [k], quo traditum est, posthumum suum hæredem cōmodissimè instituí, siue uiuo me, siue mortuo natus sit: quia si alteruter casus omissus fuerit, eo qui omissus sit, natus rumpet testamentū: ex mente enim testatoris apparet, hosce casus eum pro diuersis habuisse, ut qui fortè cuperet uel uidere sibi hæredem, uel suppositititiū partum post mortem uereretur, uel alia simili causa. Quòd si appareret conditionem se mortuo appositam, quia existimaret se tunc moriturū, cùm

[a] c. susceptū. de resc. in vi.
[b] l. apud Iul. §. fin. de legat. j.
[c] l. fin. C. de his qui uen. ætat.
[d] l. j. de minor.
[e] l. fin. C. si tut. non gess.
[f] l. iij. §. illud. rem pup. sal.
[g] l. nam & ff. pro soc.
[h] l. si cum dotē. sol. matr.
[i] l. si extraneus. de con. ob cau.
[k] l. commodiß.

præter spem superuixerit, aliud ex Iustiniani sanctione esset [l]. Ego tamen Iustiniani decisionem proprietate uerbi defendi arbitror: quia dictio, intra decem menses, significat, usq; ad decem mēses, quod infra declarauit [m]. Pro eadem sententia etiam illud inducitur, quòd fideicōmissum alicui relictū, si hæres sine liberis decesserit, adoptionis cōmento nō extinguit [n]: nō enim naturalis & adoptitius hoc casu uidentur similes, quia cùm conditio à testatore apposita ex incerto euentu pendeat, non debet in potestate hæredis esse, adoptando sibi filios fideicōmissarium eludere [o]. Quapropter existimauerunt quidam, si filij antè iam adoptati fuissent, tunc conditionem pro defecta haberi [p]: deficit enim hoc casu ratio, solentq; in iure adoptiui pari in casu cum iustis filijs esse [q]: & id non nominis solùm respectu [r] (nam & ipsi filij sunt) sed etiam effectus. Quam sententiam defendi posse opinor, cùm testator huius rei conscius erat, scilicet hæredi filios adoptiuos esse. Idemq; certius affirmandum, cùm uerba conditionis de filijs legitimis tantùm concepta sunt: qua tamen in re aliter Decio [s] uisum est. Sanè operæprecium est S. cōsultum referre, ad has adoptiones pertinens, Pub. Mario, L. Asinio Coss. tempore Neronis factum, quod hisce uerbis Cor. Tacitus libro XV. refert: Percrebuerat ea tempestate prauissimus mos, cùm propinquis comitijs, aut sorte prouinciarum plerisq; orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, præturasq; aut prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia Senatum adeunt, ibi naturæ munus, labores educandi aduersus fraudem & artes, & breuitatem adoptionis enumerant: satis precij esse orbis, q̄d multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta & obuia haberent: si bi promissa legum diu expectata in ludibriū uerti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum uota repentè adæquaret. Factum ex eo S. consultum, ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici iuuaret, ac ne usurpandis quidem hæreditatib. prodesset. Quibus uerbis satis ostenditur, quantam differentiam antiqui inter iustos filios, & adoptiuos constituerint. Hincq; consequenter deducitur, an grauatus si sine filijs decesserit, si filios legitimatos, hoc est, natalibus beneficio principis restitutos, relinquat, restituere teneatur? Et crebrior sententia est cōditionem defecisse, siue per subsequens matrimoniū, siue per rescriptum legitimati fuerint. Quod etiam in ea specie receptum est, cùm conditionis uerba sunt, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserint. Lex enim hosce iustis filijs æquiparat, nihilq; à legitimis legitimatos differre iubet: nec hi inuicem dissimiles à legitimis & naturalibus censentur [u], cùm non ex sola legis imagine, sed etiam ex origine naturæ filij sint [x]. Sed quid si uerba conditionis concepta sint, si de-

[l] l. final. C. de posth. hær.
[m] l. si quis sic. j. eod.
[n] l. fideicōmissum. de cond.
[o] l. nec ei. §. j. de adopt.
[p] Rayn. d. §. & quid si tantū.
[q] l. nec in ea. de adult.
[r] l. fin. de bon. dam.
[s] d. l. si te parens. C. de suis & legit.
[t] Dec. ccccxviij
[u] §. illud. §. rell. qui. quib. mod. nat. effi. sui.
[x] Alex. ij. in j.

ceſſerit ſine filijs ex ſe legitimè natis, uel ex legitimo matrimonio procreatis? Tunc enim non eſt dubiũ per reſcriptum legitimatos excludi. Quid ſi per ſubſequens matrimoniũ? & iſte uidetur caſus diſſimilis, cùm teſtator tempore originis uoluerit legitimos naſci: qualitas enim adiecta uerbo, ſecundum uerbi tempus regitur [a]: & hac ratione ita Anto. But. decidit, & reſpondit in quæſtione facti Bald. Alexanderq́ [b]: nam & idem (inquit ille) in feudo traditũ eſt, quod aliquis ſibi & filijs legitimè deſcendentibus ſtipulatus eſſet: nam legitimati per ſubſequens matrimoniũ, legitimè deſcendere non dicuntur: idq́ Baldus [c] probauit. Accedit, quòd & ex conſuetudine, quæ hæreditatem primogenito defert, non admittetur naturalis maior natu, in iuſti filij poſtea nati damnũ, quamuis deinde per ſubſequẽtes nuptias legitima iura cõſecutus proponatur [d]. Sunt tamẽ qui in contrariã ſententiã tranſierint [e]: quia hi, qui ſecutis nuptijs legitimi fiunt, inſtar iuſtorũ filiorum habentur, lexq́ huiuſmodi pro omnino ſimilibus habet [f]: nec crebriore calculo recepta uidetur ea ſententia [g], ut accepto feudo pro ſe & legitimè deſcendentib. talẽs reijciantur, imò plericq́ omnes admitti cenſuerunt. Ego hac in re ſic arbitror diſtinguendum: Aut enim loquimur in naturali, qui per matrimonium ſubſequens legitimatus ſit, & uerius eſt non deficere conditionem, quia lex præſumit legitimè natum: ex actu enim ſubſequuto præſumit uſq́ à principio affectu maritali concubinam cognitam [h]: quæ præſumptio ueritati innititur [i], & in hoc à fictione diſtat, quòd ea aduerſus ueritatem eſt [k]: meritò igitur ex illis uerbis non exiſtimabitur tanquam illegitimè natus ſummoueri. Aut loquimur in ſpurio, & ſi fideicõmiſſum ab aſcendente factum ſit, idem iuris putarẽ, idq́ paternæ pietatis coniectura [l]. Nec me mouet, quòd legitimè natus non dicatur, qualitasq́ uerbi repugnet: quia reſpondeo ſatis eſſe, ſi ex interpretatione legis ſuſtineatur: lex enim pro legitimè nato habet, interpretatioq́ huiuſmodi fauore filiorum capienda eſt [m]. Sicut etiam uidemus eorum fauore diſiunctam pro coniuncta, & uice uerſa coniunctam pro ſeparata, aduerſus propriam ſermonis uim accipi [n]: nam & licet qualitas adiuncta uerbo ad uerbi tempus referatur, fauore tamẽ deſcendentium aliud quandoque obſeruari ſcimus [o]. Nam & reſcriptũ Romani Pontificis, Cùm impuberi, inquit, ſuccederent, ſi abſq́ liberis moreretur [p], eam interpretationẽ non habet, ut uerbum Succederent, ſecundũ dictionem impuberi reſtringatur [q]. Aut loquimur in fideicõmiſſo quod ab extraneo relictum eſt, & tunc probabilior eſt Alexandri ſententia: hîc enim ex fictione legis ſolùm legitimè natus dicitur [r], unde ad hunc caſum diſpoſitio teſtatoris produci non debet [s], cùm proprietas uerborum repugnet, à qua ut recedamus, non eſt ulla cauſa. Aliud tamen eſſet in feudo: propter fauorabilem enim principalis beneficij naturam promptius eſt ut etiam huiuſmodi admittant [t], præſertim cùm in re dubia non erret, qui aduerſus fiſcum iudicat. In diſpoſitione quoque legis, quæ legitimè natos ſolùm ad dignitatem admittit, idem reſpondendum eſt, ut hi admittantur, quos lex pro legitimè natis habet [u]: fit enim latior interpretatio, ut ſuprà diximus. Et ideo quum ex lege ordinis nõ niſi legitimo matrimonio nati in collegium admitterentur, reſponſum eſt, hos quoq́ ſubſequutis nuptijs legitimorum iuri reſtitutos recipiendos eſſe: debet enim ea in lege benignior fieri interpretatio [x]: niſi cùm ſtatuto cautum eſſet, ut uerba ad literam intelligerentur: id enim non ex litera, ſed ex fictione legis eſt. Aduerſus ſecundum hoc principale axioma quatuor exẽpla plurimum urgent: uidetur enim conditionem in uno caſu, ad diſſimilem quoq́ produci debere: nam pupillaris expreſſa ſubſtitutio ad uulgarem tacitam trahitur, & è contrario uulgaris expreſſa ad tacitam pupillarem [y], & tamen hi caſus omnino diſſimiles ſunt, cùm tempore, tum modo, tum etiam effectu [z]. Sed communiter in hoc deuentũ eſt, ut dicamus haſce ſubſtitutiones natura ſui conditionem habere: nõ enim aliud eſt ſubſtitutio, quàm conditionalis inſtitutio. Expreſsio igitur unius conditionis aliam nõ excludit: quoniam lex præſumit, ſi de alia cogitatũ fuiſſet, eam quoque teſtatorẽ æquè expreſſurũ fuiſſe. Quòd enim pupillaris contineat uulgarẽ, eſt ipſius teſtatoris fauor: quòd uulgaris pupillarẽ, pupilli utilitatem reſpicit: meritò igitur utriuſque fauore, & propter paterni pupillariſq́ teſtamenti coniunctionem, hæc interpretatio admiſſa eſt. Nam & ſi uoluit teſtator tam ſuã quàm impuberis hæreditatem eo decedente ad ſubſtitutum pertinere, multò magis ſuam uoluiſſe illi deferre credendum eſt, caſu quo filius repudiaret. Adde etiam, quòd ut uulgaris pupillarem contineat, aliquo modo ui uerborum inducitur: conditio enim illa, ſi filius hæres non erit, poteſt intelligi immutabiliter [a]: & ideo adita hæreditate à pupillo non prorſus extinguitur ſpes ſubſtituti, quia quãuis hæres ſit, poteſt nuda uoluntate uſque ad pubertatem abſtinere, ſententiamq́ mutare, quod rectè Pileus & ueteres cenſuerunt [b], licet Accurſius & poſt eum alij manifeſto cauillo diſſenſerint: quorum rationibus haud quaquam difficile eſt reſpondere, cùm maiore facilitate ſe paternæ hæreditati quàm extraneorum impuberes immiſceant, quod & alibi attigimus [c]. Rurſus obſtat conditio, ſi intra decem menſes proximos mortis meæ naſcetur, illi eſt diſſimilis, ſi me uiuo naſcetur, & tamẽ ad hanc producitur [d]. Sed ex his quæ ſuprà retuli, ſatis conſtat fieri hanc extenſionem, quia teſtator ſe tũc moriturũ credebat: unde ſi præter ſpem ſuperuixit, nõ ideo rumpitur teſtamentum [e]. Rurſus inſtari poteſt: conditio, ſi nubere noluerit, ab ea plurimum differt,

[a] l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxal.
[b] Bal. ccclxvij. in v. Alex. cõſil. v. in vij.
[c] Bald. c. natura les. ſi de feud. fuer.
[d] Io. And. reg. ſine culpa.
[e] Imol. c. innotuit. Dec. clv.
[f] l. j. in fi. iuncta l. fin. §. ex bonis. de bo. da.
[g] c. tãta. qui fil. ſint leg.
[h] l. cũ quis. uer. nec enim. C. de nat. lib.
[i] l. fin. de prob.
[k] l. filio quem. de lib. & poſt.
[l] l. generaliter. §. cùm aũt. C. de inſt. & ſubſtit.
[m] §. ſed hoc præſenti. in auth. de ſanct. epiſ.
[n] arg. d. l. generaliter. in prin.
[o] c. fi. xx. q. ij. §. item opp.
[p] c. Raynutius. de teſta.
[q] Bartol. l. centurio. ij. q. iij. membri prin.
[r] d. c. tanta.
[s] d. l. fi. C. de his qui uen.
[t] c. j. §. pen. qui mo. feu. amitt.
[u] c. innotuit. de elect.
[x] Bald. conſil. clxxxiij. ij.
[y] l. iam hoc iure. de uulg.
[z] l. ſed ſi plura §. ad ſubſtitutos.
[a] l. ei qui. de cond. inſtit.
[b] l. impuberi. l. neceſſarijs. de acq. hær. l. pen. de aut. tut.
[c] l. ex cõtracta de re iud. l. filius qui patri. de uulg.
[d] l. final. C. de poſth. hær.
[e] Bart. l. Gallus in prin.

differt, ſi nubere non potuerit: nolle enim & non poſſe, perq́ diſſimilia ſunt [a]: & tamen in ſubſtitutionibus conditio, ſi hæres eſſe noluerit, intelligitur, uel non potuerit: & uice uerſa [b]. Sed reſpondendum eſt, hos caſus ex præſumpta teſtatoris uoluntate abſimiles nõ eſſe. Cùm enim de ſubſtitutione uulgari agatur, per quam ipſi teſtatori ſucceditur, & ſic de eius fauore tractetur, ueriſimile eſt, quod de altero expreſsit, ad alterum quoque, cùm eadẽ ſubſit ratio, trahi uoluiſſe. Quapropter ſi appareat teſtatorem non ad teſtamenti ſui fauorem attendiſſe, ſed ad hæredis pœnam, aliud dicendum eſſet: ut in hac ſpecie, Titiũ inſtituit, & ſi Titius eiusq́ filij nollent nomẽ & gentilia teſtatoris inſignia deferre, ſubſtituit Caium: ſi is Titius liberos nullos ſuſcepit, unde non potuerunt nomen & inſignia deferri, nunquid ſubſtitutus admittatur? Et Socinus [c] reſpondit, ſubſtitutioni locum non eſſe, quoniam is caſus diſſimilis ſit, & de pœna agatur. Quæ tamen deciſio penes me dubia eſt, cùm ex natura conditionis appareat, fauorem ſuum, ſiue ſuæ familiæ, in animaduerſione teſtatoris fuiſſe, & ideo nomen & ſtemmata geri uoluerit: quòd ſi in hoc Titiũ cum liberis decedentẽ grauauit, quanto magis caſu quo ſine liberis decederet? Et ex his in alia quoq́ quæſtione quid ſentiendum ſit, diſcerni poteſt: Teſtator inſtituit uentrem uxoris, & ſi maſculus naſcatur, & in pupillari ætate decederet, ſubſtituit Sempronio: ſi naſcantur fœminæ, inſtituit eas in CCCC. aureis: uenter nihil peperit, nunquid ſubſtitutus admitteretur? Ex facto conſultus Alex. [d] reſpondit, ſubſtitutum non admitti, & hunc caſum omiſſum cenſeri, cùm altero caſu naſcentium fœminarum Sempronio nihil reliquerit [e]. Ego hac in re uereor, ne ſententia eius uera non ſit: pupillaris enim illa ſubſtitutio uulgarem continet [f]: unde non nato maſculo, potuit teſtamentũ à ſecundo gradu, id eſt, à ſubſtitutione uires aſſumere [g]. & ideo hic caſus non uidetur omiſſus eſſe. accedit defuncti mẽs, qui fœminis ſolùm CCCC. reliquit, quoniam reliquum hæreditatis ad ſubſtitutum pertinere uoluit. & licet particularis inſtitutio, ſi alius hæres non ſit ſcriptus, legis diſpoſitione ad ius uniuerſale trahatur, cùm tamẽ uniuerſalis ſubſtitutus hic adeſſet, ipſe admitti debuit, & fœminis præferri [h]: receptumq́ Baldi autoritate eſt, etiam qui ex tacita uulgari ſubſtitutione uocatus eſt, in re certa inſtituto præferendum [i]. Sed iterum tandem objici tur: Cõmuniter recepta eſt ſententia, ſi quis filio impubere hærede ſcripto pupillariter Titium ſubſtituit, & ſi Titius quandocunque ſine liberis decedat, Titio ipſi Sempronium, mortuo Titio uiuente pupillo, Sempronium pupillo hæredem fore [k]: ex qua apparet, Sempronij ſubſtitutionẽ factam Titio, & ſub conditione deficientium liberorum, ad caſum penitus diſſimilem trahi, tum reſpectu perſonæ, quia pupillo ipſi ſucceditur, tum reſpectu conditionum, quia etiam ſi Titius cum liberis deceſſerit, nihilominus erit ſubſtitutioni locus [l]. Sed reſpondendũ eſt, hunc caſum nõ omnino eſſe expreſſo diſſimilẽ: hæc enim uerba, Quandocunq́ deceſſerit ſine liberis, uerborum compendio uulgarem quoq́ ſubſtitutionem continent: unde Titio præcedente, caput illud, ſi hæres nõ erit, dicitur euenisſe, meritò ſubſtitutus ceu hoc caſu uocatus admittitur. Verum igitur non eſt, ex perſona diſſimilitudinem ullam eſſe. Ex conditione quoq́ diſſimilitudo non eſt: quia cùm ſecundus gradus morte Titij peremptus ſit, & conditiones in illo adiectæ perierunt, perindeq́ eſt, ac ſi Sempronium ſolùm pupillo teſtator ſubſtituiſſet [m], nec ulla conditionis illius ratio habetur. Quod & hac ratione confirmari poteſt: appoſuit enim teſtator illam conditionẽ in Titij fauorẽ [n], ut ab inteſtato ſe derelictam hæreditatem accipere filij poſſent: unde ſi hæres non ſit, quia ante pupillum moriatur, deficit ratio fauoris: nec hoc prodeſſe hæredi legitimo debet, cui manifeſta teſtatoris uoluntas ſubſtitutum prætulit [o]. Et licet regula ſit, Conditione defecta, ſubſtitutum excludi [p], tamen non procedit quando aliàs teſtator etiã fuiſſet relicturus [q]. at in propoſita ſpecie, conditio illa ſolius Titij fauorem reſpiciebat, de quo amplius non quæritur, cùm ſatis ſit hæreditatẽ cum inſtituti, cui ſucceditur, oneribus ad Sempronium peruenire, non aũt cum Titij oneribus, qui de medio ſublatus eſt. Et ideo in quæſtione facti, cùm quis hæredi quando cunq́ ſine filijs fato fungeretur Titium ſubſtituiſſet, isq́ hæres uiuo teſtatore liberis ſuperſtitibus deceſsiſſet, dixi ſubſtitutũ admittendum, nec legitimo prodeſſe conditionis in ca duco gradu defectũ: tametſi hac in re poſt Oldradum [r] aliter Socinus reſponderit [s]. TERTIVM huius tractatus axioma eſt: Conditio neceſſaria ſiue actum ipſum, ſiue effectum reſpiciat, ad caſum ſimilem porrigitur: tuncq́ non refert, quid ex æquipollentib. fiat. Quapropter cùm mater filijs ſuis legaſſet, ſi morte patris iuris ſui effecti fuiſſent, diuus Marcus cùm emancipati eſſent, legatũ deberi iudicauit [t]: ea enim conditio affectui actus neceſſaria erat, nempe ut illis legatum acquireretur, nihilq́ ad patrem pertineret [u]. Quod & uice uerſa in ea ſpecie reſponſum eſt, cùm mater ſub cõditione emancipationis reliquiſſet, uel etiam donaſſet: nam & filijs morte patris ſui iuris effectis debebitur [x]: effectũ enim ſolùm mater reſpexiſſe creditur. Vnde etiam ſolet dici, non de itinere, ſed de meta curandum [y]. Sed tamen hiſce aduerſat Vlp. reſponſum: ſi cui ita relictũ ſit, ſi morte patris ſui iuris effectus fuerit, & emancipatione ſui iuris effectus fuerit, non uideri defeciſſe conditionem [z]: ſed & cùm mors patri contingat, quaſi extante cõditione, ad fideicõmiſſum admitti tur. Quibus uerbis apparet, non ſolùm emancipato deberi fideicommiſſum, ſed mortem patris nihilominus expectandam: uideturq́

[a] d. l. pater Seuerinã. de cond.
[b] d. §. & quid ſi tantũ. l. fin. C. de inſtit. et ſubſtit.
[c] Socin. conſil. cclviij.
[d] Conſil. clxxxviij. ij.
[e] l. ſi ita ſcrip. de lib. & poſth.
[f] l. pen. de uent. inſpi.
[g] l. iij. §. fi. de liber. & poſth.
[h] l. filius à patre. cod. tit.
[i] Bald. l. fin. q. xxxiij. C. de hære. inſtit.
[k] Bar. l. quãdiu. ij. de acq. her.
[l] Paul. de Caſt. cõſil. clij. præſens dubit. uidetur firmari in j. in nouiſſ.
[m] l. cohæredi. in prin. de uulg.
[n] Bart. l. illis libertis. de cõd.
[o] l. Publius. §. fin. cod. tit.
[p] l. in teſtamento. eod. tit.
[q] gl. l. j. C. de inſtit.
[r] Oldra. conſil. cxlj.
[s] Socin. lxxvj. in fin. iij.
[t] l. mulier. ad Trebell.
[u] l. ſi mater. C. de inſtit.
[x] l. fin. C. de dot. quæ ſub.
[y] Bart. l. cũ ſeruus. de uerb.
[z] l. fideicõm. §. ſi cui ita. de legat. iij.

hæc fortissima esse αὐτηρεῖα, ut Accurs. Bartolusq; nō citra cauillum dissoluere eam potuerint. Mihi ea sententia placet, in quā iuisse multos uideo, ut Vlpiani responsum intelligatur, cùm ab extraneo sub ea cōditione relictū est: is enim uidetur odio patris hanc adeciſſe conditionē, ne quicq; omnino in eum peruenire possit: unde expectāda erit mors, nec à uerbis recedendum. In matre uerò alia interpretatio assumitur, quę sub tali cōditione legasse magis creditur, ut liberis suis cōsuleret, quàm quòd patrem odio haberet. Aduersatur rursus responso suo Pomponius [a], mihi sępe, ut ille inquit, uocandus ad partes: pater enim ne prætereatur testamentū rumpatur, necessariò posthumum instituere debet. Ea institutio duplicem conditionē continet, si se uiuo, uel se mortuo nascatur: & tamen alterius horum casuum expressio ad alterum nō trahitur. Nec cum Bart. sentiendū est, talem conditionē uoluntariā appellāte: quia simpliciter potuit instituī: nam & in sententia diui Marci [b], potuit mater simpliciter filijs legare: & in consilio Gallij Aquilij, potuit testator simpliciter instituere, & tamē casus mortis ad deportationē emācipationēq; producit. Igitur ut pugnātia submoueamus, sciendū est, omnē hanc materiā à cōiectura mentis testatoris uim & robur accipere [c]. Et ideo ubi probabilis huiusmodi coniectura est, ad casum omissum fit extensio, siue uoluntaria, siue necessaria sit conditio: promptius tamen in necessaria sumitur hæc præsumptio, quòd in ea solùm effectū respiciamus. Vnde in hoc Pomponij responso, cùm nō satis cōstat, quæ mens patris famil. esset, à uerbis nō debuit recedi, qui fortè alterū casum expressit: quia magis hoc animo suo sedebat, ut superius ostēdi. nam si propter necessitatē institutionis motus fuisset, quid oportuit alterum casum omittere? & dum anxiè morosus est, alterū exprimere? cùm satis illi fuisset, si simpliciter eum qui nascetur, instituisset. Iure igitur qui alterū dixit, de altero potius negasse censebitur [d]. Quod & in ea specie censendum, cùm testator sic uerba concepit, Si quis filius mihi post mortē filij mei impuberis nascetur [e]: indicatur enim mens patris nolentis hunc cum filio iam nato simul admitti, unde conditio ad eum casum non producit, sed potius tabulæ testamēti prætermissione rūpuntur. Cuius rei alia quoq; exempla afferri possent [f], nisi prædicta sat superq; esse arbitrarer. Sed quid si limitatiua, ut ita dicā, dictione usus sit testator? exempli causa: Si filij mihi nascentur, hæredes sunto, & si sine liberis decesserint, tūc Sempronius hæres esto: nemine nato, respōsum est, substitutum nō admitti, propter dictionem Tunc, quæ ita restringit, ut ad casum omissum productio fieri nequeat: & ita hanc uocem plerique responsis suis declararūt, Anch. Socinus, Decius [g], & si qui alij. Nam & uulgaris substitutio, cui taxatiua dictio adiecta proponat, pupillarē in se nullam habet, ut ferè receptius est [h]. Sed nobis dubia uidetur horū sententia, cùm Galli Aquilij uerba sic concepta sint: Qui nepos me mortuo intra decē menses nascetur, tunc &c. tamē in eis fit extensio & ad casus omissos, & ad tempora. Item uulgaris substitutio hac formula concipitur: Si Titius hæres non erit, tunc Seius esto [i]: & tamen pupillarem in se habet. Alij [k] nō hanc uim illi dictioni attribuunt, sed geminationi, ut cùm dictū est, & tūc & eo casu. Sed & hæc opinio uerisimilis non est: quis enim credat dictis iuribus locū non futurū, si præter aduerbiū illud temporis, adiectum quoq; fuisset, eo casu? Mihi certè non fit uerisimile: cùm enim testator eo casu dicit, per argumentū à contrario sensu uidetur cæteros casus excludere: ęd argumentum ex coniectura sumitur, & ideo in primis coniectura spectanda est, quia una præsumptio aliam tollit [l]. Et ex his illa decīdi controuersia potest: Testator uentrem uxoris instituit, si masculum pareret, eiq; Seium substituit, & si fœminam uel neminem, ptochotrophium: uxor in puerperio cæso uentre, extractoq; fœtu masculo decesit, qui etiā aliquantulum superuixit, quæritur an Seius admitti possit? Et uidebatur plerisq; excludendum: nō enim masculū peperit, cui cæso uentre infans extractus est [m]. Sed tamē cùm hæc cōditio, si masculū pepererit, necessaria sit, propius est effectum considerari, & substitutioni locū esse: idq; crebriore calculo approbatum est [n]. Rursus & illa uetus quæstio definiri potest: Testator uxori usumfructum reliquit, si uidua permanserit, & post eius mortē Titio: uxor secundò nupsit, disceptatur inter Titiū & hæredē, utrius, donec uxor morieī, ususfructus esse debeat: & frequentior ea uidetur sententia [o], ut statim Titius usumfructū habeat, ut cōditio mortis etiā ad secūdas nuptias porrigaī, cùm huiusmodi dilatio in fauorem uxoris adiecta, hæredi prodesse non debeat [p]: unde si ad secūdas nuptias properauerit, legatario locum faciet. Sed hæc me decisio dubiū ancipitemq; reddit: cùm enim testator in conditione posuerit, si uidua permaneret, satis id cogitasse uidetur, potuisse eam secundò nubere: unde cùm Titium non nisi post eius mortem uocauerit, manifestè appareret, in casum nuptiarum uoluisse interim excludi: sicut aliàs quoq; traditum est, cùm testator in conditione filios masculos scripsisset, si deinde in alia substitutione filiorū simplicem mentionē faciat, nō censeri de masculis tantùm egisse [q]: cùm enim eorum rationē semel duxerit, si de masculis quoq; alio in loco sensisset, utiq; & tunc expressisset [r]. Nam & diui Marci sententia nō tam communem sententiam adiuuat, quàm prosternit, expugnatq;: in ea em̄ mater mortis casum expresserat, quia non crediderat fore, ut pater eos emanciparet [s]: si igitur credidisset id futurū, casus pro omisso haberet. At in hac quæstione cogitauit testator eam secundò nupturā, igitur omissus est casus: hinc eq; apparet, non solius uxoris causa dilationem adiectam, sed hæredis quoq;, cuius utilitati in casu omisso prospexit [a]. Quapropter nō temerè arbitror hoc casu à uerbis recedendū, adhærendumq; regulæ, qua proditum est, pœnam priuationis à testatore iussam, ad hæredem potius q; ad eum, cuius fauore indicitur, pertinere [b]. Communem igitur in hac quæstione sententiam minimè sequendā censerem, cùm uxor ipsa iuuenis esset, & quam uerisimiliter potuit testator credere alium thorum appetituram. Sed & si in legato diceretur, post mortem uxoris, tūc & eo casu Titio usumfructū, clarius esset, propter uim geminationis, interim illi non deberi [c]: quod & ferè receptius est. Sed quid è conuerso statuendū? Reliquit uxori usumfructum, si uidua permaneret, & si alias nuptias celebraret, Titio: non celebrauit, sed perijt, Titius ne admitteturī Et admitti futilibus quibusdam rationibus Socinus respondit [d]. sed idem alibi alia sentit: puto enim uerius esse, eum non admitti, cùm non euenerit conditio, unde meritò hæredi remanebit: dissimilis enim est nuptiarū mortisq; casus. QVARTA principalis regula est: Conditionē spontaneā præcise & ad unguem seruari, nec ad similes casus extendi debere. Vn de conditio, si seruo dederit [e], ad dominū non prorogabitur: & conditio, ut hæredi detur, non eam interpretationem accipiet, ut fideicōmissarijs dari possit: debet em̄ factū ipsum obseruari: ut si quis incapaci dare iussus sit, det, licet nummos accipientis non faciat [f]. Et conditio, si decesserit sine liberis, non deficit, si liberos superstites relinquat, licet mox decedant, uel succedere nolint, aut nō possint [g]: seruatur enim conditio uti ad literam scripta est, nec fit extensio. Cui etiam rei illud accedit, quòd ex ea actus indiuiduus redditur [h], alioqui non diceretur in specie obseruata. Non procedit axioma hoc, quādo actus per omnia ex dispositione legis exæquatur, subrogaturq; illi, quem testator expressit. Quapropter conditio de hærede, in bonorū possessore locū tenet [i], quoniam is & nomine & effectu hæres existimatur. Eadem etiā in eo, cui Prætor contra tabulas bonorū possessionem dedit, obseruabitur [k]. Itē in hærede quoque hæredis, nā & is hæres censetur [l]. Sed & in eo cui libertatis causa bona ex diui Marci constitutione adijciunt̄, idē responsum est [m]. Sic conditioni, ut pupillo deī, satisfaciet qui tutori dederit: quoniam is pro pupillo accipit [n], imò cautius ei soluitur. Sic illa uerba, si centum soluerit, accipiuntur, uel cōpensauerit: qui enim cōpensat, soluit, id est, liberat [o]. Adde quòd cui compensatur, iustè contradicere nō posset, cùm per eum stet, quò minus soluatur: dicet enim debitor, si mihi soluisses, & ego tibi cōditionem adimplessem [p]. Sic & eadem conditio per acceptilationē obseruatur, quoniam acceptilatio dispositione legis solutio est [q]. Quæ tamen omnia intelligenda sunt, nisi alia mens sit testatoris, ut quia inter casum expressum & eum quia à lege subrogatur, aliqua sit differentia, quę uerisimiliter testatorem retrahat, ut ea in quæstione suprà à nobis dictū est, cùm Titio relinquitur, si hæres sine filijs legitimè natis decesserit: nam legitimatus per sequens matrimoniū defectū conditionis non inducet. Quod & in ea conditione constitutū est, si legitimæ ætatis erit, ut qui ueniam ætatis impetrauerit, nihilominus excludatur [r]. Rursus non procedit regula, quando conditio iure adimpleri non potest, idq; testatorem non præteribat: sufficiet enim, si de facto seruetur [s]. Quapropter qui filiæ furiosæ fideicommisit, si sine liberis decederet, de filijs etiam naturalibus intellexisse creditur, cùm furiosa mulier matrimonium contrahere nequeat, nec filios legitimos habere [t]. Sic qui hæreditarium seruum iussus est manumittere, & deinde hæres esse, satis est si de facto manumittat [u]: de iure enim quo modo potest, cùm adhuc hæres non sit? Sic si pater sacerdotis fideicommittat, si decesserit absq; filijs, de naturalibus & legitimis intelligi non poterit, cùm uxores ducere lege Pontificia sacerdotes prohibeantur: & ideo de adoptiuis intellígetur [x], uel si monachus sit, de ipsa ecclesia [y]. Nam & illud receptum est, si pro sacris celebrandis centum testator mystis reliquerit, nec propter diras, abominationesq; Pontificis celebrare illi possint, in aliud honestæ deprecationis genus erogationem conuertendam [z]. Non procedit tandem regula, cùm ex coniectura aliqua deprændi potest, nō modū, sed finem ipsum in testatoris animaduersione fuisse: tunc enim spontalis conditio à necessaria non differet. Vnde cōditio, si tutela per pubertatē, seu per XIIII. annos finiatur, etiam euenisse censebitur, si morte tutoris finita fuerit [a]: idq; ex cōiectura mentis testatoris. Sic & conditio, si centum Arethusæ dederis, per alium adimpleri potest [b]: sicut & faciendi conditio, nisi cùm personæ electa sit industria. Eōdē pertinet & illa conditio, si me mortuo posthumus nascatur: nam si testator eam adiecit, quòd crederet se illa ægritudine moriturum, nihil oberit quò minus & qui se uiuo nascetur, hæres sit [c]. Cui non absimile, in conditione, si quis prior diem suum sine filijs obierit, quam receptum est etiam extendi, cùm posterior absq; prole decedat [d]. Quarum definitionū illa est ratio, quòd in conditionibus potissimū defunctorum mens spectanda sit. Igitur cùm casus ueniet, diligenter animaduertendū est, quæ fuerit testatoris sententia, ut ex ea ad casum omissum uel progrediamur, uel intra cancellos uerborum consistamus. Decipimur tamen plerunq;, ut Baldus inquit [e], dum scrupulosè nimis & anxiè coniecturis ceu exploratis rebus utimur: quod ut manifestius fiat, aliquibus etiā quæstionibus ostēsuri sumus. In primis igitur dubitari consueuit, an æquè in directis substitutionib. atq; in fideicōmissis ad

a d. l. cōmodiß.
b d. l. mulier.
c l. in cōditionibus. de condi. & demonst.
g Dec. cccxxxij. Socin. cclviij.
d l. mæritus. de procur.
e l. si pater filiū. de uulg.
f l. si ita quis. de uulg.
h Alex. l. quamuis. C. de inoff. pub.
i l. j. de uulg.
k Deci. consil. cccxv.
o d. l. mulier.
l l. diuus. de in integ. restit.
m l. anniculus. §. fin. j. eod.
n Alex. l. quod dicitur. de lib. & posthu.
p l. à filia. §. alumno. ad Trebell.
a l. uxori usum fructum uillæ. de usufr. leg.
b l. uxorem. §. hæres. de lega. iij.
c d. l. uxori.
d Soci. consil. xxx. in iij. consil. v. eo. lib.
e l. qui hæredi. §. j. de condit.
f l. Mæuius. eo. titu.
g l. filiusfa. §. cū quis. de leg. j.
i l. ita conditionibus. §. patronus. eo. tit.
k l. is qui. §. fi. de leg. præst.
l l. p. ter fámil. de uulg.
m l. iij. §. sub cōdit. de fid. liber.
n l. si fundus. de condi.
o l. si peculium. §. j. l. statuliberi. §. j. de statulib.
p l. iij. uersi. unde. de stat.
q l. Iulianus ait. de condit. & demon.
q l. si. l. qui filiabus. de lega. j.
r l. j. §. fin autē ad def. C. de cad. toll.
s d. l. mulier. uersic. quæ quia.
a l. liberto. §. fi. de an. leg.
b l. Arethusa. de stat. ho.
c d. l. fin. C. de post. hær.
d l. hæredes. §. cum ita. ad Trebel.
e Bald. l. precibus. C. de inoff. pub.

a Rom.d.l.si cũ dotem.

casum omissum fiat extensio. Et Pontanus[a] in fideicõmissis quidẽ fieri censuit, quòd in eis sola testatoris mens obseruetur: in substitutionibus uerò non idem esse, quòd hæ expressis uerbis concipi debeant[b]. Quapropter, inquit, uidemus, si pluribus hæredibus scriptis aliquis post mortem omniũ directò substitutus sit, non uidentur inuicem hæredes substituti[c], & tamen in fideicõmisso post mortem omnium relicto aliud est[d]: in quam sententiam Dyn. Paulusq; Castreñ. concessit. Idem & Socinus quodam responso censuit, hoc potissimum argumento usus, quòd hæredi, cuius nomen inconsultò deletũ est, prætor bonorum possessionem nõ decernit: quia ex coniectura tantum constat eum hæredem[e]. In aduersam penitus sententiã alij iuere[g], potiusq; adiuuandam extensione directã substitutionem, quàm obliquam censuerũt: fauorabilior enim directa est[h], meritò benignius accipi debet. Nam & Bartolus facilius extendi ad casum omissum conditionem in persona instituti credidit, cũ in substitutionibus extendatur[i]. Sed has ego opiniones à ueritate longè lateq; abesse arbitror: cùm enim omnis ultima uolũtas à mente testatoris pendeat, non uidetur inter hos casus probabilis esse differentia, solumq; id erit obseruandũ, an mens illa aliquo modo ex uerbis accipi possit[k]: confutanturq; maximè ex prædictis axiomatis, quibus apparet non recipi cõmuniter huiusmodi distinctionẽ: quinetiã ueterum probatissimi nominatim eam repudiauerunt, ut Bal. Alex. Aret. Ias.[l] Nec uerum est in fideicõmisso post mortẽ relicto censeri hæredes inuicẽ substitutos, nisi non solùm post omnium mortẽ, sed etiã in tota hæreditate substitutũ sit: non enim posset tota hæreditas per eum qui ultimus moriat restitui, nisi ad eum peruenerit: peruenisse autem non potuit, nisi inuicem factam substitutionẽ proponamus. Nulla igitur inter substitutionem fideicõmissumq; hoc casu est differentia. Nec me mouet, quòd ex coniectura prætor bonorũ possessionẽ hæredi scripto, cuius nomen inconsultò deletum est, non decernit: quia satis est ei iure ciuili prouisum esse[m], coniecturamq; in hoc sufficere: prætorij enim edicti uerba huic nõ cõueniebant, quibus ei, qui scriptus est, bonorũ possessio datur: at hic scriptus nõ dicitur, cùm nomen eius deletũ sit. Secundò quæritur, an substitutus posthumo, casu quo ille moriatur, censeatur etiam substitutus, si non nascatur? Et in uulgari substitutione crebrior est sententia, huiusmodi quoq; casu uocatum censeri[n]. Si igitur testator filium, qui sibi nascetur, hæredẽ instituit, & si hæres erit, & impubes decesserit, Caium substituit, non nato filio Caius admittetur[o], idq; ex ueriſimili mente inductũ est. In substitutione uerò fideicõmissaria idem quoq; Socin. respondit, cũ nulla ratio differẽtiæ afferri possit[p]. Quod enim testatorẽ mouit, ut casu quo adita hæreditate filius decederet, substitutũ cæteris præferret, idem & mouere ueriſimiliter debuit, si filius nõ nasceretur: nam, ut inquit Decius[q], quod postea re cœpta permittit, à principio quoq; permittendum est. In quam sententiã & nos quoq; transeundũ putamus. Imò etiã si filius nascat, & hæres esse nolit, adhuc substitutioni locũ esse arbitramur: eadem enim semper ratio mẽtis subest. Audentius respondit Pontanus, substitutionẽ si filius in rerum natura nõ esset, ad casum quoq; producendã quo uiueret, & impubes decederet[r]. Tertio dubitat: Testator instituit uario modo posthumos tam masculos quàm fœminas: deinde posthumis, si omnes in pupillari ætate morerentur, amitã substituit: unus tantũ posthumus natus & impubes mortuus est, an ad amitam pertinebit hæreditas, an ad matrẽ, quę filio intestato legitima est hæres? Et Oldr. respondit[s], amitam excludi, cùm in casum plurium nascentium substituta sit, unde uno tantùm in lucẽ edito, casus pro omisso est: quod maximè fauore matris statuendũ est, ne à luctuosa filij hæreditate reiciatur, cùm æquum nõ sit tacita cõiectura eam priuari: & in hanc sententiã plericq; trãsiuere. Sed uerior est aduersantiũ opinio[t], ex Pauli responso, qui his uerbis, cæteri omnes filij filiæq; meæ exhæredes sunto, rectè unicum filium exhæredatũ scribit[u]. Nam etsi nullus natus esset, prædicto casu receptius est[x] substitutæ amitæ locũ futurũ, idq; etiã in matris damnũ, dum omnino tacita non esset uulgaris substitutio, quanto magis unico nato, & ante pubertatẽ mortuo, excludi non debet? ex mente enim testatoris apparet, matri ipsi prædilectam fuisse amitam[y]. Quod & in ea specie à me responsum est, cùm in institutione testater se unum uel plures qui nascentur, instituere dixisset: quamuis enim in substitutione iubij ciatur, & casu quo omnes moriantur, intelligetur tamen unus uel plures, secundum institutionis formã, à qua declarationem substitutio accipit[z]. Quarto hæsitatũ est, cùm testator iussisset, si filij absque masculis morerentur relictis fœminis, hæreditatẽ suam in partes tres diuidi, ex quibus una fœminis daret, duæ Titio & Sempronio, & cõtigisset ut hi filij absq; masculis fœminisq; decederent, num substitutioni locus esset? Et Decius respondit[a] non esse, quia deficit conditio, cùm nec fœminas quidem superstites filij reliquerint. At alij aliter crediderũt[b], propter mentẽ testatoris: in quã sententiã & ego pedibus eo. Si enim uoluit testator Titium, Sempronium q;, etiã in neptum suarum damnũ admitti, quanto magis eis non natis, & omni hoc damno cessante? Nam & Angelus[c] non dissimili quæstione cùm omissum esse hunc casum ui uerborum præfatus esset, non tamen se audere aduersus substitutos iudicium ferre dixit: quoniam recti cõscientia absterreretur, ne contra uoluntatem defuncti respondeat, quę in conditionibus primas partes sustinet. Quinto in hac quoq; specie non parum altercatum fuit: Testator

q Dec. ccxxvj.

r Rom.cõsil.vj. Mod.d.l.j.& uulg.

s Oldra. consil. cxlij.

t Aretin.l.ple. cct.de libe.& posth. Ray. §.& quid si tantum.

u l. Titius.in prin.de lib. & posthu.

x Bartol. d.l.j. col.antepen. uers.v.

y Bart.d.§.cui ita.in fin.

z l.j.C.de impub.

a Decius consil. lxxxix.

b Ray.& Lanc. d.§.et quid si

c Angel. consil. xciij.in fin.

g Alex. consil. 100. in iiij.

b l.cum propo. nas. C. de hær. red.instit.

i l.Pantonius.de acqui.hær.

k l.j.cũ autẽ.C. de caduc. toll.

l Alexan. l.j.in iiij. col. uersi. secũdo modo. de uulg.& iij. q.j.effectus.

m l.per adoptionem. de adop.

n l.seruis urba. §. penul. de leg.iij.

o Bal.l. omniũ. Instit.de act.

p l.cum ex oratione.§.fin.de excus.tut.

q l. hoc legatũ. de leg.iij.

e Socin. consil. cxl.in j.

f l.j.si tabu.test. ext.

g Corn. consil. cccxx. in iiij.

h c. si pater. de testa.

i Bart.l.Gallus. in prin.

k l.j.§. fin autẽ. de hær. instit.

l d.l. uel singulis.

m l.j.§.sed si legi. de his quæ in test.

n Ray. in tract. substit.

o l.fin. C. de instit. Curt.consil.lv.

p Socin. consil. lij.col.vj.

b l. iubemus. C. de testa.

c l.uel singulis. de uulg.

d l.Titia.§.Seio libertis. de leg.ij.

Testator masculos, qui sibi nascerentur, instituit, & si sine filijs decederent, uxorem uulgariter, pupillariter, per fideicommissum substituit: si uerò non nascerentur masculi, sed fœminæ, instituit uxorem, fœminis dotem constituit: cùm nec mares, nec fœminæ nati essent, respondit Ancharanus, substitutioni locum nõ esse, uxoremq; excludi[a], quoniã hic casus omissus esset: & quia testator casu nascentium filiorũ noluit à luctuosa eorum hæreditate matrem excludi, quæ ratio eis nõ natis, deficit: in quã sententiã & Fulg. transijt[b]: quia cùm institueret paterfamiliãs uxorem, dotemq; fœminis relinqueret, ueriſimiliter credidit fore, ut ex persona matris sua quoq; hæreditas tandem ad ipsas deuolueret. Quid si testator uxorem excitare uoluit ad sobolis procreationem? nam & constat eas ex fœcunditate magis amari: atq; ita recentioribus placuit. Mihi hæc sententia omnino mentí testatoris aduersari uisa est, & non parum uerbis, qui cùm uulgariter uxorem substituerit, satis eam uidetur potiorem fecisse, etiam nemine nato: & cùm eam uocauerit, etiã exclusis filiabus, quanto magis hoc casu uocasse censendus est? Et quæ suprà pro Ancharani sententia inducunt, adeò leuia sunt, ut ex se ipsis ceu folia farfari, q̃d Plautus inquit, diffluant. Sexto dubitatum fuit: Pater filium iussit, si sine liberis & intestatus decederet, fundum Semproniano Titio dare: hunc fundum uxori legauerat, filio sub certa conditione restituendũ: interim mortuus est sine liberis filius, condito testamento, num legatum Titio debeatur? Et Socinus deberi respondit[c]: quoniam eam conditionem pater apposuit, quòd uolebat, ut filius de eo prędio posset disponere: quod ubi non faceret, quia nolet, aut non posset, conditio debuit posse per æquipollens adimpleri: hoc autem casu non poterat de eo prædio disponere, quia adhuc ad matrem pertinebat: diciturq; is intestatus, qui quo ad rem, de qua agitur, testatus non est.[d] Sed hæc sententia sanè quàm futilis mihi uidetur, cùm coniunctim sub geminis conditionibus fundus sit legatus, & altera, nempe quòd intestatus non decesserit, defecerit, clarum est legatum non deberi[e]. Nec quicquã facit quòd de illo fundo testari non potuit, quia debuit intelligi fuisse legatum casu, quo ad eum peruenisset, id est, conditio qua sibi à iure restituendus erat iam euenisset: unde cùm ante eius euentum decesserit, euanescit legatum: idq; alij rectè probãt[f]. Septimo quæritur: Pater filium instituit, & si is sacerdos efficeretur, iussit ut post mortem Seio hæreditatem restitueret: non est initiatus, sed sine liberis decesserit, an locus erit fideicommisso? Alexander respondit[g], hæreditatem Seio restituendam: quoniã uidetur testator sacerdotij conditionem apposuisse, propter filiorũ defectum: unde satis est ex æquipollenti adimpletam. Iason contrà, cùm hæc conditio spontanea sit, ergò præcise obseruanda, aliàs defecisse uidetur. Quid enim si liberis superstitibus ante sacerdotium suscepti decessissent, nõne uerba expresse Seium admittunt? Mihi hæc Iasonis sententia uero propior uidetur, ne facilè, cùm ratio in obscuro sit, à uerbis recedamus. Possent tamen tot coniecturæ mentis adferri, ut Alexandri opinio præualeret. Nec refert conditionem esse uoluntariam, quia tum quoq; ex coniectura ad casum omissum protenditur, ut suprà docui. Octauo quæstionis fuit: Testator fratrẽ hæredem instituit, & si se uiuo moreretur, uulgariter & per fideicommissum præfectos ptochotrophij substituit: deinde mortuus est uiuo quidem fratre, sed absente, qui huius rei insçius, relictis liberis & ipse decessit: petebant à filio hæreditatem, qui ptochotrophium curabant. Et Fulg. pro eis respondit, quoniã illa conditio, si se uiuo moreretur, extendi ad eum quoq; casum debuit, quo se mortuo ante aditam hæreditatem decederet: quod & Iason probauit[h]. Sed hæc opinio sanè quàm ridicula est: uulgaris enim illa substitutio, si hæres non erit, intelligitur, uel aliũ hæredem non fecerit: unde cùm in filium frater iste ius adeundi transmiserit[i], non uideo, cur præfecti excludendi non sint: manifesta enim est differentia, si uiuo testatore decedit, nihil habet quod transmittat, meritò præfecti erunt potiores: si mortuo testatore, transmittet[k]. Quid ergo illi aduersus uerba, mentemq; defuncti fatagunt? Sensere communiter id doctores[l], dum prædicto casu admitti substitutum tradiderunt, quando frater hæreditatem repudiasset: tunc enim casus non omnino dissimiles sunt, nimirũ innuentes, si repudiatum non sit, aliud iuris esse. QVINTVM principale axioma est. Dispositum in casibus simplicibus, ad mixtum quoq; porrigitur. In qua re sciendum est, tripliciter mixtũ id solere distingui: aut enim in casu simplici dispositum est, cui alia qualitas annexa proponitur: aut in casu mixto, sed separabili: aut in mixto inseparabili: de omnibus igitur uidendum. Et primo casu uera est regula, dispositum in casu simplici, in eo quoq; locum habere, cui qualitas addita est. Vnde quod de senatore statuitur, in eo quoque senatore intelligitur, qui se plebeio in adoptionem dedit[m]: non enim ideo desijt senator esse. Et seruis lecticarijs legatis, is qui & lecticarius & coquus est, debetur[n]. & si lege municipali cautũ sit, ut macellarij sint immunes, is quoque qui & macellarius & piscator sit, immunis habebitur[o], & si qua similia. Non procedit tamen hæc conclusio, quoties qualitas illa simplici dispositioni repugnat[p]. Quapropter his quæ uxoris causa parata sunt legatis, ea non continebuntur, quæ patrisfamiliæ promiscuo quoque usu erant[q]. Cùm enim maritus principaliter sit, uidetur potius pro usu suo parasse, uxoremque in sequelam admisisse, nec secerni potest quid principaliter uxori in eis parauerit, meritò qualitas

h l.j.C.de impub.

d §. quod autẽ. de leg.ag. tut.

e l.si hæredi pl. de cõdi. instit.

f Rayn.d.§.& quid si tantũ.

hæc naturam ſimplicis legati immutat. Sic & conſtitutio Rom. Pontificis, quæ iubet parochiarum rectores intra annum ſacerdotij gradu inſigniri, alioquin ipſo iure ipſos priuat[a], in rectore cui dignitas adſit, ut quia collegiatę, ut uocant, eccleſiæ ſit ædituus, locum non habet, tum quia non ita facilè dignitate quiſquam priuandus ſit, tum quia qualitas addita eſt dignior: unde uix eſt, ut iuxta alterius ſimplicis naturam regatur, idq; præſertim cum de pœna agitur. Sic lex Iulia, quæ adulterij crimen quinquennij præſcriptione ſubmoueri ſinit[b], ad adulterium, cui inceſtus iungatur, nõ protrahitur: qualitas enim illa aggrauat. Hincq; decîdi aliquæ quæſtiones poſſunt. Lege municipij mulier abſque agnati conſenſu contrahere prohibetur, num & donare cauſa mortis? Et prohiberi quibuſdam uiſum eſt[c]: quia huiuſmodi actus, dum fit, formam contractus habet, licet poſtquam inductus eſt, ultimas potius uoluntates imitetur[d]. Ipſe in cõtrariam eo partem, & Rom. Socinum, laſonemq; ſequor: hæc enim qualitas, cauſa mortis, rationem contractus immutat: lex enim agnati conſenſum requiſiuit, ne fragilitate ſexus dolis obnoxia eſſet mulier: quæ ratio in hoc cõtractu deficit, qui ex ſimplici uoluntate reuocatur, & ambulatorius eſt[e]. Quod & in adulto uidemus, cui curator datus ſit: is enim ſine curatore non contrahet, & tamen non minus cauſa mortis donare prohibetur, quàm teſtari, uel codicillos facere[f]. Poſſet ergo prior ſententia ſuſtineri, quando mulier ex lege non ſolùm contrahere prohibetur, ſed etiam teſtamentum facere, quo caſu plerique loquuntur. LEX prohibet fundos aliquo cõtractu extraneis alienari, hæres iuſſu teſtatoris extraneo uendidit, an in legem cõmiſit? Et cùm iſte propter iuſſum teſtatoris alienet, propius eſt, ut lex de ſimplici loquens, ad hunc caſum non trahatur: hæc enim qualitas, nempe iuſſus teſtatoris, repugnat[g]. LEX concedit priuilegia ſcholaribus, quid in ſcholaſticis ciuibus? Et non uidetur, quia hi amore ſcientiæ nõ fiunt exules, quæ conſtitutionis Federici ratio eſt[h]. Sed tamen in alijs legibus municipalibus, uel aliquorum ordinum, humanius eſt arbitrari, priuilegia huiuſmodi fauore ſtudiorum indulgeri[i], & ideo ciuibus quoq; non deneganda. Rurſus quæritur, Comes Palatinus cui illegitimos natalibus reſtituere ius eſt, quendam pleniſsimè reſtituit, ab alio citra ſpem ſucceſſionis legitimatũ, num id potuerit? Socinus negat[k]: quoniam illegitimos reſtituere poterat, is illegitimus ſimpliciter non erat, licet quantum ad hæreditatem patris capeſſendam attineret, pro illegitimo eſſet. Ipſe contraria ſentio, cum hæc qualitas diſpoſitionẽ ſimplicem non mutet, ſed adiuuet potius. Qui enim legitimum quo ad perſonam, & quo ad ſucceſſionem facere poteſt, etiam illum quantum ad bona reſtituere poterit, qui iam, quantum ad perſonam attinet, reſtitutus eſt. In ſecũdo caſu cùm mixta ſunt ſeparabilia, unumquodq; ſua natura, ſuoq; iure regitur[l]. Quapropter ſi in contractu innominato adſit donatio, quatenus donatum erit, non reuocabitur: quod ſuprà eſt, poterit ex pœnitentia ſecundum contractus innominati naturam aboleri[m]. Et ſi ita facta ſit exhæredatio, ſi filius natus, nata'ue erit, exhæres eſto, utriſq; natis non rumpitur teſtamentũ, quia uterq; ſeparatim exhæredatum ſe reperit[n]. Quò fit, ut appareat hæc etiam in ſtricta, atq; odioſa materia obſeruari[o]: propriè enim hoc caſu ſub ſimplicibus mixtus continetur[p]. Et ex his conſequens eſt, quòd ſi domum quis uendiderit modico precio, ut quod dimidiam iuſtæ æſtimationis non attingeret, quatenus precium conuentum eſt, cenſeatur uenditio: quatenus ſupra precium ualet, ſit donatio[q], ſi tamen actum hoc ſit: & ita frequentius receptum eſt: cùm enim ſeparationem hæc materia recipiat, utrunq; de ſe cenſendum eſt, tametſi aliũ contrà[r]. Sic ſi quis plurium artium magiſter ſit, ſub eius artis iudice conuenietur, ob quam in ius uocatus, ad cauſamq; actionis attendemus[s]. Sic & in hac quæſtione diſcernendum eſt, uendo tibi domum acceptis centũ aureis, & etiam uinea, quæ alijs centũ aureis æſtimatur, quem contractum hunc arbitrabimur? Baldus omnino eſſe uenditionẽ[t], Romanus omnino eſſe innominatum contractum cenſuerunt[u]. Ego duos eſſe contractus magis arbitror, & domum partim uenditam, partim permutatam eſſe. quòd ſi diſparis ſit ualoris res & preciũ, quod maius erit, obſeruabimus[x]. Quapropter cùm ex conſuetudine dominis directis in permutationibus laudationis precium nõ ſoluatur, in uenditionibus ſoluatur, in prædicto caſu non niſi dimidium laudatiui pendetur. quòd ſi pars permutata maior ſit, nihil præſtabitur[y]: quod & in iure prælationis recipiendum uidetur, cùm & partem tantum potuiſſet incola uendere, nec ideo dominus in toto iuſtè petijſſet ſe præferri. In tertio caſu cùm mixtum ſeparari non poteſt, primò uidendũ eſt, an propriè ſub ſimplicibus contineatur. Et receptum eſt non contineri[z], ſed ex ſententia legis tantum ineſſe: non tamen expreſsis ſimplicibus penitus omiſſum hunc caſum Bartolus cenſet: indeq; eſt, quòd in fauorabilibus procedet axioma, ut ſub ſimplicibus de mixto quoq; actum humanitate ſuggerente exiſtimemus[a]. Quapropter cùm pater libros legales filio, ſi doctor iuris ciuilis fieret, legauiſſet, & philoſophicos ſi in Philoſophia, & utrunq; gradum filius aſſumpſiſſet, utrunq; legatum cõſequi debere Baldus reſpondit[b]. Sic & Alex. cũ lege municipali iuriſdictio in actionibus in perſonam uni iudici tribueretur, in actionibus in rem alteri, utrunq; de mixtis poſſe cognoſcere reſpondit[c]: quoniam hîc de fauore ordinariæ iuriſdictionis agitur. quod tamen intellige, niſi huiuſmodi actio in altero præualeat[d]. Si tamen

a c. ſtatutum. de elect. in vj.
b Luim paſſam. §. præſcripta. de adult.
c Ancha. conſil. cccixxxiij.
d Gl. l. j. de dote præleg.
e l. ſed interim. §. j. de donatio. inter uir.
f Bald. l. j. de tut. & cur.
g Alex. l. ſi dignũ. ad le. fal.
h Authent. habita. C. de fil. pro pat. Bald. Salic. ibi.
i l. j. C. de aſſ.
k inter conſilia Curt. xviij.
l l. ſi uiua. in f. C. de bon. ma.
m l. Ariſto. de donat.
n l. ſi ita. de inſto rup.
o Cor. conſil. lxvj. in j.
p l. ſi ſtatulib. ſi. de ſtat.
q l. ſi ſponſus: circa. de do nat. inter ui
r Andr. Sic. in de uerb. obli
s l. j. §. fin. de trib.
t Bal. in pro. feudo. colum iiij.
u Rom. d. l. Ariſto.
x Bart. d. l. Ariſto.
y Guid. Pap. xcij. in ſi.
z l. quid ergo ait. de inſtit.
a l. ſi ita ſcripſit de lib. et poſth
b Bald. l. ſi. C. cõm. de leg.
c Alex. l. gallus §. ille caſus.
d Sig. conſil. xlviij.

men appareret non niſi in caſibus ſimplicibus uoluiſſe teſtatorẽ prouidere, mixtumq; pro omiſſo haberi, tunc aliud obſeruandum eſſet: cuius rei exemplum apud Bartolum eſt[a]. In odioſis uerò crebrius receptum eſt, ſub ſimplicibus mixtum non contineri: quæ tamen ſententia perquàm dubia eſt, cùm in exhæredatione cõtineri ſuprà docuerimus[b]. Nam & legata ſtrictè accipiuntur, & tamen in eis regula procedit[c]. Sic & priuilegia, quãuis à iure communi deflectant, tamen in eis quoq; regula obſeruabitur[d]. Sic & edictum prætoris infamia notans, qui binas nuptias uel bina ſponſalia contraxerit, quamuis pœnale, tamẽ ad caſum mixtum porrigitur.[e] Sic in contractibus, ſi uaccam prægnantem tibi uendam, pacto ſi uitulũ pariat, ſit meus: ſi uitulam, fœtus ſit tuus, utroq; nato, ſuum quilibet habebit[f]. Quid cenſendum? & cùm mixtum ſeparationem recipit, uel ſimplici anne xa eſt qualitas non repugnãs, quia tunc propriè ſub ſimplicibus continetur, non dubitauerim in odioſis quoq; regulam procedere. Quapropter & in prædictæ exhæredationis exemplo, & in uaccæ uenditione non puto dubitandum, ex ui uerborum caſum mixtum aliquo modo contineri. Sed cùm mixtũ inſeparabile eſt, quia ex ſententia legis ſolũ ſub ſimplicibus continetur, putarem uerius eſſe in odioſis non contineri, & crebriorẽ ſententiam ſequerer, ita tamen, ut quibus in caſibus ſuprà docuit in pœnalibus fieri extenſionẽ, in his quoq; caſibus ſimplices ad mixtum trahantur. & ex his quàm plures quæſtiones finiri poſſunt. Et in primis illa, qua dubitari conſueuit, an in contractu, quẽ feudi uulgò appellamus, caſus mixtus ſub ſimplicib. comprændatur. Et Pont. non comprændi credidit, cùm in contractibus eius, quod omiſſum eſt, nulla ratio habeat[g]. Sed in hoc ego diſſentio: feuda enim beneficia ſunt, unde latam fauorabilemq; interpretationẽ accipere debẽt: quapropter in eis appellatione filiorũ etiam nepotes continentur[h]. Vnde & traditum eſt, naturam bonæ fidei hunc contractũ ſeruare[i]. Quod maximè admittendũ, ſi cum principe initus ſit: omnes enim eius contractus propter perſonæ qualitatem, in qua bonã fidem exuberare oportet, bonæ fidei exiſtimant[k]. Secundo dubitatur, an in compromiſſo, cui adiecta ſit pœna, diſpoſitum in ſimplicibus, ad mixtũ caſum producatur? Et Cornæus[l] reſpondit, non produci: quod tum uerum arbitror, cùm ueriſimile non eſt de caſu mixto à partibus cogitatum. Tertio, an ſi iudex terminum conceſſerit cauſa omniũ exceptionum dilatoriarũ, hæ quoq; comprændantur, quæ licet negocium perimant, tamen interim prodilatorijs opponuntur[m]? Et aliqui non comprændi dixerunt: quoniã exceptiones hæ mixtam naturam habent, ideoq; in materia iudiciorum, quæ ſtrictè accipitur, ſub ſimplicibus contineri non debent: qua tamen in re amplius ipſe quærendum reor. Quarto, an conſuetudo feudalis, qua maſculi in beneficiarijs illis poſſeſsionib. fœminis præferuntur, in hermaphrodito locũ habeat? Et ſi maſculino ſexu magis incaleſcat, certum eſt conſuetudini locũ eſſe[n]: at cùm planè dubiũ eſt, utro ſexu ſit potior, reſpondit Bal. beneficio excludi[o], quòd huiuſmodi conſuetudo ſtrictè accipi debeat. Nec eſt ueriſimile id actũ, ut huiuſmodi naturæ ludibria ad ea beneficia admittantur, quæ non niſi nobilibus & ſtrenuis uiris ſolebant indulgeri. Quinto: lex erat, in cauſis motis, uel mouendis ſportulæ prius deponantur: quid in cauſa appellationis, quæ mixtam quodammodo naturam habet? non enim cum principali eadem eſt, nec tamen penitus diuerſa[p]. Et Alexander ex facto interrogatus, locũ non eſſe legi reſpondit[q]: quoniam plebiſcitum id à iuris communis orbita recedit, & ſtrictè accipi debet, meritò caſus mixtus non continebitur. Sed ego in primis ad rationẽ legis attendendum opinor, quæ ſi utroq; caſu eadem ſubſit, fiet extenſio, quod ſuprà à nobis traditũ eſt. Sexto: lex municipij in cauſis ciuilibus actionem trium menſium ſpatio eximi iubet, in criminalibus duorum termino concludit, quid in actione mixta, quæ ciuilem ſimul capitalemq; controuerſiam contineat? Et Angelus non cõprændi ea lege reſpondit[r], & ideo non niſi ultra triennij metas ſecundum ueterem iuris ſanctionem perimi[s]. Septimo, lex de iudicio ciuili & criminali uerba facit, num in eo iudicio obſeruabitur, quo pœna partim fiſco, partim actori exoluí debet? Et cum tale iudicium ſit mixtum, non comprændi hunc caſum Alexander ſcripſit[t]: ſi tamen maior ea ſit pœna, quæ fiſco debetur, magis eſt ut criminale potius exiſtimem, ſicut quæ priuato, ciuile erit[u]. Octauo: Comes Palatinus eos, qui ex adulterio nati ſunt, natalibus reſtituere poteſt: itemq; eos, qui ex inceſtu ſunt geniti: quid de eo, qui utroq; uitio laborat? Et cum hîc de principis beneficio tractetur, materiaq; ſit fauore digna, cenſuerunt plerique eum, qui adulterio inceſtoq; partu natus ſit, nihilominus legitimũ fieri poſſe[x]: at alij contrà: qui enim utroque næuo maculoſus ſit, odioſior cenſeri debet. Cui ergo quod minus eſt conceditur, id conceſſum nõ intelligetur quod plus eſt[y]. Sed ego primam ſententiam, quæ receptior eſt, ſequor. Si enim quis plures filios, quorum aliqui ex adulterio, aliqui ex inceſtu procreati eſſent, ſuſtuliſſet, utique omnes hac Comitis indulgentia natalibus reſtituí curare poſſet[z]: & tamen dubium non eſt, magis deliquiſſe ob delicti iterationem in his omnibus patrem, quàm qui in uno tantum peccauerit. Quapropter ſi delictum parentum reſpiciamus, caſus mixtus minor eſt expreſsis: ſi ad filios ipſos attendamus, cùm eorũ reſpectu conceſsio ſit fauorabilis (miſericordia enim digni ſunt, qui alieno laborant uitio[a]) dicendum eſt, ad hunc quoq; conceſſionem extendendam: quia in fauorabilibus

a Bar. in l. cum auus. de cõdi. & demon.
b d. l. ſi ita facta.
c l. Titiæ textores. de legat. j.
d l. ij. §. amplius. de excuſ. tut.
e d. l. quid ergo.
f Bar. l. ſi extraneus. de cond. ob cau.
g l. quicquid. de uerb. oblig.
h cap. j. §. & ſi clientulus. de ali. feu.
i c. j. de benef. frat.
k Bald. de pace Conſt. uerſic. ſi qua uero.
l Corn. conſil. lxiij. in ij.
m c. paſtoralis. de excep.
n l. quæritur. de ſtat. ho.
o Bald. conſil. 237. in 3.
p Cyn. l. inuitum. q. xj. C. de proc.
q Alex. conſil. xcvj. in ij.
r Ang. conſil. cclvij.
s l. properandũ. C. de iud.
t Alex. in rubr. C. de iud.
u c. tuæ. de procurat.
x Bart. d. l. ij. de uerb.
y l. cui pacto. de ſer. exp.
z l. iij. C. de epiſc. aud.
a l. lege. C. de nat. lib.

fit extensio, etiam si æquè tanta ratio nõ subsit [a]. Nono dubitatur, quoties in aliquo actu duæ qualitates inuicẽ contrariæ concurrunt, constat potentiorem attendi [b]: quænam igit̃ qualitas ualidior existimabitur? & in primis quæ dignior erit. Vnde si in eadem causa sacerdos secularisq; litigent, beneficio initiati etiam profanus fruetur [c]. Sic si maior XXV. annis cõmunem cũ minore causam habeat, & ipse minoris priuilegio utetur [d]. Sic cùm Romanus Pontifex extraordinarium æruscationis munus quibuscũq; administratoribus indixisset, non comprænndi Cardinales eius purpuratos responsum est [e]: talis enim qualitas, tanquam dignior, cæterorũ administratorum nomenclatione eos eximit: qua de re possent quamplurima exempla adduci, quæ passim apud recentiores collecta reperiuntur [f]. Potentior quoq; ea causa existimanda est, quæ benignior sit: quamobrẽ si pupillo legatum sit ea conditione, ut decẽ, quæ hæredi naturaliter debebat, solueret, eamq; pecuniã hæres acceperit, potius iure obligationis datam, q̃ conditionis adimplendæ causa creditur, quia id benignius est [g], tũ ut legatarij integra legata ex uoluntate defuncti consequantur, tum ut uideatur pupillus bona fide omne, quod debebat, restituisse. Nec me mouet quòd in lege Aquilia, si elephantes uel cameli occisi fuerint, fit cõdemnatio tanquam iumentis occisis, cùm tamen mixtum sit genus: natura enim eorũ fera est, quæ feritas si respiceretur, legi Aquiliæ locus non erat [h]: nam id inductũ credibile est, ut domino elephantis uel cameli damnũ resarciatur, quod certè benignius est, ne impunè in re aliena damnum detur. Rursus potentior ea est causa, quæ iure cõmuni iuuatur, q̃ quæ iure speciali, uel cõmentitio sustinetur. Quapropter miles in dubio uoluisse secundum ius cõmune testari magis creditur, q̃ militari priuilegio uti [i]. Hinc est, quòd si lex municipij non permittit aduersus doctorẽ inquiri, aduersus uerò militẽ concedit. Si quis idẽ & doctor & miles sit, qui crimine promiscuo deliquerit, ea respicietur qualitas, quæ iuri communi magis accedet [k]. Causa quoq; naturalis fortuitæ & extrinsecus accidenti, quoties cõtrarij inuicem effectus erunt, præualebit [l]: nisi tamen aliud ex subiecto argumento appareat, ut cũ frater miles alium fratrem militem hæredem instituit, ex causa militiæ, & aucto ob contubernium amore reliquisse potius creditur, quàm iure sanguinis, castrenseq; id peculium existimabitur [m]: quod arbitror fauore militiæ constitutum. Specialis quoq; causa potentior generali existimanda est [n], sicut & causa prohibitiua permissiuam superat [o]: & qualitas quæ nocet, magis in animaduersione est, quàm quæ prosit [p]. Vnde si ordinis lege cautum sit, ut nullus doctor possit scholasticorum rector esse, qui philosophiæ doctor sit, medicinæ uerò auditor, legis prohibitione ex Baldi [q] responso continebitur. Sed & hæc & huiusmodi ab alijs diffusius tradita in presentia non ulterius pertractanda duxi. Et hęc quidem, quod ad extensionem attinet, satis sunt. Superest, ut pauca illi affinia attingamus. Et regula est generalis, quod ut agimus, non ualet, saltem eo modo ualere, quo facere possumus. Ea sub se quasdam species continet, qualis illa: Si dispositioni impossibile aliquid per conditionem addatur, omnia uitiantur [r]: si per modum, modus reijcitur, dispositio sustinetur. Rursus alia: Qui actus propriè intellectis uerbis non ualet, ex improprietate sustinebitur. Item alia: In ambiguis ea semper fit interpretatio, ut actus ualeat potius, quàm pereat. Rursus quarta: Actus nullus nullius effectus est, nisi quòd ex eo quoque mens testatoris declaratur [s], ex qua quandoq; eandem uim habet, atq; si ualidus esset: ut quando conditionem de facto impleri sufficit [t], quod suprà attigimus. Idem in pœnis, quando quis ita ex actu nullo inquietatur, ac si ualidus esset [u]. Quod & in criminibus quoq; receptum est: cùm enim iu refieri nequeant, sequitur ut si quis de facto committat, legitimis pœnis subijciatur [x]. Sed an actus nullus nomen saltem seruet? Et non uidetur. Quapropter stipulatio nulla, propriè stipulatio non est [y]: testamentum nullum, non est testamentum: sententia nulla, non est sententia. Sic in citatione, in instrumento, in cessione. Quod procedere Baldus censuit in actibus iuris [z], aliàs actus facti etiã propriè nomen seruant, tametsi perperàm fiant [a]. Sed quid in contractibus iuris gentiũ? hi enim facti sunt. Et uidetur uenditionem nullam, posse uenditionem appellari [b]: sicut & matrimonium nullum, matrimonium dicitur [c]: quod & in diuortio receptum est. Sed cùm à iure ciuili fomentum recipiant, uerius reor, non nisi impropriè & demonstrationis cuiusdam causa sic appellari. His accedit, q̃d paria existimantur, non habere, & inutilem habere [d]. Quapropter idem esse Accursius scripsit, siue mulier maritum non habeat, siue habeat quidem, uerùm inutilem [e]: sed hoc ex effectu accipitur: quantum enim ad uerba attinet, certum est maritum habere. Sed de his speciebus satis est. Nunc istam principalem declaremus, in qua à Barto. eiusq; in hoc crebriore calculo recepta sententia necessariò recedendum mihi uideo, quòd omnes casus non comprænderit, & etiã non omnino uera ratione innitatur. Igitur sciendum, non generaliter hîc nos quærere, utrũ actus nullus aliquem effectum pariat, quod suprà declarauimus, nec de quocunq; effectu nos loqui, sed de eo tantum, qui actui attentato confinis est, qualis est pactio stipulationi, codicilli testamento, fideicommissum substitutioni, actus uiæ, & si qua huiusmodi affinitate quadam iunguntur. In his ergo affirmandum, actum qui ea forma & modo, quo agitur, non ualet, in eum, qui possibilis sit modum sustineri, si modò testatoris uel contrahentium

a c.fi.de sim.
b c.per hoc. de hær.in vj. d.l. quæritur.
c l.præcipimus. §. hoc eodem. C.de app.
d l. si cõmunem. ff. quẽad. fer. amit.
e Rom. consil. 498.
f Feli.c.secũdo, de iudæ.
g l. si pupillus. ad leg. fal.
h l. vj. in fi. ad leg. Aquil.
i l. nam si. de in iust. rup.
k Bald.l. si quis dec. C. de fal.
l Bart.l. qui habet. de tut.
m l. cũ allegas. C. de cast. pe.
n l. seruis urba. §. fin. de lega. iij.
o l. Sabinus. ff. cõm. diui.
p l. si quis in gratiam. §. fin. ad Syll.
q Bald. in proœ. decr. iij. col.
r l. impossibilis. de uerb.
s l. si. de reb. e.
t l. mulier. §. j. de condi. inst.
u l. ubi. C. de transf.
x l. nemo martyres. C. de sac. sanct. eccl.
y l. j. §. sed simili. de uerbo.
z Bald. l. iij. de test. tut.
a d. l. mulier.
b l. Labeo. in uerb. emerit. eo.
c l. quod Seruius. de cond. ob cau.
d c. j. de præscrip.
e gl. l. si. C. de plag.

hentium uoluntas eiusmodi præsumat̃: nam & hoc credere humanius est, & ex eo suadet̃, quòd semper id interpretatione agendũ, ne irriti omino & elusorij sint cõtractus. Quod maximè absq; dubio procedit cũ expressum est per partes, mentis ipsorum esse, ut omni meliori modo, quo possunt, actus ualeat [a]. Quæ clausula si in tabulis addita sit, testamentum præteritione filij nullum, saltem iure codicillorũ sustinebitur: & si pater filio certam rem reliquerit, propter hanc clausulam iure institutionis reliquisse censebitur [b]. Non tamen tanti effectus est, ut actum sustineat incasum à partibus non cogitatum, ut quia deinde insperatò euenit [c], uel perquàm rarò accidere soleret: nec sola generalitas uerborum sufficeret, si mens uerisimiliter ab eo casu abfuit [d]. Quod in ea specie receptum est, cùm testator, si non ualebit testamentum, iussit iure codicillorum obseruari: præterito enim posthumo rumpetur, nec in uim quidem fideicõmissi poterit sustineri: non enim uerisimiliter id uoluit testator [e]. possunt tamẽ id agere partes, ut etiam in casum non prouisum ualeat, ut cum aliquis ex causa quacunq; etiam incognita liberatur [f]: quod tamen adhuc temperatur, ne dolũ remissum facilè credamus [g]: & hæc quidẽ cũ mens partiũ clara est. Cæterum etiã in dubijs, ut prædixi, potius credendum est, uoluisse partes actum non omnino inutilem facere: & ideo pro regula affirmandum est, huiusmodi quod geritur, prout fieri potest, sustineri. Quæ regula tunc nõ procedit, cùm alicuius disponentiũ mens aduersatur: ueluti cùm apparet, quem uoluisse testamentum facere: nõ enim si irritum sit, interpretabimur saltẽ iure codicillorũ defendi [h]. Id ea ratione nititur, quòd non uidetur testator, qui de toto uoluit disponere, id egisse, ut diuisa in partes re, aliter atq; aliter censeatur, qui hæres ex testamento est, solidum consequitur, qui ex codicillis, partem iure fideicommissi, cùm aliam partẽ legitimus hæres directè ex S. C. Trebelliano retineat: quæ diuisio cùm diuersa sit ab eo, quod testator egerat, non arbitrabimur id sensisse, ut actus in hunc modũ sustineatur. Qua ratione & libertas directa seruo alieno in testamento data in uim fideicommissi non firmabitur [i]: transiret enim in penitus diuersam speciem, cùm per directam soli seruo prouideatur, per fideicommissariam etiam hæredi propter ius patronatus, quod quidem in bonis testatoris nec uerè est, nec produci quidem potest [k], unde & ad extraneos hæredes nõ transit: quòd si in bonis testatoris esset, non ita diuersa species existimaretur. Qua ratione substitutio directa, in fideicõmissariam quandoq; flectitur: nempe quoties à principio ceu directa ualere nõ potuit [l]: si enim potuisset, quia actus nõ dicitur irritus, qui ualere potuit, non fiet hæc interpretatio [m]. In contractibus quoq; cum aliquẽ nobis obligamus, regula non procedet: cum enim non nisi ex utriusq; partis consensu contractus uim accipiant, nõ est uerisimile eum, qui obligat̃, in alia specie consensurũ [n]: quinimò credendum est, qui inutiliter se obligat, delectari actum inutilem facere, nec creditorem admoniturum [o]. Quapropter dñs pro seruo inutiliter fideiubens, quasi iusserit non obligatur [p]. Sic fideiussor eo tempore datus, quo in peculio nihil est, nisi sic acceptus sit, ut in futurũ tempus, quo in peculio aliquid erit, obligaret̃, frustra acceptus censebitur [q]. Sic inutiliter transigens, non uidetur uoluisse ex pacto obligari: quis enim credat aduersario, qui cum litigatum est, uoluisse quenq̃ donare? Cæterũ & ubi lex pro forma aliquid requirit, ea non seruata, omnino actus perimit̃. Vnde stipulatio cuius forma seruata non sit, nec in uim pacti quidem ualebit [s]: fauore tamen liberationis receptum est, ut si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actũ uideatur, ne petatur, q̃d Paulus scripsit [t]: non quòd ea tacitum pactum in se habeat (cùm enim acceptilatio causa liberationis fiat, uinculũ obligationis nullũ debet inducere) sed ex quadam æquitate naturali qua quis obligat̃ non petere [u]: & ita ego sentio, licet alij aliter. Et hæc omnia quidem ex coniectura mentis inducũtur, quæ tempore initi actus fuisse præsumitur. Sed quid si casus aliquis deinde superueniat, quem si partes euenturũ credidissent, aliud constituissent? Et in hoc breuiter distinguendum est, cùm quæritur, an uoluntas intelligatur rebus sic stantibus: Aut in his loquimur, quæ ex unius arbitrio pendent, & tunc si res incidat in eum casum, in quem uerisimile sit eum aliter dispositurũ, mutata uoluntas intelligitur [x]. Qua ratione si pater filio tutorem dederit, isq; improbus factus fuerit, nõ sequetur magistratus iudiciũ testatoris [y], quem uerisimile est, si hoc præuidisset [z], tutorem non fuisse huiusmodi filio daturũ. Quo exemplo & procurator constitutus, si prodigus, negligens, stupidus fiat, reuocatus censebitur [a]. Sic legatũ ex inimicitia deinde contracta, uel per alienationẽ reuocatur [b]. Sic testamentũ natiuitate liberorũ [c]. Sic cùm testator alienationẽ fauore pupilli prohibuisset, deindeq; cõstituisset pupillo eam expedire, respondit Aret. iudicis autoritate uenditionem concedendam [d]. Sic cùm testator iussisset, ne in fundo institutus eo amplius quicquã peteret, censuit Bart. ius accrescendi sublatũ non uideri [e]. Sic priuilegia monachis cõcessa propter exuberantẽ eorum numerũ reuocant̃ [f]. Hinc ex facto cùm quidam unicũ filium hæredem scripsisset, & cõsanguineæ puellæ pro dote centũ legasset, quæ summa tempore testamenti propter amplas eius facultates minima uideri poterat, deinde ad paupertatem redactus, eodem testamento decessisset, legatum arbitrio iudicis moderandum plerisque uisum est, ne plus filio extranea puella consequatur. Aut in contractibus loquimur, qui ex duorum uoluntate interpretationem recipiunt, & tunc nõ intelligetur rebus sic stan

a l. j. de iure codicill.
b Alex. consil. cxij. in iij.
c Roma. consil. ccxciiij. Felin. c. cũ super. de offic. deleg.
d l. fistulas. §. frumenta. de contrah. em.
e Socin. consil. xciij. in iiij.
f Alex. cons. xj. in ij. col. pen.
g l. tres fratres. de pact.
h l. non codicillũ. C. de testa.
i l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. de lega. j.
k Bart. l. j. col. iij. de lega. j.
l l. Scæuola. ad rebell.
m kuerbis. de uulg.
n l. j. §. si quis ita. de uerb. oblig.
o l. an inutilis. de accept.
p l. j. §. deinde. quod iussu.
q l. eo tempore. uers. sed fideiuss. de pecul.
r l. fuus. C. de rep. hæred.
s l. j. §. eum qui. de const. pec.
t l. si unus. §. si acceptilatio. de pact.
u Bart. l. ubi. C. de transact.
x l. Paulo. §. j. de leg. iij.
y l. Mæuia. §. fi. de an. leg.
z l. in cõfirmando. de cõf. tut.
a l. cum quis. de solut.
b l. rem legatã.
c Auth. ex causa.
d Aret. consil. xxij.
e Bar. l. quoties. §. si duo. in fi. de hære. insti.
f c. suggestum. de decim.

tibus tantũ facta promiſsio, nec alterius uoluntas mutata quicquam innouabit[a]. Quod tamen perpetuũ non eſt. Quid enim ſi prior contractus ex errore proceſsiſſet[b]? quid ſi ex fiducia[c]? quid ſi aliqua cauſa hoc ſuaderet, de qua à partibus nihil cogitatum fuiſſet? ut ſi promiſerim tibi gladium reſtituere, deinde furens petas[d]. Quapropter & in ſcholaſtico reſponſum eſt, quamuis in aliqua Academia lauream Doctoratus, ut uocant, accipere etiam ſub iuriſiurandi religione promiſerit, nihilominus ſi in aliud gymnaſiũ tranſeat, & ibi examine facto approbetur, non cenſeri periurum[e]. Sed & conditiones quæ tacitè ex natura cõtractus inſunt, ſemper intelliguntur. Si igitur tibi domum locauero, & habere licere promiſero, intelligetur rebus ſic ſe habentibus, & penſione interim recepta[f]. Sed & cùm lex ex noua cauſa reſciſſionem cõtractus inducit, uel reuocatoriam actionem concedit, apparet rebus ſic ſe habentibus promiſſum tantummodo fuiſſe: ut cùm quis donat, deinde liberos ſuſcipit, reſcinditur ex Conſtantini reſcripto contractus[g]. Cæterũ & quando tacitũ pro expreſſo habendum ſit, eodem ferè modo diſtinguit: in his enim quę unius ex ſententia conficiuntur, non eſt dubium haberi[h], in contractibus uerò non haberi, ſi ab altero tantũ id actum ſit[i]: ſi ab utroq; ſecus eſt: tunc enim idem eſt, quod in ultimis uoluntatibus diximus, niſi actus in forma peccauerit[k]: cùm enim forma ex neceſsitate legis requiratur[l], uolũtas partium in nulla animaduerſione eſt. idem cùm hæc uoluntas probari nõ poteſt. Sumitur autem probatio ex natura rei, ut quia q̃d omiſſum eſt ex natura rei, in eum contractũ accederet[m]: ſumitur & ex conſuetudine, quæ in actionibus humanis potiſsimã uim habet[n]: ſumitur & ex præfationibus, huiuſmodiq; aliis cõiecturis legitimis, quas omnes referre præſentis inſtituti non eſt[o]. Sed nunquid tacita hęc diſpoſitio ex lege inducta, an potius ab homine cenſebitur? Et diſcernendos tres caſus arbitror. Primus, quoties lex aliquid à partibus actũ præſumit, nec huic partes ipſę renunciare poſſunt[p], tunc huiuſmodi legis diſpoſitio, non autẽ hominis cenſebit. Quapropter ius accreſcẽdi tametſi ex tacita quoque teſtatoris mente proueniat, tamen ex legis diſpoſitione magis procedere exiſtimatur[q]: non enim poteſt quis partim teſtatus, partim inteſtatus mori. Sic Bart. in actione tutelę, diem ex diſpoſitione legis ineſſe, non autem ex hominis credidit[r]: quoniam ſi partes agerẽt, ut ante diem ea actio oriret, utiq; fruſtra agerent[s]. Sic idem tradidit, procuratorem ad agendũ legali diſpoſitione, ad defendendũ quoq; conſtitutũ cenſeri: ut enim id faciat, à lege ipſa etiam præter domini uoluntatem adigitur[t]. Sic receptũ eſt, tempus quod à lege iudicatis conceſsis ue indulgeſ, tametſi in ſententia iudicis ſit expreſſum[u], pro legali tamen dilatione accipi, cũ in arbitrio iudicis non ſit, qualem terminum conſtituat[x]. Nam & generaliter idem Bart. definiuit, illam obligationẽ à lege deſcẽdere, cùm præter ueriſimilem contrahentiũ uoluntatẽ inducitur. Quæ enim ex præſumpta uoluntate oritur, hominis obligatio, nõ legis eſt[y]. Nec obeſt, ſi quis dixerit, nónne legibus uoluntatem ſuã regere quilibet creditur[z]? Reſpondeo, uerum id eſſe in his quæ libero partiũ arbitrio relicta ſunt, alioquin non ſponte facere, ſed legis iuſſu partes credunt[a]. Quapropter legi Falcidiæ aduerſus uoluntatem teſtatoris locum eſſe ſcriptum eſt[b]: nec enim facere potuit teſtator, quo minus ea lex locum in teſtamento ſuo haberet. Secundus caſus eſt, cùm lex aliquid præſumit, cui partes renunciare poſſunt, & tunc huiuſmodi diſpoſitio hominis, non legis dicitur: ut quòd in mutuo æquè bonum reddatur: in promiſſione dandi Carthagini, tempus quo illuc iri commodè poſsit: & ſi qua ſimilia. Senſit hoc & Bartolus[c], dum alias eſſe conditiones tacitas ſcripſit, quæ ex lege deſcendũt, alias quæ ex natura rei, alias quæ ex præſumpta uoluntate. Quapropter cum lex municipalis conſanguineos de controuerſijs compromittere iuberet, ſi compromiſſum fuerit, neceſſariò id dicetur factum, non ſponte, cum huic legi per alterũ renunciari nequeat: licet Salicetus & Alexãder hac in re aliter ſenſerint[d]. Ex hoc quoq; cõſequẽs eſt, ut cõtractui depoſiti clauſula dolũ malũ abeſſe, legis diſpoſitione ineſſe credatur, nõ ſponte contrahentis[e]: non enim illi renunciari poteſt, cum dolus malus in futurum remitti nequeat[f]. Tertius caſus eſt, quoties lex abſq; partiũ reſpectu aliquid inducit, & tunc quoq; diſpoſitio cenſebitur legalis[g]. Qua ratione id quod intereſt, rectè pœnam legalem appellauerimus[h]: inducitur enim in obligationibus faciendi, ut quanti ea res eſt ſoluendo, debitor liberetur, tametſi de hoc nihil actum ſit. Et hæc ſcitu utilia ſunt, tũ quòd mitius cũ lege agitur, quàm cum homine, tum etiam quòd diſpoſitioni legis contrafaciens inſolidũ condemnat, diſpoſitioni uerò hominis, pro hæreditarijs portionibus tantum[i]. Poſſent & aliæ differentiæ referri, quas in præſentia recenſere nihil attinet. Poſtremò uidendum eſt, quoniam ſuperius dictum à nobis fuit, non ſolùm diſpoſitiones hominum à legalibus differre, ſed inter ipſas quoq; humanas actiones plerunq; non parũ intereſſe, cur aliud conſtitutũ in ultimis uoluntatibus, aliud in contractibus non rarò reperiamus. Exponendũ itaq;, quomodo certius hæc quoq; diſcerni queant. Et regulariter ſolet affirmari, eodẽ iure ultima morientiũ mandata, uiuentiumq; cõtractus accipienda eſſe, deq; altero ad alterũ, ceu ad ſimilem rem, interpretatione procedendum[k], niſi tamen diuerſa in his ratio afferatur: ea diuerſitas quinq; ut plurimũ cauſis ſolet oriri. Prima, q̃d in teſtamẽtis fauorabilior interpretatio, q̃ in cõtractibus fiat[x]: hinc eſt quòd inſtitutis teſtamẽto filijs, etiam fœminas admitti indubitati iuris eſt: cùm tamen ſi quis pro ſe & filijs emphyteoſim recipiat, maſculos tantum admitti ferè receptius ſit[b]. Eodem modo, inſtitutis filijs, dubium nõ eſt nepotes quoq; contineri, cum in contractibus contrà reſponſum ſit[c]. Sic à legato quod filijs relictum ſit, monachi nõ excludentur, in quorum album nomina filij dederint[d], cùm in contractibus huiuſmodi interpretatio minimè accipienda uidetur[e]. Sic ſi fidei filio cõmiſſum ſit, coniectura paternæ pietatis plus dictum, minus ſcriptum creditur, conditioq;, ſi ſine filijs deceſſerit, extrinſecus ſumitur[f]: quod in contractu locum ſibi non uendicat. Sic legata domo, aditũ quoq; deberi reſponſum eſt[g]: at uendita, uel familiæ erciſcundæ iudicio diuiſa, non deberi[h]. Sic conditio impoſsibilis ultimas uoluntates nõ uitiat, ſed ipſa reijcitur[i], cum tamen contractus ratos eſſe non ſinat[k]. Secunda cauſa eſt, quia ultimæ uoluntates promptius executioni mittuntur: pluribus enim actionibus in his ſuccurritur, nunc rei uendicatione, nunc pignoratitia ob hypothecam[l], quandoq; & officio iudicis, quod perſecutionem uocant. Sed & interdicto plerunq; ſuccurritur poſſeſsionis adipiſcendæ cauſa[m]: quam ob cauſam & edictũ diui Adriani olim in uſu erat[n], quæ omnia in contractibus aliter ſe habent: ex his enim ordinaria actione experiendum eſt, nullaq; executio præſtatur[o]. Eadem ratione & illud dicimus, ultimas uoluntates poſtquam dies ceſſerit in pendenti eſſe non poſſe, cùm in contractibus aliud ſit iuris[p]: unde & illud receptius eſt, legatarium, qui partem ab altero hærede petierit, non cenſeri ius crediti diuiſiſſe[q], cum in contractibus conſtet diuiſionem fieri[r]: facilius enim hoc modo teſtatoris uoluntas exitum habebit[s], nec ſuſpendetur quatenus alius cohæres non ſoluat. Sic & ſi tibi ſeruum arbitratu Seij legauero, eo intra annum nõ eligente, nihilominus legatũ debebitur, nec ulterius erit expectandum[t], cùm in contractibus à perſona non recedatur, longiorq; præſtetur dilatio[u], cui rei conſequens eſt, quòd cautioni Mutianæ in contractibus locum non eſſe uulgò traditum eſt[x], cum & debitor in diem ex cauſa legati cauere debeat, quum dies uenerit ſe ſoluturum[y]: quod in contractibus admiſſum non eſt, niſi magna ex cauſa[z]. Tertia cauſa, quòd ultimæ uoluntates ab unius tantùm, nempe teſtatoris, iudicio pendent, contractus non niſi omnium contrahentium conſenſu perficiuntur: in illis igitur ſola defuncti mens in animaduerſione eſt: quapropter ſi bona ſua alienari prohibuerit, ex cauſa tamen dotis diſtrahi poterunt[a]: quoniam ueriſimile non eſt, uoluiſſe eum à ſe deſcendentes fœminas indotatas agere: quod in prohibitione, quæ in contractu addita ſit, non procedit[b]. Eadem ratione ultima uoluntas poſterior, tametſi non omnino perfecta, priorem extinguit[c], cum aliud ſit in contractibus[d]: ex actu enim inutili uoluntas tamen proſpici poteſt, quod in legatis ſolùm ſufficit[e]. Item annuum legatum iuris interpretatione plura legata, plures obligationes continet: at ſi annuum quid dari nobis ſtipulemur, una erit obligatio[f]. Cuius rei ea uidetur ratio, quòd in legatis uoluntatem ſpectamus, quæ præſtationem pluries fieri decreuit, meritò plura ſunt legata: in ſtipulationibus ad formam uerborum attendimus, quæ unica eſt. Quarta cauſa originem à præcedenti ducit: ea eſt, quòd in ultimis uoluntatibus pœnitentiæ, reuocationiq; locus eſt, cum in contractibus quod factum eſt, infectum, quod ratum, irritũ, altero diſſentiente, fieri non poſsit[g]. Hinc ſi libertus de ſe benemerentem amicum donatione aliqua remunerauerit, non fiet cauſa patrono, ut in ſui fraudem id factum conqueratur[h], cùm ſi eam mortis dederit, ſecus ſit[i]: quòd enim huiuſmodi alienatio ex nutu eius reuocari poſsit, facillimè fraudis coniecturã tunc accipimus. Sic adoleſcens, cui curator datus ſit, abſque eius autoritate contrahere non poteſt[k], cum tamen teſtari, legare, cauſa mortis donare poſsit[l]: nec enim hîc ullum ſubeſt periculũ, ne damnoſe agat, cùm arbitratu ſuo omnia reuocandi ius illi ſit[m]. Quapropter ſi municipali plebiſcito cautum ſit, ne abſq; agnati conſenſu mulier contrahat, id tamen ualebit, q̃d donatione cauſa mortis tradiderit: non enim legis ratio, ne mulier decipiatur, locum hoc caſu ſibi uendicat, cum pœnitere poſsit[n]. quo exemplo & illud quoq; reſponſum fuit, cùm conſuetudine quadam peregrinorũ facultates, quacunq; eorũ ultima uoluntate reiecta, ad principem pertinerẽt, ſi donationis nomine quicquã ab his alienatum eſſet, non uideri fraudem fiſco factam[o]: quod eo magis recipiendum eſt, quoniam illud in confeſſo ſit, diſpoſitionẽ ſtricti iuris in ultima uoluntate inductam, ad contractus minimè producendã eſſe[p], nec è conuerſo. Quinta cauſa eſt, quia contractus etiam ex ſummi iuris rigore effectum habẽt, quòd de re ſua quemlibet diſponere poſſe iuſtum eſt: at ultimæ uoluntates indulgentia ſolùm quadam, diſpenſationeq; legis ſuſtinentur[q], cum in id tempus earũ effectus conferatur, quo quis mortuus eſt, nec res amplius ſua eſt: quo fit, ut ſuprema hæc iudicia, ceu ſpecialius quoddam auxiliũ à legibus conſecuta, legum ipſarũ naturã magis q̃ contractum imitentur[r]: quapropter & in legatis, & in legum iuſsionibus, ſi quicquam factum non ſit addita pœna, ſtatim fieri debet, ne in pœnam incidamus[s]: cum in contractibus nõ prius pœnæ locus ſit, quàm declaratum fuerit amplius fieri non poſſe[t]. Inde quoq; eſt, quòd prohibita à teſtatore alienatione, non magis dominiũ transferri non poteſt, quàm ſi lex expreſsim uetaret[u], cùm tamen in cõtractu prohibitio eam translationẽ non impediat, ſed in id quod intereſt agendũ ſit[x]. Cæterũ & cõtraria ratione inſtitutũ eſt,

a l. ſicut. C. de act. l. Lucius. de cuict.
b Bart. l. fin. §. idẽ quæſtuit. de condi. inde.
c l. fi. C. de non nume. pecu.
d xxij. q. ij. ne quis.
e Imol. c. inter p. de reu.
f l. quæro. loc.
g l. ſi unquã. C. de reuoc. do.
b l. inter ueſtẽ. de auro & argen.
i l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau.
k l. j. de uerbo. obliga.
l l. iubemus. C. de teſta.
m d. l. quæro.
n l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædil. edi.
o d. l. ſi ſeruus plurium. §. fi.
p l. ſi paterfa. in prin. de adop.
q l. ſi in teſta. in fi. de uulg.
r Bart. l. ita ſtipula. j. q.
s l. cerdonem. de oper. lib.
t Bart. l. non ſolum. de proc.
u l. iij. §. cõdemnatur. de re iudic.
x l. ij. eo. tit.
y Bart. l. ſtip. hõ diui. q. viij.
z l. quidam cum fil. de uerb.
a l. iiij. de regu. iur.
b l. Titia. ad l. gem fal.
c Bart. l. quæ trinſecus. de condi. & demonſt.
d In l. ſi quis maior. C. de tranſ.
e Paul. Aret. § Cato. v. oppa.
f l. iuriſgen. §. pen. de pact.
g Bart. d. l. ſtipulationes. q. 8.
h l. cũ ſtipu. ſita à Proculo. tit.
i Lin depoſiti. ff. depo.
k l. ita ſtipul. de uerbo. obli.

a l. in teſta. de regul. iur.
b l. j. ſ. eod.
c Bar. ſ. l. libero rum. Sali. l. ij. C. de iu. emp.
d auth. niſi. C. ad Trebell.
e Spec. tit. de loc. uerſ. cxx.
f l. cum acutiß. C. de fid. ubi Bal. in fin.
g l. teſtatrix. ſi ſer. uend.
h l. in uẽdendo. de cõtrah. em.
i l. j. de cond. inſtit.
k l. impoßibilis. de uerb.
l l. fin. C. com. de leg.
m l. fi. C. de ed. diui. Adria.
n l. fi. C. quo. bo.
o l. minor cui fid. de minor.
p l. receptum. comm. præd.
q l. ſi ex toto. §. j. de leg. j.
r l. ſi creditores. C. de pact.
s l. uel negare. ff. quem. teſt. aper.
t l. fi. §. ſed & ſi quis. C. comm. de leg.
u l. ſi arbitratu. de uerb. obli.
x l. Mutianæ. de cond. & dem.
y l. inter. l. ſeq qui ſat. cog.
z l. in omnibus. de iudi.
a auth. res quæ. C. ad l. falcid.
b l. nulla. C. de iur. dot.
c l. legatum ſub cond. §. fin. de ali. leg.
d l. j. de noua.
e l. fin. de rebus cred.
f l. ſi Stichũ. §. j. de uerb. ob.
g l. ſicut. C. de actio.
b l. unius. ſi quid in frau. pat.
i l. j. §. j. cod. tit.
k l. ſi curatore. C. de in integ. reſtit.
l l. Aurelio. §. Caius. de lib. leg.
m l. ſed interim. §. j. de donat. inter uir.
n Iaſ. l. ij. de leg. j.
o d. l. uiuus.
p l. nõ dubium. C. de teſta.
q l. j. C. de ſacroſan. eccleſ.
r §. diſponat. in auth. de nupt.
s gl. l. j. C. de his quib. ut indig.
t d. l. ita ſtipul.
u l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebell.
x l. ea lege. de cond. ob cau.

ut anteq̃ ultimę uolũtates legis fomento conualuerint, contractib. ipsis imbecilliores censeantur: quapropter ante conditionis euentum, in eis transmissioni locus non est[a], cùm stipulatio conditionalis nihilominus ad hæredes transeat[b]: firmius enim unicuiq; acquisitum id censetur, quod propria ope consecutus est, quàm quod alieno beneficio adipiscitur[c]. Vnde alimentis mihi ex contractu debitis, possim ex sententia mea transigere: cùm si postremo alicuius elogio debeantur, absq; prætoris decreto non possim[d]. Qua ratione sunt qui putent, in ambiguo disiunctiuæ obligationis casu ad legatariũ electionẽ spectare[e], cùm in contractib. ad debitorẽ ipsum pertineant[f]: differentiæq; rationẽ esse, quòd hæredis hac in re damnũ in animaduersione nõ est, qui & de lucro agit, & alieno facto fortunatus est, ut cui cõtigerit (quod poëta ille ait) Res non parta labore, sed relicta. Cui tamen rationi illud obesse uidetur, quòd traditum est, si manumissus à domino superstite seruus fuerit, peculium illi concessum censeri: sed si testamento ab hærede libertas ei legata sit, non censeri: quod argumentum tripliciter bene sanè dissoluit Accursius[g]. Ego etiam illud dici posse arbitror, ideo ita constitutum, ne dominus quicquã illi ulterius impendendi causam haberet, sed peculium illi pro alimentis sufficeret. Siquidem & apud Plautũ Epidicus ait: Nouo liberto opus est quod pappet. Cui respondet senex: Soccos, tunicam, pallium tibi dabo, præbebo cibum. Sed an potius id inductum credamus, quoniam qui hæredi seruum relinquit, necessariò relinquit[h]? at in necessitatib. non ita fit liberalitatis & munificentiæ larga interpretatio[h]: nam & traditum est alienationes, quæ testamentis fiunt, non ita facilè in fraudem cuiusquam factas uideri, quoniam necessariò fiant[i]: uulgò enim dicitur, superstitis est mancipiũ, & morientium sedes uiui occupant, nec nisi nudos orcus recipit.

a l.j. §. sin autẽ sub. C. de cad. toll.
b §. ex conditionali. Instit. de uerb. oblig.
c gl. l.j. C. si aduersus uen.
d l. cũ hi. §. planè. de transf.
e l. Lucio. de lega. ij.
f l. plerunq;. in fin. de in. dot.
g l. j. C. de pec. eius quib. lib.
h l. rem legatã. de adim. leg.
i l. ex hoc edicto. de ali. iud. mutan. l. reos. de solut.

D. AND. ALCIATI IV RISCONSVLTI, DE VERborum significatione, liber quartus.

CVM superioribus libris à nobis de quadruplici uerborũ significatione non indiligenter sit scriptum, supereſt ut de figuris & tropis aliqua subijciamus: quæ cùm mixtæ cuiusdam sint naturæ, operæprecium uisum fuit in hunc locum eas reseruare, quòd sat commodè non uidebantur posse supradictæ distinctioni coniungi: nam figurarum quædã solum ornatũ respiciũt, & hæ ad proprietatem ipsam pertinẽt, imò elegantiorem, & magis perspicuam orationẽ, quàm ex ipsa proprietate deprompta uerba faciunt, ut meritò Fabius Quintil. scripserit, Quæ bene translata sint, etiam propria dici solere. Quæ dam ad improprietatem penitus pertinẽt, & in uitium orationis inclinant, qualis est earũ maxima pars: aliæ ab usu prudentium autoritatem sumunt: nonnullæ ferè nihil à uerbis mutuantur, sed ex interpretatione uim omnem accipiunt, ueluti ut plurimũ sunt parœmię. Meritò igit̃ in ultimũ librũ recipiendum hunc tractatũ censui, præsertim cùm sic quoque gratiorem merem facturum hisce opinarer, qui iuris scrupulositatib. offensi, in amœniora studia diuertere desiderant: his enim hic libellus magis arridebit, qui nõ pauca ex humanioribus studijs cõtineat, quantaq; ueterum Iureconsultorum in eis diligentia fuerit, declaret. Velim tamen hi sciant, me non omnino ex Grammaticorũ, aut Rhetorum declarationibus, sed crassiore minerua, quod nostratibus Doctoribus magis placere deprædi, huiusmodi schemata & tropos interpretari: & sicut apud Ennium Neoptolemus philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino, haud placere: sic & ipsi mihi uideo cum Rhetoribus aliquantisper conuersandum esse, omnino haud placet. Quòd si ipsi in hoc argumento à Gammaticorum traditionibus recesserunt, æquo animo ferre debent, si Iureconsultus eos & ipse non omnino sequar, sed aliqua cõsultò innouanda duxerim, quæ huic nostræ professioni magis cõducere existimaui. Ex his igitur longè frequentissima est quam μεταφορὰν, id est, translationem uocant, sine qua nec quotidianus quidem sermo consisteret, cùm propter uocabulorum angustiam similibus plerunq; uti cogamur, uel quia propriũ deficiat, uel quia translatum proprio elegantius sit: ut cùm Iureconsulti adulterinam monetam, adulterinam scientiam uocant, & adulterari rationes dicunt, id est, conturbari, uel fallo describi[k]. Sic ambulatoriam uoluntatem, actionem, legis potestatẽ, stipulationẽ dicimus: sic uiam aperire, sic calcem pro fine, cunabula pro initijs plerunque reperire est: hinc anfractus litium antiquare, id est, extinguere: hinc defloratæ species, enucleatum ius, fræni temperies, nuda cõuentio: sic in promptu dicimus, ad manum, in pendenti, prima facie, laquei legum: sic inhiare cõmodis, quod à lupis translatum est: sic rempub. florere, dotem & donationem propter nuptias æquis passibus ambulare[l], tempora largiri, causam capitalem, quæ ad statũ pertinet, dicimus, & si qua similia, quæ nusquam in quocunq; autorũ genere non occurrunt. Ab hac non multũ distat quæ κατάχρησις, id est, abusio dicitur, cùm omisso proprio & peculiari nomine, aliud apponimus: ut cùm lex Iulia adulterium stuprũ appellauit, generalissimo nomine usa, cũ speciale crimẽ insequeretur: meritò Paulus, lex, inquit, Iulia stuprum & adulterium non promiscuè (ut habent uulgati codices) sed κατα-χρησιλωτροφῶς appellat φθορὰν. qua figura etiam parricidam dicimus, qui matrem interfecit. Sic & Caius inter gestum & factum, inquit, κατα-

k l. j. in fin. de scr. cor.
l l. fin. C. de donat. ante nupt.

χρησιν nihil interesse. Sunt qui generaliter catachresin definiant, quæ nomen suum proximo accommodet. Metaphoræ quoq; affines sunt parœmiæ, de quibus Erasmus Roterodamus locupletissimum, & immortalitate dignum opus iamdiu edidit, in quo solus uidetur mihi ueteres omnes superasse: is enim sic definiuit: Parœmia est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne. Sũt autem in iure id genus quamplurima adagia, quorum insigniora uir ille diligentissimus perquàm eleganter explicauit: qualia sunt, Glauci & Diomedis permutatio: Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus: Non soli Atridæ uxores amant: Pecunia absq; peculio fragilis: Officere luminibus: Cum sacco adire: Manu longa, manu breui: Actũ ne agas: Leonina societas: Illotis manibus: Longè lateq; Sarta tecta: Ruta cæsa. Cæterum quædam & nos ab eo, fortè consultò, prætermissa annotauimus, quæ quamuis non ita forsan elegantia sint, non tamen eiusmodi uisa fuerũt, ut silentio omittenda duceremus. Ea sunt, HERCVLIS CLYPEVS, in Hexastícho quod Iustinianus ipsis Digestis præposuit: οἷα τὶς ἡρακλῆι πωλαίολον ἀσπίδα τόξας. dicitur autem de re pulcherrima, & uarijs ornamentis insigni: ab Hesiodo sumptum, in opere cuius titulus ἀσπὶς. DVPONDII iuuenes: studijs tantũ initiati, in procœmio, à dupondio nummo, quasi duobus assibus æstimarentur: seu à pondere dupondio, quod & stater dicitur, & παρὰ δύο ἀχμωρ: sunt eñ adhuc modici ualoris, nos pupillos uulgò dicimus. Eodẽ pertinent, LYTAE & Prolytæ: quo nomine uocantur postquam perfecti, absolutiq; in ea disciplina fuerint. Sic eodem loco edictum perpetuum, sparsim & quasi PER SATYRAM collectũ dicitur prouerbiali schemate, à satyra lance ex uarijs ferculis nullo ordine collatis composita. Vnde & Sallustius in Iugurthino: Quasi per Satyram sententijs exquisitus in deditionem accipit̃: id est, non seruato ordine, ut seniores prius sententiam rogarentur, sed uti ipsi Imperatori libuisset. Eodem pertinet, quòd Sabinus à Pomponio Cato sui tẽporis dictus est. Sic SATVRNINVM recentiores quidam uice uersa uulgò dicunt, qui phantasticas, absurdas ue opiniones in iure ciuili sectatur: ab huius nominis Saturnino, quem Vlpianus notat. πῶς ἔπος, id est, ad uerbum prouerbialiter Vlpianus dixit, de his, qui congruenter interrogationi sibi factæ respondent, quod à nobis in Dispunctionibus diffusius explicatũ est. Id Cic. RESPONDERE AD ROGATVM dixit in oratione pro L. Flacco: Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quàm ad rogatum. EREMODICIVM Iurisconsulti appellant, quoties in iudicijs absente altera parte ius dicitur. Vnde qui facilè & citra contradicentẽ uictoria potiunt̃, eremodicio potiores dici possunt. Lucianus etiã ad calumniatores transtulit. Demosthenes separatim ἐρήμην δίκην appellat. In periuros quoq; prouerbiale est dictum, Vlpiano autore, πεπερᾶσθαι μὴ ὄμνυε, temerè ne iura: quod illis[a] superindici solebat, cùm fustium uel flagellorum ictibus subijcerentur. DVBIVS EVENTVS LITIS ex Scæuola[c] dici solet, apudq; nos ferè prouerbij loco usurpatur, apertissimamq; habet significationẽ. PROBATIONES de domo[f] uocant̃ nõ tam suspectę, quòd domestici testes non recipiantur, quàm cõfessiones, & ipsius accusati rationes, cùm quis proprio ore conuincit̃, & suo, quod dicitur, gladio iugulatur: quo sensu & Græcum adagiũ accipi potest, αὐτόθεν ὁ μάρτυς. VESPERTILIONEM appellari in iure[g] apparet eum, qui ne creditoribus satisfaciat, latitet, & uespere tantũ exeat, uel rationes conturbauerit: opinor ex Æsopi fabula, qua inter cætera proditur uespertilionem cum mergo societatem nauticam contraxisse, & summersa naui, cùm uterq; decoxisset, uespertilionẽ non nisi noctu, metu creditorũ uagari, mergum frequenter in undas se demittere, mercimonia amissa perquirentem: ut proculdubio male sentiãt, qui uespillonem, uel uersipellem pro uespertilione legunt. Traditur & quandoq; IACTVS retis[h] pro re dubia, & mera spe, qua plerũq; homines decipiuntur. A MANV quoq; uariæ parœmiæ deduci uidentur, ut cùm dicimus, de manu in manum, & per manus tradi, & ad manum nõ habere, & extra manũ demisisse, & manus iniectionem retinuisse. Emissam quoq; manum Modestinus dixit[i], pro cautione manu facta. Dicit̃ & manus pro arte, unde & manus precij Caio[k]. DOMVM quoq; suam unicuiq; tutissimum refugium Caius[l] scripsit, ex notissima testudinis opinor fabula. οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. OMNEM fortunam in sinu meo habui[m], prouerbialiter etiam dixisse uidet̃ Scæuola, non solùm eo sensu quo in manu, id est, potestate habere dicimus, sed etiam ut occultam, & sibi soli creditam rem ostenderet: unde & in sinu gaudere Ciceroni III. Tusculanarum: quamuis & alio sensu alibi accipiatur. ERRONEM quoq;, frequenter uagantem, & rebus nugatorijs tempora consumentem ex Vlpiano[n] dicere possumus, metapho ra ab erronibus seruis ducta. Ouidius in epistola Sapphûs: Nec uos erronem tellure admittite nostrum. Cui non multum absimilis est & miles qui EMANSOR dicitur, hoc est, ut Modestinus interpretatur, qui diu uagatus, ad castra reuertitur. FELICI diplomate uti dicunt̃[o], qui omnia præpropere agunt: ab his ducto prouerbio, qui cursu publico per dispositos equos omni tempestate contempta, nocte dieq; iter agunt: quod absq; principis diplomate (tractatoriã recentiores Cæsares[p] appellant) facere minimè concessum erat: cuius rei præter Iurecon ultos Plin. quoque ad Traianũ, & Corn. Tacit. meminerunt. ἐφημάτι quoq; frequenter Iureconsulti[q] dicunt, eo sensu quo nos, largo modo, solemus

a l. ij. de orig. iur.
b l. j. de senat. Bald. l. j. C. de sa. sanc. eccles.
c l. de ætate. §. quod autem. de inter.
d l. si diuo. in fi. de iurciu.
e l. quod debetur. de pec.
f l. pe. de testib.
g l. si ita quis ideò cuict.
h l. si iactum. de act. emp.
i l. quidam. de prob.
k l. mulieris. j. eod.
l l. plerisq;. de in ius uoc.
m l. qui testamẽtum. de prob.
n l. quis sit. §. erronem. de ædil. ed.
o l. cõtinuus. de uerb. oblig.
p C. de curr. publ. lib. xij.
q l. in summa. §. item Lab. de aq. pl.

dicere, ueteres nõ ad liquidum appellabant: id latius à nobis Diſpunctionũ lib. II. tractatum eſt. Cui ſignificationi non abſimile eſt, quod Vlpianus [a] παχυμερέσερον dixit, id eſt, craſsius & pinguí minerua: quo ſenſu & Aulus Gell. lib. XIIII. cap. I. utitur. PEDEM in fouea habere, id eſt, in periculo mortis eſſe. Pomponius [b] dixit his uerbis: Ego diſcendi cupiditate, quam ſolam uiuendi rationem optimam in octauum & ſeptuageſimũ annum ætatis duxi, memor ſum eius ſententiæ, quã dixiſſe fertur Iulianus: Et ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quædam uellem. COLOR quæſitus dicitur [c], cum id quod uerè agimus, ſimulatione aliqua obtegimus, ſiue fraudandæ legis gratia, ſiue alia ex cauſa id fiat: ſolentq; hoc loquendi modo Iureconſulti plerunque uti, metaphora, ut opinor, à Rhetoribus accepta, qui uerborum coloribus ueritatem plerunq; offuſcant. FACTVM tranſactum eſt [d], de re finita, & quæ amplius in dubitationem deduci non poſsit. Cicero in Catil. lib. III. Atque illud quod faciendum primũ fuit, factum atque tranſactum eſt: translatione ab eo ducta, quòd finis litibus per tranſactiones imponatur. CONNIVENTIBVS oculis Vlpianus ſcripſit [e], id eſt, per diſsimulationem, cum is qui uidet, oculos interdum claudit, dum perſpicere non curat. Accurſius ſtricta iuris ciuilis ratione non inſpecta interpretatus eſt.

DE PLANO [f] apud eoſdem fieri dicitur, quod facilè & abſque cauſæ cognitione conceditur: origine prouerbij à iudicibus ducta, qui grauiores & arduas cauſas pro tribunali ſedentes cognoſcunt: ubi uerò deſcenderint, in plano conſtituti, leuiora negocia decîdunt. Honorius Imperator LEVATO VELO [g] id fieri dixiſſe uidetur: Cùm cauſæ, inquit, huiuſmodi leuato uelo cognoſcantur: quod & ipſum prouerbiali figura non caret. IN FOLLE offerre Calliſtratus [h] intellexiſſe uidetur eum, qui ad liquidum rationes non reddit: metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marſupium oſtentant, ita tamen, ut nec qualis, quantáue ſit agnoſcatur: unde uulgari ſermone circunfertur, in folle merces non emendas. Illa quoq; à prouerbij uſu diſsidere non uidentur, cùm OMNI exceptione maiorem, dicimus integerrimæ fidei hominem. ISAVRICVM, pro atroci latrone, à uitio gentis. VSVRAS nauticas, pro centeſimis & magnis. SPARGERE aquam, pro demulcere & blandiri, metaphora ab equis ducta. HVMANITVS contingere, id eſt, mori. Sed & eôdem pertinet, quod alibi dicitur: SITIENTIBVS agris tuis alienos irrigas [i]. AEQVA quoq; LANCE dicimus, & PASSIBVS æquis, de his quæ ſimilia ſunt: unde & lance una trutinare apud eoſdem reperitur. Iuſtinianus etiam κατὰ πόδας fieri dixit, quod alienis ueſtigijs inſiſtere ueteres dicere conſueuerunt, cum quis de ſuo nihil addit, ſed aliena ſolùm recitat:

[a] l. quã Tuberonis. de pecul.
[b] l. apud. de fid. lib.
[c] l. ſed Iul. ff. ad Maced.
[d] l. tranſact. ff. eod.
[e] l. iiij. de manumiſſ.
[f] l. nequicquã. §. de plano. de offi. proc.
[g] l. penul. C. de nauſr. lib. xj.
[h] l. cum ſeruus. de cond. & de monſt.
[i] l. præſes. C. de ſer.

unde & VESTIGIIS inhærere ductum eſt. Vſurpatur eiuſdem Imperatoris exemplo [k], de re quæ amplius in uſu non ſit, ut AB AVLA receſsiſſe dicamus, translatione ab emeritis Palatinis iudicibus accepta. Idem quoque prouerbialiter loquutus uidetur, quum ſub finem Inſtitutionum, Sufficiat, inquit, hæc ſummo digito, & quaſi per indicem tetigiſſe: ubi Accurſius indicem digitum intelligit: ego poſſe etiam de tabula, ſeu ut Græci dicunt, elencho accipi arbitror. Sed & Gratianus [l] EMENDICATA ſuffragia appellauit, quæ leuiter cauſam adiuuant, ut potentium commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta. Prouerbialiter quoq; Gordianus dixit [m], NOXA caput ſequitur: quoniam ut Marcus Cato ait, nequiter factum ſemper durat, & reum comitatur. Sic & Ouidius: Pœna poteſt demi, culpa perennis erit. Sed & Conſtantinus Imperator [n], SVO MARTE, inquit, cauſæ diſcurrant: id eſt, ſuis uiribus, non autem aliunde accerſitis adminiculis. In iure quoq; pontificio eiuſdem monetæ pleraq; leguntur, quorum aliqua referre non omnino extra rem erit, qualia ſunt: COLLYRIO uno omnibus morbis mederi [o]. FACIBVS ſolem adiuuare [p]: quod de ſuperuacuis & abſurdis dici conſueuit.

FALCEM in alienam meſſem mittere [q]: de cognitionem, quæ ad alios pertinet, ſibi arrogantibus. PARIES dealbatus, ex actis Apoſtolorum pro diſsimulatore, & fœdo homine [r]. LABYRINTHVS, de re cõfuſa & inexplicabili: unde Labyrinthus erroris [s]. MARGARITAE ante porcos. ALTARE ſpoliat, ut aliud operiat. MINGERE ad parietem. Mus in pera. Serpens in ſinu [t]. Fruſtatim lupus comedit agnum [u]. Malus choraules bonus ſymphoniacus [x]: & ſi qua ſimilia. Cæterum & uulgò ex Accurſio recentioribusq; interpretibus quædam nobis in uſu ſunt, non omnino indecora, ut quibus ſola uetuſtatis opinio deſit, cætera quæ prouerbio neceſſaria ſunt, abundè ſuperſint: ut cùm de re difficili, AFRICANI LEGEM dicimus [y], quòd huius Iureconſulti reſponſa, quæ paſsim in corpore leguntur, obſcura ſint, & interpretatione indigeant. QVID AD rhombum [z]? de his quę ad collationẽ admitti non debent, uel nihil ad rem propoſitam faciunt. uidetur à piſce rhombo optimi ſaporis deductum, cuius cognitionem ex Iuuenalis carmine habuit Accurſius, REM non nouam aggredi [a]: de his, qui uxores uetulas accipiunt, obiectum riſus cauſa ab auditoribus Bulgaro, cum huiuſmodi uxorem duxiſſet, & mane conſtitutionem, cuius initium illis uerbis conceptum erat, auſpicaretur. OB ſolum punctum caruit Robertus Aſello [b]. Ortum ex hiſtoria, quam Albertus Roſat. recenſet. Robertus opulenti ſacerdotij, cui Aſinus nomen, ut uocant, Abbas erat, cæterum auarus, & inhoſpitalis: quapropter carmen, quod pro foribus monaſterij proſcriptum erat,

[k] l. nec in arb. C. de arb.
[l] l. accuſ. C. de accuſ.
[m] l. licet. C. ex ſer. ex del.
[n] l. j. C. ne lic. pot.
[o] xxix. diſt. ceſſe.
[p] vj. q. j. ſi omnia.
[q] Clem. uenerabilis. de cleri.
[r] xxiij. q. j. ratus.
[s] xxix. diſt. §.
[t] c. etſi. de iud.
[u] §. quia ergo. xiij. q. j.
[x] xvj. q. j. legi.
[y] Iaſ. l. quæ ſtis. ſol. in gr.
[z] gl. auth. licet. C. de nat. lib.
[a] gl. l. rem nõ nouam. C. de iud.
[b] Alber. in dict. punctus.

erat, cõmutato puncto inuertit, Porta patens eſto nulli, claudaris honeſto. Id cùm Põtifex Romanus reſciuiſſet, ſacerdotio hominẽ priuauit: unde in fabulam uulgi tranſijt, prouerbialeq; carmen ortum, de modico momento, rem magnã amittentib. OVA hodie præſtãt, quos lux det craſtina pullis [a]. uulgare carmen repræſentationis utilitatem * uerſus procraſtinatores oſtendens, quale eſt apud Plautũ, Nihili coactio: in Aulularia. Sunt coactores, quí in iure Collectarij dicũtur [b]: hi in auctionibus reliqua publicanorum ſolent emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorum procraſtinationem nequiuerunt exigere. uæneunt autem huiuſmodi nomina, cùm mala ſint, modico precio, quod uſu etiamnũ uidemus. Horat. Si præco paruas, aut ut fuit ipſe coactor Mercedes ſequerer. Meminit & Suet. in Veſp. itemq; Seneca. CVI aduenit unum, non aduenit ſolùm [c]: prouerbialiter dixit Accurſius, quòd uno ex malo plura conſequantur: unde & poëtis CATENATI labores dicti. DOMINVS cùm rogat, præcipit [d]: & id habet apertam ſignificationem. QVALI ſueruex, talis offa [e]: uidetur non abſimilis ſignificationis eſſe illi, Similes habent labra lactucas: cùm par pari refertur. ASINVS aſinum non prændit [f]: de æmulatione, quæ inter æquales eſt, cùm alteri quis cedere negat, quia paris fuerit cum eo conditionis. HEBRAEVS nihil Hebræo, Catilina Cethego [g]: cùm idcirco alteri quis obijcere aliquid criminis nequit, quòd & ipſe eodem laboret morbo. non abſimile illud Iuuenalis carmen, Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegũ. TEMPORE quiſq; duos lepores ſectatur eodem [h], Aut neutrum, aut certè non capit ille duos. uulgatum carmen, illi Iuuenalis non diſsidens, Pectora noſtra duas non admittentia curas. Nec item illi Palladæ in epigram. γδυόμδν@ παύτων ἔσχε ἓλεσσον. Omnia qui guſtas nil propríj ſed habes.

TANTI offa, quanti panis intinctus [i]: de his quæ diuerſa exiſtimantur, cùm eadem effectu ſint. Citãtur & prouerbij nomine ab Accurſio Ouidij illi uerſus:

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,
Vicinumq; pecus grandius uber habet.

Sicut & ab Iaſone [k] illud Vergilianum, Apparent rari nantes in gurgite uaſto: in materia difficili & latiſsima, ad quam tamen extricandam pauci interpretes acceſſerint. Sed & Picus quoties Bartolum, aut aliũ magni nominis doctorem inceſſeret, ſolebat hoc Ouidij afferre:

A cane non magno ſæpe tenetur aper.

REVOLVTO mantello, ex uulgari ſermone dixit Accurſius [l], cùm contrarijs exceptionibus quis aduerſus diuerſos utitur, ab his ducta metaphora, qui ut ſcenæ ſeruiant, mutant pallium. Et hæc quidem, quod ad paroemiã attinet, ſatis & ſuper, ne de fæce (quod ille inquit) haurire uidear. Ad reliquas igitur figuras tranſeundum.

[a] l. cum hi. de tranſact.
[b] l. quiſquis. C. ſi cert. pet.
[c] gl. in auth. ut iudi. ſine quo. uerb. illicito.
[d] gl. l. j. quod iuſſu.
[e] gloſ. l. quod in hæredẽ. §. eligere. de tribu.
[f] gl. l. j. §. uetere. de acquir. poſſeſſ.
[g] gl. l. quoniam. C. de iudæ.
[h] gl. l. nemo. C. de aſſeſſ.
[i] Iaſ. l. quæ extrinſecus. de uerb. oblig.
[k] Iaſ. l. recõiun. ff. de lega. iij.
[l] gl. l. Pap. §. ſed nec imp. ff. de inoffi. teſtam.

APOSIOPESIS, id eſt, reticentia, apud nos eſt, cùm tacemus, quod dicendũ erat, ſed ita tamen, ut ſubintelligi poſsit. Hæc apud oratores habet affectũ uel iræ, uel ſolicitudinis, uel id genus ſimilem, apud nos nõ item: quare quoties Iureconſultus quæſtionem refert, nec expreſſe decîdit, ſi affirmatiuè thema proponit, cenſetur etiam affirmatiuè decidere, ſi negatiuè, cenſeẽ & negatiue reſpondiſſe [m]. Ἐνδιαδύω, quoties ex duobus unũ dicitur: ut, Pateris libabat & auro, id eſt, pateris aureis. Sic Scæuola [n]: Semiſſem patrimonij & portionis reſtituant, id eſt, patrimonij in portiones diuiſi. Sic Iuſtinianus: Exigat quod legitimè, uel quod pacto debetur, id eſt, legitimo pacto. Cui nõ abſimile, cùm lex, Arguamus, inquit, id eſt, arguendo conuincamus [o].

PROLEPSIS, quędam anticipatio, quę fit ex mente defuncti, credentis id aliquo tẽpore futurũ, quod prius acciderat. unde dicitur poſthumus, etiã qui uiuo teſtatore poſt teſtamentũ natus eſt [p]. Cui nõ abſimile, cùm inſulam appellamus, quæ amplius nõ eſt, ſed fuit. Sed & ex deſtinatione animi nomen attribuitur, cùm dos dicitur, quæ uerè dos non fuit [q], ſed deſtinatione tantũ: & cùm uenderes, interpretamur, id eſt, uendere uelles [r]. Cæterum & quãdoq; diuerſas res præcedentes neutro adiectiuo omnes terminamus, q̃d Zeugmatis genus eſt, ut cùm dicimus, uxori ueſtem, ornamẽta, mundũ, aurũ, argentũ, quod eius cauſa paratũ eſſet, omne lego [s]: intelligitur legata etiam ueſtis eius cauſa non parata.

ANTONOMASIA eſt, cùm ius ciuile Romanorũ appellamus, per excellentiã κατ' ἐξοχήν. Sic Vrbs abſolutè pro Roma: quę & quãdoq; urbs æterna dicit [t]. Auſonius: Vrbis ab æternæ deductã rege Quirino. ut errent qui ibi Hectoreæ legunt.

SYNECDOCHE, cum pars pro toto. lego portionem domus, in qua conſueuimus morari [x], intelligitur etiam de tota: nam & plerunq; de parte ad totũ in iure ratiocinamur. Huc pertinet etiam, cum totum pro ſingulis ſui partib. ponimus [y], ut quo anno, pro qua anni portione: pro tempore, id eſt, pro quacunq; temporis parte: ſic & eodem die dicimus, pro eius diei quacunq; parte.

PROTHESIS, ut cũ dicimus, de dote prælegata: præ abundat [z].

HYSTEROLOGIA, conuerſus ordo, ut cum Iureconſultus prius determinat ſecundam quæſtionem quàm primam [a]. dicitur etiam hyſteron proteron.

SYNCOPA, cum de medio tollitur, ut hæres meus dare damnas eſto, id eſt, damnatus: alij tamen damnes legunt, ea ratione qua & copes dicitur copioſus. Sed ego ueterem lectionem magis probo.

LYPTOTE, id eſt, defectiua, cum minus dicimus, plus intelligimus: ut cum Scæuola interrogatus [b] de eo, quem mater in actis profeſſa erat ex alio, quàm ex marito ſibi natum, reſpondit ueritati locum ſuperfore: intellexit

[m] l. cum fundus. §. ſeruũ ſi certum pet.
[n] l. Lucius. §. Caio. ad S. C. Trebell.
[o] l. iij. §. poſſumus. nau. cau.
[p] l. iij. §. j. de iuſt. rup.
[q] l. ſi ſeruo. ff. de iur. dot.
[r] l. ſi rem. §. ſi cum mihi. de præſcri. uerb.
[s] l. hæres. §. uxori. de leg. iij.
[t] §. ſed Ius. Inſtit. de iur. nat.
[u] l. j. C. de ſud. lib. xj.
[x] l. uxori. in prin. de leg. iij.
[y] l. quæ de tota. de rei uend.
[z] gl. in rubri. de dot. præl.
[a] l. iij. §. Labeo. de incend.
[b] l. fin. de probat.

enim non ſtari dicto matris, & præſumi filiũ marĩti, ſi in domo uicinis ſcientibus natus ſit. Idem eſt cùm, non ademit legatũ, dicimus[a], id eſt, dedit. Eius contraria AVXESIS, id eſt, augmentatiua, ut cùm Papin[b]. Huius inquit, rei fortiſsimum argumentum eſt, cùm loqueretur de argumento à contrario ſenſu, quod tamẽ plerunq; ſubuertitur: ſic & quandoq; euidentiſsimum dicitur, quod ſolis conſtat[c]. PLEONASMOS, cùm dictio abundat: ut cùm quis dicit, ſe oculo uidiſſe monachum[d]. Cui non multum apud grammaticos diſsidet PARELCON, quę eſt ſuperflua uocis additio: ſed apud nos frequentior eſt, quæ Græcè πλεοναζέσα dici poteſt, id eſt, ut ita dicam, ocioſitas, cùm aliqua dictio uel etiam clauſula additur, quæ minimè ad rem, de qua agitur, neceſſaria ſit, ita ut etiam ſi ea deſit, nihilominus idem iuris fuerit conſtituendum[e]: & propterea uulgò ſolet dici, ex uerbis facti narratiuis, enunciatiuis'ue non ſumi argumentum[f], niſi in eis ſpecialiter lex deciſionem ſuam conſtituat. Huc pertinent Vlpian. uerba[g], quòd ait lex, cùm filia adulterũ deprænderit, ocioſum non eſt: uoluit enim in ipſa turpitudine deprændi, quod Solon & Draco dicunt ἀρῤῥᾳ φ' ἁρθρους ἔχοντα, id eſt, obſcœna in obſcœnis habentẽ: ueteres tamen codices φ' ὅρῳ caſtigatius habent. Intelligit Vlpianus ocioſum, id eſt (ut nos non ſatis eleganter ſolemus dicere) non ſine myſterio: quo ſenſu & Fab. Quintil. frequenter utitur. Plinius ad Traianum, itemq; Scæuola[h] ocioſam pecuniã dixit repoſitam, ex qua quis lucrum non faceret: aliquando etiã uacua dicitur[i]. EPANADOSIS eſt quædam correctio, ut cùm dicimus[k], Stichus, imò Pamphilus liber eſto. CAVILLATIO, cùm quis ſcienter falſo argumento utitur[l], aut uerba captat: nam, ut inquit Cicero oratione pro Au. Cecinna: Sermo hercle familiaris, & quotidianus, non cohærebit, ſi uerba inter nos aucupabimur: denique imperium domeſticum nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris cõceſſerimus, ut ad uerba nobis obediant, non ad id, quod ex uerbis intelligi poſſit, obtemperent. Extat & facetus Aeſopi mythologi iocus, qui ſimulans domini iuſsis parêre, unicam lentem emit, cùm ille indefinitè lentem emi mãdaſſet. Quintilianus metaphoræ ſpeciem eſſe arbitratur, cùm indefinita pro uniuerſali, ſingulare pro plurali ponitur. HYPERBOLE, exceſſus, ut cùm lex probationes luce clariores requirit[m], uel momento fieri iubet, quod ſatis eſt, ſi nullo extraneo actu interueniente fiat[n]. Itẽ cùm Antonius Imperator ſe totius mundi dominum dixit[o], qui nec Perſis, nec Scythis, neque Sarmatis unquam imperauerit. Eôdem pertinet & Conſtantij conſtitutio[p]: Qui adorant, inquit, fabricenſes noſtrã æternitatem: quã hyperbolen Ammianus Marcellinus hiſtoriæ libro XV. irridet. Fit quandoque hyperbole etiam diminutionis cauſa, ut cùm locationem dicimus uno nummo fieri, uel cùm fundum appellamus palmum terræ: cuius rei Accurſius meminit[q], & hac ratione dicit conſtitutum, ne ſtipulatio fundi in genere ualeat, quia dando palmum terræ debitor liberaretur: uiderat, opinor, ipſe Accurſius Ciceronis carmen in ioculari libello, Fundum Varro uocat, quem poſsim mittere funda, Ni tamen exciderit, quà caua funda patet. Hyperboles exemplũ eſt etiam in cõtractibus, ut cùm equi uenditor eum commendans dicit, meliorem eſſe equum, qui ſit in Italia: huiuſmodi enim generalitas tanq; ὑπερβολικῶς dicta nõ obligat, idq; pleriſq; uidetur. Eſt & ANAPHORA, id eſt, relatio, cuius uaria exempla in iure habemus, cùm & ipſa uarijs modis fiat: quandoq; emẽ fit relatio ad eandem dictionẽ in principio orationis[r]. quandoq; nõ fit ad dictionẽ, ſed ad tempus: ut cùm lex dicit[s], nepotes poſt aui mortem conceptos, illis cognatos dici non propriè, ſed κἀναφορικῶς. quandoq; aliis modis. Eſt & EPANALEPSIS, cum maiore ſignificatione facta repetitio[t], quã ſimpliciter nos geminationẽ dicimus: & multi effectus eſt, ſiue clauſulam geminatam dicamus, ſiue ſolam uocem: ut ſi princeps iudici dicat, tu tu cognoſcas, non demandabit alij cauſam, ut Baldus putauit[u]. Illud non dubium, geminationẽ ex interuallo factã, maiorem uim habere: quod & communiter proditum eſt[x]. Eſt & alia geminationis ſpecies, quæ in uitium tranſit, & nullius effectus eſt, ut PERISSOLOGIA, id eſt, uerborum adiectio ſuperflua, quam & Conculcationem noſtrates uocant[y], cuius quoque exempla plurima in Iuſtiniani Authenticis habemus. Vlpianus[z]: Vitium morbumq; ædiles dixerunt, tollendæ dubitationis gratia ἐκ παραλλήλου. id etiam à grammaticis τὸ αὐτὸ dicitur. Quandoque eorundem uerborum inducitur repetitio, quæ BATTOLOGIA eſt, cuius exemplum apud Ouidium Metamorph. libro II. Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis, ait. Quandoque huiuſmodi geminatio, diuerſam ſignificationem inducit[a], ut cùm dicimus, qualis qualis, pro qualiſcunque: ubi ubi, pro ubicunq;. Eſt & quæ NVGATIO dicitur[b], cum quis uerbis quidem aliquid dicere uidetur, efficitur uerò nihil: ut cũ creditor alienationi pignoris conſentit, ſaluo iure ſuo. Eſt etiam PARALLAGE, quæ per literarũ tranſmutationem fit, ut in eo, qui cùm Cratinum ſeruum ſolum haberet, Cratiſto libertatem legauit[c]: ualet enim legatum. Cui non abſimile quod dicitur de eo, qui monumentũ inſtar illius, ꝗd erat Pub. Septimij Demetrij, fieri iuſſerat, cùm ſolum reperiretur, quod erat Pub. Septimij Damæ[d]. Eſt & ſubaudítio, qua ſæpe Iureconſultus uel taxatiuam uel augmentatiuam dictionem ſubintelligit. In taxatiua exemplũ eſt apud Venuleium[e], cũ morbum ſonticũ dixit, qui perpetuus noceret, nõ qui tempore finiretur: ſubauditur, tantum,

a l. legata. de adi. leg.
b l. j. de offic. eius.
c l. ſi conſtante. ſol. mat.
d xx. q. iij. præſens.
e l. qui Romæ. §. Callimach.
f gl. in l. j. C. quando non pet.
g l. quod ait lex. de adul.
h l. qui ſemiſſes. de uſur.
i l. Quintus. de poſ.
k l. Stichus. de man. teſt.
l l. j. de regul. Cat.
m l. fin. C. de prob.
n d. l. continuus.
o l. deprecatio. ad leg. Rho.
p l. ij. C. de fab. l. ei.
q l. cum poſt. §. gener. de iure dot.
r l. ij. in prin. C. de offic. præf. præt.
s l. item. de ſuis & leg.
t l. baliſta. ad Trebel.
u Bald. c. ſi. de offi. deleg.
x Iaſ. l. j. colum. viij. de offic. eius.
y gl. l. lecta. ſi cer. pet.
z l. j. de ædil. edict.
a l. gerit. de acqui. hær.
b gl. l. ſi debitor. §. j. quibus mod. pig.
c l. qui habebat. de fid. lib.
d l. in teſtamento. de condit. demon.
e l. final. ff. de ædil. edict.

tantũ. Sed quid ſi ex tẽpore cum antiquis codicibus legas, id eſt, ſtatim? Melius itaq; Vlpianus, Furti actionẽ[a], nõ dominus rei ſurreptæ, ſed & ipſe habet: intelligitur enim non dñs tantũ. Sic Cicero lib. de offic. II. eam orationem ſuſceptam dicit, nõ de filio, ſed de toto genere: ſubauditur, de filio tantùm. Augmentatiuæ exemplum eſt apud eundem Vlpianum[b], dum ſcripſit, Si duo filij in poteſtate patris ſunt, eorũ munera patrem non ſubire: intelligitur enim, maximè ſi in poteſtate: nam nec emancipatorũ quidem ſubit. Idem apud Calliſtratũ[c]: Scio, inquit, propter rem minimam quenq; non reſtitui, ſi maiori rei præiudicetur: ſubauditur, maximè. Eſt & AMPHIBOLOGIA cùm ambiguitas oritur, uel ex ſingulis uocibus, uel ex coniunctis, de qua elegantiſsimè per Fab. Quintilianũ lib. VII. noſtri Iureconſulti ſub rubrica, de rebus dubijs, pleraq; attigere. Huic affinis eſt & ille locus, quem tractatum πρὸ ἄκρου ueteres dixerunt[d]: fit, quoties quicquid cõſtituerimus uerũ eſſe, falſum reperitur. Eôdem etiã pertinent quæ perplexa dicuntur, quorum exemplum & in ſucceſsionibus, & in ſtipulationibus habemus[e]. Eſt & τμῆσις, id eſt, ſectio, cũ uox in duas partes diuiditur: ut cùm lex iubet[f] ſatis poſſeſſorem dare, uel cum uſu hominem cepiſſe ait, id eſt, ſatiſdare, & uſucepiſſe[g]. Eſt & DIALYTON, cùm ſine cõiunctione aliqua clauſula conficitur, noſtri appellant ſolutam orationem[h]: figura non ſolùm nobis cum Grammaticis cõmunis, ſed etiã cum Rhetoribus. Eſt & quandoq; IRONIAM reperire, cùm uerba oppoſitum eius indicant, quod nos reuera ſentimus: Latini etiam diſsimulationem uocant: ut cùm lex, Pater, inquit, filium exhæredauit[i], maximã ſcilicet ad illum affectionem oſtendens. Videtur & quandoque Iureconſultus per Oxymorũ ſeu Gryphum, qui ænigmatis eſt ſpecies, uoluiſſe lectorẽ morari: ut cùm dixit[k], ante diem X. Calendarum, & poſt diem X. Calendarũ: utroq; ſermone XI. dies ſignificatur, ꝗd loco ſuo explicaturus ſum. Eſt etiã ἀκυπόνοια, cùm præter expectationẽ aliquid reſpondetur: ut, promittis centũ? tu reſpondes, Arma uirumq; cano[l]. eius exẽpla apud Ariſtophanem pleraque. Sed & Plautus in Aſin. Ad pedes quando alligatus es, equum centupondium, ubi manus manicæ compleæ ſunt, atq; adductæ ad trabem, nec dependens, nec propendens, quin malus nequãq; ſis: hæc enim uerba, quin malus, nequamq; ſis, ſunt per ἀκυπόνοιαν dicta. Non multum illi abſimilis ἀπόνοια, cùm à propoſito quis cadit, hoc eſt, ἐκτὸς νῦ. Malum eſt, inquit Auguſtinus, cadere à propoſito[m], ſed peius ſimulare propoſitum. In id uitium incidiſſe uidetur Modeſtinus, dum ſub rubrica de pignoratitia actione, C. Seium quem prius creditorẽ appellauerat, debitorem dicit: ſi tamen fidelia ſunt exemplaria. Eſt & TRACTVS, cùm uerbo utimur, quod non ſolùm ad præſens tempus refertur, ſed futurum quoque comprændit, quod Iureconſulti ſolent πρεπτικῶς dicere[n], id eſt, cum extẽſione: unde apud Græcos præteriti perfecti nomen. Vlpianus: Si inteſtatus mortuus eſſet[o], πρεπτικῶς non ad mortis tempus referuntur. Sed & alibi hæc uerba, neq; defenderetur[p], πρεπτικῶς ſcripta ſunt, ut neque ſufficiat unquam defendiſſe ſi non duret defenſio: neque obſit, ſi nunc offeratur. Qua ratione, egerit, quandoque interpretamur, id eſt, agere perſeuerauerit. Eſt & δωάμις, quæ & poſsibilitas. Sabinus[q]: Qui à fideiuſsione petit, πρὸ δωάμει, à reo petit: nam & pleraque uerba, quæ effectum ſignificant, ad potentiam ſolùm referũtur: ut cùm lex dicit, Si qua pluuia noceat, id eſt, nocere poſsit[r]. Sic, committunt ſe partes prætori[s], id eſt, committere poſſunt. Sic, cõpetit, id eſt, competere poterit[t]. Sic finitũ dicitur, quod finiri potuit[u]. Is quoq; modus loquendi ad figuram pertinet, cùm præſumptum pro uero ponit: ut, magnũ damnũ non eſt in mora modici temporis[x], id eſt, eſſe nõ præſumitur. Et, natus in domo uicinis ſcientibus eſt filius, id eſt, eſſe præſumitur. Et ratio eſt, quoniam præſumptio pro ueritate in iure accipitur[y]. Sed & quandoq; id appellamus eo nomine, quo prima fronte uidetur, licet eiuſmodi non ſit: ut cùm lex accuſatum arbitrio iudicis[z], pro innocentia perſonæ remittit: intelligitur enim prima facie innocentem, licet diſcuſſa cauſa reus appareat. Sic & quandoq; ab eo quod fieri debet, quis nomẽ accipit: ut cùm dicimus, intelligo, id eſt, intelligere debeo[a]. Appellauit propter uiolentiã iudicis[b], id eſt, appellare debuit. ALLEGORIAM autem non temerè apud Iureconſultos reperies: cùm enim perpetua & remota ſit trãslatio, apud nos in uſu eſſe nequit, qui ex uerbis uoluntatem conijcimus: alioquin quot capita, tot eſſent ſententiæ, uerumq; id carmen faceremus, quod à Iaſone audiui, cùm de recentioris cuiuſdam in tractatum de pactis interpretationibus ſententiam rogatus eſſet: Campana[c] ſonat, phantaſticus quod ſomniat. Sunt tamen qui huc trahant cùm Iureconſultus ait[d], Imperium eſt gladij poteſtas: nec enim de fabrili gladio materialiter, ut ita loquar, dicitur, ſed ἀλληγορικῶς de iure puniendi facinoroſos homines. SOLOECISMVS quoque raro occurrit, tametſi ſunt qui à Solone legumlatore dictum putent, quòd is in legibus ſuis pingui minerua loquutus ſit: noſtri enim autores puri ſermonis obſeruantiſsimi fuere: niſi quis ſolœcum putet, cùm dixit Vlpianus[e]: Si quis in graui ualetudine affectus: præpoſitio enim abundat. Cumq; Caius teneri uenditorem ad intereſſe dixit[f], cùm in id quod intereſt dicendum fuiſſet. Sed excuſatur exemplo græci ſermonis: ſicut & Perſius, Noſtrum iſtud uiuere triſte. Et Vergilius: Donat habere uiro. Quod & Fab. Quintilianus annotauit. Eſt & ſolœci ſpecies, quam αὐτιπτωσιν dicere

a l. j. furti aduerſus naut.
b l. iij. §. fin. de mun.
c l. ſcio. de in integ. reſtit.
d l. qui CCCC. ad leg. falcid.
e l. æquiſſim. ad Tertull. l. ſi Titi. j. de uerb.
f l. quod ſi ſpeciali. de mino.
g l. ſi poſt acceptum. eod.
h l. ſæpe. j. cod.
i l. cum quidam. C. de lega.
k l. amiculus. j. cod.
l l. quæ extrinſecus. de uerb.
m xij. q. j. certè.
n l. Caius. de pignor. act.
o l. j. unde leg.
p l. iij. ex quib. cauſ. in poſſ.
q l. aduerſus. de arbit.
r l. j. in prin. de aq. plu.
s l. j. §. & poſt. de oper. no.
t l. ſi quis prioris. in prin. C. de ſecun. nup.
u l. j. C. de pœn.
x l. ſi debitori. de iudi.
y l. fin. de prob.
z l. j. de cuſt. re.
a xxij. q. v. qui cunq;.
b l. j. §. ſi quis ipſius. quãdo appell. ſit.
c l. peluis.
d l. imperiũ. de iuriſ. om. iudi.
e l. v. ad Syll.
f l. quod ſæpe. in fin. de cond. trahen. empt.

possumus, cùm casus pro casu ponitur: ut, Eam quam frater instituit[a], nihil prohibet fideicõmissam peti: pro, ab ea qua. Cui similis ἀλλόθετα, cùm numerus pro numero ponitur[b], cuius exemplũ nõ rarò occurrit. BARBARISMVS uerò procul omnino abest, tametsi uulgari consuetudini non parũ tribuisse Iureconsultos appareat: ut cùm liberũ pro filio singulari numero dixerunt[c]: & exorcizare cantaminibus mederi[d], ex uulgari impostorũ uerbo: & denaria neutro genere[e]: sed utrunq; à græco acceptum est. Quapropter & in Modestini responsis de excusatione tutorũ, & in Iustiniani authenticis, non spectandam latinitatem faterer, quandoquidem eos constat græcè scripsisse, eorumq; libros in latinum sermonẽ ab homine uersos, qui nec græcè, nec latinè sciuerit. Laurentius tamen Valla, ut maximæ uir doctrinæ, ita & supra uires suas audax, nec à Iureconsultis quidem temperauit, quò minus illis diem diceret, & de uerborum quorundã significatione, ceu latinæ maiestatis læsæ, reos faceret: cuius accusationis nouem & uiginti capita breuiter ego confutanda duxi, tum ut tantam eius arrogantiam nescio, certè φλαυτίαν, aliquatenus retunderem, tum ut hi literatores non esse temerè à nostris recedendum cognoscerẽt, & ueriora à Iurecõsultis, etiam in alienis professionibus tradi, quàm ipsemet Valla, alioquin Grãmatici eorum præstantissimus, in propria arte commentari potuerit. Primò Iustiniani sententiã nõ approbat, noxam appellantis ipsum quoque serui corpus quod nocet, noxiam uerò maleficium: qua in re & Beroaldum sectatorem habuit. Ego apud ueteres Noxam à nocendo dictam inuenio, unde præter pœnam etiam nocumentũ significare. Ouid. Sine noxa luce bibuntur. Meritò ergo seruus qui nocuit, noxa dici potest: sicut & ἄτη illa Homerica, noxa appellat. Noxia uerò, ipsa est culpa, seu maleficiũ. Plaut. Bacch. Sat sic suspectus sum, cùm careo noxia. M. Manl. Quin etiam infelix uirtus & noxia felix. Vnde meritò Seruius Vergilium noxam pro noxia dixisse scripsit, Vnius ob noxam: quo exemplo & alij ueteres sæpius utuntur, quod & alibi attingam[f]. Secundò Iustinianum irridet, qui testamentum dixerit, testationẽ mentis esse, autoritateq; Gellij nititur, alioquin & ornamentum, uestimentũ, pauimentum, idq; genus similia, à mente deducerentur. Respondeo, non etymologiam ibi Iustinianus adducit, sed allusionem, qualem Grammatici paronomasian, Rhetores parison habẽt, solũq; in ea nominis conformitas spectatur: quod & Fab. Quintil. non latuit, cùm non ad originem uocis, sed ad soni similitudinem referatur, ut hoc casu eò melior fuit allusio, quòd ueritatem etiam respicit: in testamentis enim mens potissimum dominatur. Tertiò negare uidetur mulieris appellatione uirginem contineri, quod Caius affirmauerat: at ego idem aio, cùm ad sexum hęc uox refertur, quandoquidem nec etymologia repugnat, cùm Lactantio autore, à mollitie mulier dicat. Quarto, aduersari Martianum Vlpiano ait, quòd ille munus rectè dici, quodcunq; donum sit: hic donum generis nomẽ, munus speciei asse ruerit. sed difficillima non est resolutio, cùm munus generaliter acceptũ, etiam officia & onera comprehendat, tum etiam quamcũq; largitionem significet, siue cum causa, siue absq; causa: at si specialiter pro largitione tantum ponatur, tunc largitionem cum causa. Nec mirũ est eandem uocem & specialiter & generaliter accipi, ut in iurisdictione adoptio neq; dicimus: quã rem, sicut & alias plerasq; alibi, nimirum locis suis, diffusius tractabo. Quinto, Vlpiani sententiã confutat, peculiũ pusillam pecuniam appellantis: confingitq; absq; aliquo autore peculiũ id esse, quod quis industria sua lucratur. at aliter ex autoribus dicendum est, qui peculium matrimoniũ testatoris appellãt: quia olim census Romanorum in pecore erat, unde & pecunia dicta: cæterum quoniam diminutiua forma peculium profertur, pro parte census accipi cœptũ est, qualem seruis dñi concedunt, qualemq; filij familiãs à patre separatim habẽt. addit & Celsus, ex consuetudine rusticorũ senum sic eam partem patrimonij dici, quam quis in numerato, & ad casus repentinos repositam habet. Græci thesaurum dicunt, quòd reposita sit εἰς ὕστερον, id est, in crastinum, seu futurũ tempus fruenda: unde & θησαυρίζειν reponere est. Sexto, in Modestinum inuehitur, qui possessionem dixerit ab agro iuris proprietate distare: ridiculumq; & imperitum eum asserit, qui substantiam rei diffinire uolens, de qualitate disseruerit. at ego Valla respondeo, quod alij obijcis uitium, id tibi est, qui nescis ueteres possessionem appellasse fundum per usucapionem acquisitum, quo casu non iure domini in eius usu defendimur, sed autoritate legis: atque ita in lege XII. tabul. accipi, Festus quoq; Pomp. autor est. Vnde apparet, non qualitatem, sed substantiam à Modestino definiri: quod in eius responsi declaratione infra latius ostendetur. Septimo, in Nouali uisus est à Paulo dissentire, dum terrã proscissam esse, quæ anno cesset, Paulus ait: Valla etiam Nouale dici, aruum nuper, & cum magna cura ad culturam redactum: sed & id opinor non negasset Paulus. Octauo, Librum interpretatur partem operis, utputa XII. sunt libri Aeneidos: Volumen uerò minus esse libro, ex Plinij autoritate: Qui tres, inquit, libri sunt in sex uolumina propter amplitudinem diuisi. & ideo Vlpiani sententiã confutat, qui, Si centum, inquit, libri legati sint, centum uolumina ei dabimus, non centum quæ quis ingenio suo metitus est, ut Homeri XLVIII. Sed sciendum est, non de significatione uerbi agere Vlpianũ, sed de mente defuncti: quam, nemo est tam à naturali ratione abhorrens, qui probaturus non sit talem esse, qualem Vlpianus credidit, quòd si in modo loquendi

[a] l. eam quã. C. de fideicõm.
[b] l. qui cum tutoribus. in fi. de transact.
[c] l. ius agnationis. ff. de pact.
[d] l. j. de uar. cog.
[e] l. Publia. dep.
[f] l. plebs. §. fin. j. eod.

quendi eum Valla reprobat, rectè Iureconsultum loquutũ assero, & quid sibi uellet, ne sciuisse Vallam: siquidem solebant ueteres in pugillaribus scribere, quos inuolutos, & duobus inclusos umbilicis manu gestabant: unde & enchiridia Græcis dicuntur, nobis à pugno pugillares, & ab inuolutione uolumina. fiebant autem nõ secundum librorum distinctionem, sed secundum gestantis cõmoditatẽ, quod satis Plinius ipse ostendit. Cum igitur Vlpianus non de diuisione librorum ab autore facta, legatũ illud ex mente testatoris intelligeret, sed ex diuisione, quam testator in concinnando, unicoq; corpori conglutinando fecerat, dixit XLVIII. libros, id est, unum Homeri uolumen, pro libro accipiendos, nimirũ uoluminis uoce metaphoricõs usus, ut sicut unum corpus in pugillaribus, etiam non obseruata autoris in libros diuisione, uolumen dicitur: ita in codicibus, cum asserculis tabellis'ue concinnatis, unũ corpus etiam uolumen dicitur, cùm nec etymologia repugnet: unica enim inuolutione constat. Quòd si probat Vergilij, Valerijq; Max. loquutio, qui uolumẽ in cauda serpentis dixerunt, quanto magis probandus est Iureconsulti sermo, propter maiorem rei affinitatem longè clariorẽ? cùm & Cicero librum pro corpore accepisse uideat, Epistolarũ ad Quint. fratrem lib. II. Sed utros eius habueris libros (duo emẽ sunt corpora) an utroq; nescio. Nono, Probrum & Opprobriũ Vlpianus idem est, inquit: Valla Probrum ipsum dedecus esse, Opprobriũ dedecoris exprobrationẽ: non tamen negat & apud Ciceronẽ ad Att. & apud Liuium, probrũ etiam pro ipsa dedecoris exprobratione poni: unde satis defenditur Vlpianus, qui non generalem definitionẽm horum uerborum posuit, sed in edicto prætoris declarauit idem significare. Decimo, Modestinum insectatur, qui adulteriũ in nuptam cõmitti, stuprũ in uiduam, uirginem, puerúmue scripsit: nã existimat Valla, etiam adulterium stuprum dici posse autoritate Quintiliani. Sed ut ego non negauerim generalius esse stuprí nomen, ut quod à turpitudine dicatur, unde & Plautus Amphitr. Stupri dedecoris à uiro argutam meo: ita Modestini uerba non rectè intellecta affirmauerim: cùm enim concubitus cum nupta speciale adulterij nomen habeat, non fuisse satis generali stupri uoce uti: id enim proprièe dicitur, quod peculiari, & sibi tantum conuenienti uoce appellatur, unde & Proprium pro peculiari doctiores accipiũt. Vergil. Hunc mihi da proprium uirgo sata nocte laborem. Quintilianus quoq; optimè id proprium interpretatur, quo nihil inueniri potest significantius. Qua ratione & undecimum accusationis caput non consistit, dum Paulum damnat, qui parentes usq; ad tritauos proprio uocabulo dici asseruit, ulteriores uerò maiorũ appellatione cõtineri: nam quamuis etiã maior dicatur pater, auus, proauus, tamen hoc non est proprio, id est, ipsis tantum cõuenienti nomine, sed generali: Iureconsultus autẽ de proprio uocabulo agit. Duodecimo, Vlpianum improbat, qui dixerit nõ dubiũ esse, quin stragula uestis sit omne palliũ. sed incidit Valla in deprauatos codices: Vlpianus enim non omne palliũ, sed omne περίστρωμα scripsit: certissmum autem est græcè sic dici omne quod insternitur, & circùm inijciatur. Decimotertio, Offilij differentiam damnat, qui Verberare, dixit, est cum dolore cędere, Pulsare sine dolore: aitq; uerberare potius esse cũ uerbere, seu flagello cædere, pulsare cum graui & uehementi ictu. Sed profectò Iureconsultum nõ latuit, uerberare à uerbere, flagello, seu ferula dici, ut qui alibi attestatus sit, uerberasse abusiuè dici & eum qui pugnis cæciderit: sed in lege Cornelia, quam tunc interpretabatur, quæ actionem iniuriarũ ei dabat, qui se pulsatum uerberatúmue diceret, nõ potuit alia capi interpretatio: si enim Vallam sequeremur, qui sine graui impetu saxo percuteret, uerbis legis non contineretur, quia saxo nõ diceretur uerberasse, quia sine impetu non pulsasset: quæ sententia oppidoq; futilis est. Meritò Iureconsultus maluit uerberare cum dolore in ea lege accipere, uerbo illo lata significatione accepto: & pulsare sine dolore, cũ frequentatiuũ sit à uerbo pello, unde sit pulto, pulso: impellitur autem quis etiam sine dolore. Decimoquarto, Masurij Sabini sententiam nõ omnino uidetur sequi, pellicem pro cõcubina accipiẽtis, quòd apud oratores Pellex dicatur, quæ cum eo, cui uxor sit, iungitur. Sed ego ueram quoq; Sabini sententiã arbitror: siue enim à græco παλλακὴ ueniat, siue Latina sit uox, à pelliciendo, q̃d autoritate Plauti in Pœn. magis probo, qui Allex uiri, ab alliciendo dixit, utraq; etymologia interpretationi Sabini conuenit, cui & Q. Curtij, & Iustini autoritas accedit: quorum ueterem scripturam interpollauere plerique Vallã secuti, cùm eos ex antiquis codicibus constet pellicum scripsisse, non pallacarũ, quæ uox ante Plinium & Tranquillum in sermone Latino nulla erat: in Græco uerò nõ aliud significat quàm pellicem, ut appareat Vallam, quicq; ei consentanea tradiderũt, pellicis significationem non ex autoribus accepisse, sed regula planè Lesbia usos, autores ipsos inuentisse, ut id quod ipsi sentiebant, attestarentur. Decimoquinto, Caium obliquè perstringit, qui sentire uideatur, idem esse cauillari & calumniari, sed quomodo hoc Valla collegerit, nõ uideo: cùm enim Caluirí uerbum apud ueteres esset frustrari, metaphora à caluis militibus ducta, quamuis & Cauillatio, & Calumnia inde deducatur, non tamen consequens est, alterum cum altero idem esse: sicut cùm dicimus, à uerto fit uersus, & uersura, non sequitur uersurã idem quod uersum esse. Rursus impetit Vlpianum, quoniã Cauillatio dicatur, etiam si ab euidenter ueris ad falsa non

fiat transitus. Respondeo, Vlpianum loqui quando cauillatio pro argumẽto sophistico accipit, q̃d græcè nõ σκῶμμα, ut ipse credidit, sed σόφισμα est. Decimosexto præuaricari, tergiuersari, calumniari generalius accipienda existimat, q̃ Iureconsulti docuerint: nimirum oblitus, non docere eos simpliciter eorũ uerborum significationem, sed specialiter in S. C. Turpiliano quomodo accipi debeant, ut eius pœnæ locus sit. Decimoseptimo, portare ait id etiam significare, quod quis corpore suo baiulat, cùm tamen Iureconsultus aliter docuerit. Sed ego arbitror ex origine uerbi Iureconsultũ adiuuari: siquidem προφορικῶς græcè traijcere est, unde Portus, in quem naui res deportantur: sic & exercitum nauibus deportari Liuius plerũq; dixit. Quapropter etiam si quis iumẽto ducat, hac similitudine portare dicitur: quòd si ipse ferat, non propriè, sed μεταφορικῶς putauerim portare dici. Decimooctauo, Conuicium negat à uocum concertatione quasi conuocium dici, & aduersus Labeonis sententiam, etiam sine uociferatione conuicium fieri putat, sentitq; à uitio potius, uel à uitando deduci: qua in re, opinor, egregiè fallitur: quid enim tunc coniunctiua illa particula operaretur? Cur item si à uitio deducitur, secundam syllabam producit conuicium? cùm constet uitiũ corripi: nam & Cicero, quem ipse adducit, petulantiorem iactationem in conuicio requirens, pro Labeone est: ut mirer eum tam leuibus argumẽtis, à recepta ubiq; Labeonis sententia desciuisse, quæ & ortographiæ ratione defenditur, cùm per c, conuicium, non per t, scribatur. Decimonono, Versicolores Vlpianus appellat lanas, quę natiuum colorem mutarunt, siue purpura, siue cocco, siue alio colore infectæ sint. Valla ex uarijs autoribus ostendit, uersicolorẽ aliquam rem dici, quæ uariorum colorum sit. Sed Vlpiani locum à Valla non intellectũ arbitror, alioquin quæ à se dicuntur, satis agnouisset Valla nihil Vlpiani sententiæ aduersari. Igitur sciendum, ex origine uocabuli eam rem esse uersicolorem, cuius color in alium uersus sit: sicut & uersipellis, non cui uaria pellis, sed qui in aliam pellem uersus est: unde homines in lupum mutati, uersipelles Plinio appellantur. eadem ratione lanæ uersicolores dicuntur, quæ per tincturam in alium colorẽ sunt uersæ. Dubitat igitur Iureconsultus, lanis uersicoloribus legatis, quid cõtineatur: & primò respondet, legatis simpliciter lanis, uersicoloria apud ueteres non comprænsa: legato uerò lanarũ uersicoloriũ, eas intelligi, quæ tinctæ sunt, & (quod dubitabilius erat) etiã netæ, dummodo neq; detextæ, neq; contextæ adhuc sint: tunc enim nõ lanæ, sed uestimentorum appellatione continentur. Neta lana dicitur, quæ stamen & substamẽ est: detexta dicitur, cùm perfecta est, & à textrinis instrumentis detrahi potest: unde & detexere, auferre est. Plautus: Hunc ego hominẽ detexã

l. ſi cui. §. j. de legat. iij.

pallio. quapropter & Vergilius x. Aeneid. Dũ texit Imaona Alesus: id est, spoliat. Contexta est, quæ quidem in opere consummato est, sed cui tamen deest prætextura, quam Cimosiã uulgò uocamus. Ex his apparet uersicolores uestes uarij coloris idcirco dici, quia ex uersicoloribus lanis conficerent: à qua similitudine, & uersicoloria arma Vergilius, & uersicolorem plumã Propertius, & uersicolorem caudam Cicero dixit. Vicesimo, Penes, idem q̃d apud, significare ostendit, cùm tamen Vlpianus scripserit, penes te, amplius esse, quàm apud te. Sed nec Vlpianus puto negasset differentiã illam suam ab autoribus quandoq; confundi, quæ tamen ex ui uerbi uerissima sit: deducitur enim à dictione penitus, unde & penissimus, & penitissimus, ut Plautus cæteriq; antiquiores dixerunt. Vicesimoprimo, Vlpiani sententiam cõfutat, qui uictus appellatione etiã uestem cõtineri scripserit, cùm plurimæ gẽtes in Aethiopia absque uestibus æuum degant, quasi Vlpianus Aethiopũ leges interpretetur, & nõ Romanorum, qui absq; uestibus nõ uiuũt: & quasi qui in Italia uictum amico legauerit, de eiusmodi uictu sentiat, quo Aethiopes se tolerãt, & non ipsi Itali, quo nihil absurdius dici potest. Vicesimosecundo, Pignus & Hypothecam idem esse, cum Martiano sentit, sed alteram Græcam, alteram Latinam uocem: cùm tamen Vlpianus propriè esse pignus dixerit, quod creditori traditur, hypothecã cũ interuenit traditio: & ideo in mobilibus pignus, in immobilibus hypothecã esse. Sed hæc nõ tam Vallæ oppositio, q̃ ipsorum inter se Iureconsultorũ quædam quasi antinomia est: ea sic dissoluitur: Ex proprietate quidem sermonis ueram esse Vlpiani sententiam, siquidem à pugno pignus dicitur, & ideo in rebus mobilibus oppositis sic dici, in immobilibus uerò solitos ueteres Iureconsultos potius Græca uoce uti, id est, hypotheca, quæ Latinè suppositio dici potest, & ad utraq; eorum sermone trahitur. Catullus oppositionem dicit: Furi uillula nostra non ad Austri flatus opposita est, nec ad Fauoni, Verum ad millia quindecim & ducenta: subaudiuntur autem sestertia. Vicesimotertio, Ferruminare dixit esse consolidare, & conglutinare, non solùm per eandem materiã, ut Iureconsulti tradiderũt, sed etiam per aliam: idq; plurimis Plinij exemplis probat, qui ferrumina ri furculum, ferruminari aqua muros, ferruminari in lapides dixit. Sed cùm ferruminatio propriè sit ferri ipsius ui ignis liquefacti conglutinatio, apparet metaphoricè hoc uerbo uti Plinium, & ideo Iureconsulti sententiæ nihil aduersari. Vicesimoquarto, Pomponium, inquit, atq; Vlpianum corrumpere linguã Latinã, qui quot mensibus, uel quot diebus scripserint, pro singulis mensib. singulis diebus, cui ego dixero, tale conuiciũ Plauto quoq;, M. Catoni, & denique doctissimo omnium Varroni cõmune esse, Plaut. in Stich.

l. ueſtimentum de aur. & arg. leg.

Memi-

Meministis quot Calendis petere demẽsum cibũ. Cato de re rust. Capita oleagina quot mensibus fodere oportet. Varro: Sacra quot mensibus feruntur in arcem: quod ante nos & alij notarunt. Vicesimoquinto: Turbam nõ multitudinis hominum perturbationem, ut Labeo scripsit, sed simplicem perturbationem, etiam duorum existimat, & à tali perturbatione turbam pro multitudine dictam, quòd multitudo non ferè uacet perturbatione: unde uulgatum carmen, Septem conuiuium, sunt nouem conuicium. Sed mihi hæc controuersia non admodum ei absimilis uidetur, quam Censorinus tradidit, prius' ne ouum fuerit, an gallina. Labeo prius significatum turbæ, id est, multitudinis, atq; inde factam postea perturbationẽ: tu perturbationem priorem contendis. sed nec quos adducis autores, sententiã tuam adiuuãt, qui μεταφορικῶς potuerunt turbã etiam duorũ dicere: nec etiam græcus sermo τύρβη, in quo eadem potest esse hęsitatio. & ut demus opinionem tuam ueriorẽ, in edicto certè prætoris, quod Labeo interpretatus est, probabilior est Iureconsulti sententia. Verba edicti sunt, Cuius dolo malo in turba damnũ quod factum esse dicet: ea non possunt cõmodè de perturbatione intelligi, quæ semper eum afficit, cui damnum infertur: necessariò igit̃ de multitudine accipiendũ. Vicesimosexto, Iulianum improbat, qui exautorationẽ à principe simpliciter factã, ignominiæ notam inurere scripsit: contrà Valla, cũ exautorare sit simpliciter militem missum facere, quod T. Liuij testimonio uarijs locis probatur. Respondeo, in ueteri Republica hæc sentẽtia posset procedere, quo tempore ex sólo cõmeatu uel ducis licentia milites exautorabantur: uerũ ordinata ab Augusto successoribusq; militia, à qua nõ nisi post uiginti stipendia mittebant̃, tributa quoq; illis sũt militaria insignia, quorũ detractio infamiã irrogat, quoniã nõ nisi turpi missione dimissis detrahuntur. Vicesimoseptimo, Depectũ simpliciter pactum significare ait, ex autoritate Terentij Phorm. Depacisci mortẽ cupio: cũ tamen Vlpianus in edicto de calũniatoribus depactus dicat, est turpiter pactus. Sed mihi uidetur & uerba Terentij, ex Vlpiani declaratione posse intelligi, & etiã Cicer. ad Heren. lib. II. Depectus cum hostibus, ut arma relinqueret. Sed & idem autor in Verrem actione v. Scitote biduum cibo tectoq; prohibitum, biduum in foro custodijs detentum, neq; antè demissum, quàm ad cõditiones eius depactus est. His accedit, q̃d huiusmodi præpositio quandoq; in malam partem accipitur, ut desperatus, demens, dedecet, deformis, degener. Vicesimooctauo, Lapillum si magnus est, gemmam esse asserit: quo nomine & margaritam dici posse arbitratur, aduersus Sabini, Vlpianiq; sententiam, gemmas pellucidæ materiæ esse existimantium, ut smaragdos, chrysolithos, amethystos: nõ translucentes uerò, lapillos, ut obsidianos, & ueientanos: at margaritas nec lapillos, nec gẽmas esse, sed conchas, seu uniones. Verũ ut in sententiam Iureconsultorum ego transeam, illud me in primis mouet, quòd etymus pro illis est: uidetur enim gẽma dicta, quasi gemina, propter translucentẽ naturam, deinde uidemus à similitudine gemmas dici, ut Fab. autor est, & in Catone maiore M. Cicero. Vnde ostendi tur non ideo dici gemmas, quia magnæ sint. Idem & Plinij autoritate constat, in anulis gemmas deferri affirmantis: unde & dactylothecæ dictæ, quod profectò maioribus non conuenit. ad hæc, quæ rationes à Valla adduc untur, sanè q̃ frigidæ sunt: Lapillus, inquit, generale nomẽ est: bene sanè, sed cùm translucet, peculiariori nomine gemma dicit̃. Rursus: Gemmas, inquit, accipimus multorũ cubitorũ inueniri. Accepit fortè à Luciano de ueris narrationibus: miraculi certè loco refertur alueolus trium pedum in triumpho Pompeij ex duabus gemmis. Subijcit: Quid si non perluceant, quia adhuc incomptæ & imperfectæ? atqui satis est, si natura sui pellũceant, possintq; manu artificis in hunc usum poliri. Addit, hac ratione etiam marmor Parium gemma esset, quia translucidæ est naturæ: quasi Iureconsultus omnia translucentia definiat gemmã esse, & hũc honorem etiam speculis tribuat, qui de lapillis, nõ de marmoribus loquitur. Postremò, inquit, reperiuntur qui partim perluceant, partim non perluceant. Respondeo, de his nihil à Iureconsulto dictum, & fortè ex regula iuris qualitas potentior in his obseruaretur. Addit secum sentire Q. Curtium, itemq; Horatium, quorum alter, Lapilli, inquit, ex auribus pendebant, candore & magnitudine insignes: alter, Niueos, inquit, uiridesq; lapillos. Ipse quid horũ uerba sentẽtiæ nostræ obstent, nõ uideo, puto nec ipse Valla satis norat, cùm absq; scrupulo ex Iureconsultorũ distinctione possint intelligi. Illud non diffiteor, differentiam hanc inter gemmam & lapillum nõ semper ab autoribus obseruari, ut cũ Catullus dixit: Aut pelluciduli delitijs lapidis: aut Plinius cùm generaliter sub capite de gemmis, omnes lapillos descripsit: sed Iurecõsultus de proprietate loquitur, non de abusu & translatione. Vicesimonono, Venulei definitionem confutat, qui ueteratorem ex Celsi sententia non spatio seruiendi, sed ex genere & causa esse existimandũ ait: magisq; approbat hac in re Vlpianũ, qui ueteratores, trita & ueterana mãcipia appellat, quę difficile sit reformare. Quibus uerbis apparet, spatio seruiendi definiri ueteratorẽ, erigitq; hoc loco in Iurecõsultos cornua, tanq̃ cõtraria inuicẽ scripserint: quem & alij recentiores sequuti, pro antinomia nominatim hunc locũ citant. Sed profectò æquius fuisset, & etiam magis nomini suo cõsuluissent hi grammatici, si intra professionis suæ cancellos constitissent: quandoquidẽ uulgò dicit̃, quã quisq; nouit

l. ij. de infam.

l. iij. de calum.

l. fin. de ædil. edic.

l. præcipiunt, eo. tit.

artem, in hac se exerceat: non enim sutores supra crepidam iudicassent, nec ceu testudines porrecto extra testã capite, periculis se obnoxios fecissent. Igit̃ distinguendi tres sunt casus: Aut loquimur in uenditore, seu mangone, qui mãcipiũ distrahit, & ex edicto ædiliũ non potest ueteratorẽ pro nouitio uendere, tumq; nouitius secundum Vlpiani sententiã ex tyrocinio seruitutis accipit̃, ueterator qui diu seruiuit, & iam ea in cõditione callũ fecit. *l. fin. §. quoties. de publ.* Aut loquimur in ipso patrefamiliãs de seruis suis nouitijs, ueteratoribusq; disponente: & quia hoc omne ab eius sentẽtia dependet, pro nouitio habuisse uidetur, quem nulli ministerio præposuit: rursus pro ueteratore duxisse, quem in ueteratorũ numero habuit, ut quia muneri alicui præposuit, in quod ueteratores describi solẽt. Meritò igitur Celsum sequemur, ut ex genere & causa constituamus, quem dominus pro ueteratore habuit. Aut de causa uectigalis agitur, & cùm Respublica hac in re uoluntatẽ emptoris seu patris familiãs non sequatur, simpliciter Veterator accipietur, qui anno seruiuit, Nouitius qui minus anno: ut hic uectigal pendat, ille non pendat: & hoc casu Martiani sentẽtia est probanda. Ex his igitur constat, nõ inuicem pugnantia scripsisse Iureconsultos, sed diuersa diuersis casibus tradidisse. Postremò fuere ex grammaticis, qui Iureconsultos nostros manifesti furti arguerent, quòd bonam partem legis secundę de origine iuris, itemq; pleraq; de officio præfecti prætorio, proconsulis, præsidis, à Fenestella surripuerint, eius nusquam facta mentione. Sed hi uelim mihi eius rei fidẽ faciant, à Fenestella Iureconsultum accepisse: qui enim titulo Fenestellæ liber circumfert̃, à Pomponio Læto ex uarijs autoribus in quandam farraginẽ compositus fuit, eo indito titulo, ut uendibilior hoc nomine, impressoribusq; lucrosior fieret: idq; ego à Iano Parrhasio non semel accepi, qui suam quoq; hac in re operam illi adhibuisse se testabatur: stylusq; ipse planè indicat, unius autoris opus illud nõ esse. Et hæc quidem in Laurentium præter animi mei sententiam, ut qui minimè litigator, aut φιλαίνος sim, scribenda duxi: quoniam eius exemplo adeò excreuerat quorundam grammaticorum insolentia, ut in suis cõmentarijs ubiq; errorem aliquem Iureconsultis nostris impingerent, nimirum quod ipsi non perceperant, errori statim adscribentes. Spero autem cùm uiderint, quibus hoc in argumento ipsorum primipilus Valla tenebris offusus est, modestiores eos, & alieno exẽplo cautiores fore. Sed hæc hactenus. Non negauerim tamen apud Iureconsultos quædam reperiri, quę delicatum lectorem possint aliquantisper remorari: sed si qua uitium sonant, librariorũ incuriæ proculdubio tribuendum: nam & Caij interesse, cuius suprà meminimus, in antiquis codicibus non reperitur, in quibus simpliciter uenditorem teneri scriptum est, apparetq; à glossematico aliquo margini adscriptum, deinde scriptorum imperitia in ipso contextu relatum. Vnde & Vlpianum scripsisse, Si quis graui ualetudine affectus: arbitror, non in graui: tametsi sint, qui ingrauem iunctim dictum putent, quasi ualdè grauẽ, sicut incanamenta Vergilius dixit: & indifficilem casum Scæuola[a]: in quo tamen ueteres codices refragantur, in quibus scriptum est, ille casus in difficili est, quam lectionem castigatiorem arbitror. Nã & in diui Seueri rescripto[b], quo uulgò legitur, eos qui testamento quid alienari uetant, nullius momenti scripturam esse, correctiora exemplaria eorum scriptum habent. Sicut & in Pauli responso[c], dum dicitur, econtrà si inter uirum & uxorem facta sit donatio, simpliciter contrà scribendum est. Adinstar uerò quod Iureconsulti quandoq; scripserint, non instar tantum, exemplo ueterum non caret, suntq; huiusmodi cõtrouersiæ nõ tam doctrinæ, quàm iudicij: sicut cùm exequi passiua significatiõe Vlpianus dixit[d], quærebatur an iudicis sententia exequi possit: uel idoneior Modestinus: sic & q̃d in meo fundo nascitur̃ est, dixit Pomponius[e]: sic & præstauimus uerbo, pro præstitimus, uti Tribonianus nõ erubuit. Erunt & quibus omnino non placebit deuirginare ancillam dixisse Paulum[f]: & à Modestino scriptũ, decreto Adriani plectẽdos, qui mẽsuras & pondera falsassent[g]. Idem & sordidũ uerbũ existimabũt certiorare, pro eo quod est, certiorem facere, quo passim Iurecõsulti utuntur, eadem ratione deductum, qua & ueteres meliorare dixerunt: unde L. Columellæ meliorescere. Sed & Coloniã agrum colono locatũ quandoq; appellant, cùm alio sensu antiqui ea uoce utantur. Sanè illud diffitendum non est, apud eos quasdam dictiones esse, quæ alijs in autoribus nusquam eo sensu reperiantur, ut cùm exhibere uerbo plerũq; pro eo utuntur, quod est alere: donare ad processus[h], id est, ut eo donatarius utatur in pompa, uel cùm in principis est comitatu: id enim significat processus: unde & alibi dicitur[i], Cùm processisset Imperator, salutatus est, &c̃. Et copiarum negociũ pro mercimonijs earum rerum, quæ ad uictum pertinent[k], & ad exercitum deferuntur: & Dardanarij pro his, qui annonam flagellant, qui & à græcis πωπώλαι dicuntur. Est & apud eos Friusculum[l], prodigressu temporario uxoris ob iurgium cum marito, uox nusquam alibi à me lecta, ut fortè friguſculum dicendum sit, cùm maritalis amoris ardor aliquantisper refrigescit. Friuola[m] pro supellectili inquilini, tametsi & hac uoce usus uideri possit Iuuenalis: Iam friuola transfert Vcalegon[n]. Lanipendia mulier, pro lanifice, seu quæ lanificibus ipsis pensa diuidit. Latrunculator pro iudice rerum capitalium, seu quod magis arbitror, præfecto apparitorum, & militum, qui latrones conquirunt. Notoria pro denunciationibus delictorum, quas Irenarchæ deferebant.

a l. gallus. §. si.
b l. filiusfa. §. diui. de leg. i.
c l. si inter. de don. int. uir.
d l. cum quæd. de iurisd. om. iud.
e l. quod in rerum. de leg. i.
f l. si. de offic. præf.
g l. pen. de fal.
h l. nam impe. de do. int. uir.
i l. j. C. de sent. pass.
k l. ob negociũ. de comp.
l l. cum hic status. de don. inter.
m l. solutum. de pig. act.
n l. sed si uir. de don. int.

Pannicularia ratio, quæ ad eas uestes uiliores pertinet, quas rei & damnati rerum capitalium habẽt, cùm ad supplicium ducuntur. Perfunctorie, est leui cura, & aliud agendo: unde perfungi, & defungi, pro eo quod est, utcunq; explicare. Pessum dat, pedibus percutit, noue dixit Paulus, cùm in edicto ædilitio, Bouem, inquit, qui cornu petit, uitiosum, item mulas quæ pessum dant. Spectabiles quoq; & speciosæ personæ gradu quodã dignitatis insignes, in iure plerunq; dicuntur, cùm hoc sensu hæ uoces apud Ciceronẽ & antiquiores nullæ sint. Reliquare quoque apud eos dicitur, qui æs alienum integrè non soluit: unde reliquatores uectigalium, qui reliqua publico debent. Sequioris uitę eum appellãt[a], qui sibijpsi alimenta suppeditare nequeat, sed de alienis laboribus pendet: unde & Sequior sexus, ni fallor, Apuleio, id est, mulierbris. Solarium[b] pro uectigali, quod publico præstatur, ob soli publici occupationem, sed idem quoq; in priuatis uidet̃. Vlpianus[c]: Si quis in lapicidinis cædere uoluerit, non aliter hoc faciat, nisi prius solitum solarium domino præstet. quamuis Accursius nunc salarium, nunc solatium legat. Schemata cognationum in antiquis codicibus dixit Paulus emendatius, ut arbitror, quàm stemmata Iuuenalis. Imagines enim in gentilitijs armarijs usui erant, at coronæ non erant: cùm enim stemma uox græca esset, mirũ sit apud Græcos pro gradu cognationum, uel imaginibus nunquam reperiri. Venenarij sunt, qui aliquem ueneno sustulerunt, eiusq; criminis sunt rei. Sunt & apud eos aliæ dictiones, utique & ipsæ raræ, sed tamen ab alijs quoq; autoribus usurpatæ, quas simul referre operæprecium duxi: aduersione locare, affirmatores, antapocha, antidora, antipherna, apocha, archiuium, arrogatio, auditorium. Basilica, bellissimè, breuiarij rationes, calciarium, calendarium, cloacarium, cœnaculariũ, cœnaticum, cancelli, cancellarij, capsarius, captiosus, captatorius, castratus, catellus, chasma, commentariensis, coactor, collectarius, colonarium, conturbare, chorus pro congregatione, decidere, decretalis possessio, damnas esto, decoctor, dominica pecunia, delicatus, debitor, depositarius, eadẽ forma qua alimentarium dixerunt, cõmodatarium, donatarium, mandatarium, legatarium, & similia. Dilapidat bona, dimisit creditores, id est, soluit: diarium, dietarij, diffisus dies, desultor, emansor, equitium, errones serui, extoris, exiguiores res, fœnebris pecunia, fœnerauit, id est, accepit fœnore, fiduciaria hæreditas, id est, fideicõmissaria, functiones pro tributis, genuina pietas[d], quamuis uulgati codices habeant gemina. Hamæ pro instrumento ad arcendum ignem: Debet, inquit lex[e], præfectus uigilum noctu coẽrrare cum hamis. Sic Iuuenalis: Dispositis prædiues hamis. Meminit & Cæcilius Plinius. Imaginaria uenditio, incontinenti, informatur actio, in pendenti, iurisdictio restituenda, impossibilis, impersonalis, insolidum, id est, pro parte[f], in summa, id est, breuiter, intantum, inuentarium, largitur annus, largiuntur tempora, licentia, lucratiuus titulus, manuaria mola, medianum cœnaculum, missilia, magis est, nudus sermo, nudum pactum, nugatoriæ res, in necem, id est, in damnum, optiones, obrepere iudici, officiales[g], opistographum, orcinus libertus, pantheron rete, parapherna, partiarius colonus, pedanei iudices, peregrini pro deportatis, periculũ quandoq; pro spe nautici fœnoris, quandoq; aliter, ut in Rubrica codicis de sententijs sine periculo recitandis. Sic enim habet & codex Theodosianus, ut appareat de periculo, seu experimento memoriæ accipiendum: perpetuarius emphyteota, pagani pro quibuscunque non militantibus, plaga pro parte fundi, polia pro grege equorum, præbenda locare, præiudicium, prætorium pro domo rustica, promercalis res, persona: potitus hostium, id est, captus ab hostibus, exemplo Plauti in Captiuis: licet in titulo de captiuis, à quibusdam malè sit immutatum: pulsare, id est, agere, uel conuenire: quæstuarius, quo de agitur per inuersionem, reatus, receptitia dos, regimẽta Reipublicę, repertoriũ, repetita die, repedare, restaurari, religiosissimus princeps, in sacris patris, synedria nauis, strata terrena, strena, suspendiosi: suus hæres, de cuius uocis significatione interrogatus à Socino Angelus Politianus, obmutuit, cùm tamen gloriatus esset in glossematis iuris ciuilis se uel Accursium superare posse. Simplaria uenditio, topiarius seruus, temporaneus tutor, testamentarius pro tabellione, qui testamentum scripserit: testimonium pro ipsius testis asseueratione in scripturã redacta: uelamentum operæ, uenalitium seruorum, uenter pro infante necdum nato: uentrem facere paries, cùm in uicini ædes porrigitur: uestiarium, uiaticũ, uinarij qui & uinosi, uinacia, uoluntarium, uoluptariũ, usia græca uox pro substantia, usurpare, id est, usucapere, utensilia.

a l. cum hi. de transf.
b l. ij. ne quid in loco pub.
c l. uend. comm. præd.
d l. iij. de libe. ho. exhib.

LIBRI QVARTI DE uerborum signif. finis.

D.ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. IN TIT. DE VERBORVM & rerum significatione commentaria.

In rub. summaria.

1 Verba quare inuenta.
2 Verba quatuor modis accipiuntur: primum ex proprietate.
3 Coniectura quibus ex causis assumatur.
4 Figuræ ad ornatũ orationis pertinẽt, & proprietati cohærẽt.
5 Figura quæ fit per translationem, exemplis declaratur.
6 Affectio est species figuræ.
7 Anticipatio, siue prolepsis.
8 Elocutio prolepsi contraria.
9 Schema est, cum uerbum actus significatiuum de potentia intelligimus.
10 Subauditio in iure frequens.
11 Regula generalis obseruanda in figuratis elocutionibus legũ.
12 Verba quomodo ex communi usu loquendi accipiantur.
13 Per abusum uerba regulariter non accipiuntur, & quando id non procedat.
14 Verba per interpretationem quomodo accipiantur.
15 Verba significant, res significantur.
16 Emblemata Alciati.
17 Differentia inter uerba, dictionem, & rem, secundum Dialecticos.
18 Verbum, Si quis, quomodo accipiatur.
19 Significatio uerborum uarijs modis sumitur.

1 DE VERBORVM.) †Cùm inuenta sint uerba, ut dicentis intentionem exprimant, meritò eius uoluntas in primis spectãda est. Cognoscitur autẽ ex eo, quod uerba ipsa indicant.

2 †Ea quatuor modis accipiuntur: ex proprietate, ex usu, ex abusione, & per interpretationem. Prima species ita intelligitur, ut in quacunq; materia, etiam pœnali, uerba eatenus capiantur, quatenus proprietas sermonis ferre poteſt [a], nisi non ita uoluisse autorem præsumamus: tunc enim ex coniectura restringuntur. †Ea uarijs ex causis assumitur. Ex re. Quid enim si de re tam modica uel leui agatur, ut operæpreciũ non sit dispositionẽ legis generaliter in ea seruari? Ex persona, ut cùm lex imponit certam pœnã delicto, & iniquũ esset, si amplissimi gradus homines ea coërcerentur [b]. Nam ex amicitia, affinitate, odio, paupertate, maxima excellentia, multa cõstituta sunt, quibus à generalibus regulis receſsum est. Ex negocij qualitate, ut si necessitas suadeat, uel periculum sit in mora, uel absurdum aliquid consequatur, res ue ad eum casum deueniat, quem maximè autor abominetur, & si qua similia. In hac parte etiam continentur, quæ figuratè dicuntur: quoniam †figuræ ad ornatũ orationis pertinent, & proprietati cohærent: possentq; ferè omniũ tam quæ à Grãmaticis, quàm quæ ab oratoribus traduntur exempla, apud Iureconsultos reperiri, sed satis sit pauca admonendi causa in

a l.ea lege.ſ.de testa.

b Rom.rep. §. de uiro.

medium attulisse. †Et in primis latissima ea 5
est species, quæ per translationem fit: ut cùm domus pro familia, ciuitas pro ciuibus, uenter pro eo qui adhuc in utero est, ponit. Parricida non qui patrem solùm occiderit, sed & qui cæteros coniunctos, quorum lex Pompeia meminit, intelligitur. Custodia pro ipsis custoditis, seu carcere inclusis accipitur. Sic cùm lex noxium in ære puniri mandat, in
10 bonis patrimonióue exercendam ultionem interpretamur. Sic & si is qui apud se fugitiuum receperit, plecti mandetur [c], non de eo qui iuxta se tenuerit, simpliciter accipimus, sed qui refugium præstiterit in domo sua uel aliena, idq; occultandi causa.

c l.j.§.j.ſ.de ſer.fug.

Ad hanc cognitionem etiam pertinent alia figurarũ genera, ut quod †affectionem uocamus: ueluti cùm in lege quandoq; adulter, fur, aleator dicitur, qui hæc crimina affectat, quamuis nõ perfecerit. Et fugitiuus qui consilium fugiendi habuit [d], licet adhuc fugam non arripuerit. Huic non absimilis est †anticipatio seu prolepsis, cùm id nomẽ quod posterius res sumpsit, ante tempus describitur. Qua ratione litem quandoq; appellamus antequam contestetur, tametsi propriè post iudicium acceptum, hoc nomen habeat. Sic & pecuniam [e] mutuam dicimus, quæ adhuc mutuò non data est, sed ea destinatione habetur, ut mutuetur. Huic † figuræ ea eloquutio contraria est, qua rem ea appellatione signamus, quam olim habuit, licet in præsentia non habeat: ut cùm Proculus insulam appellauit eum agrum, qui olim insula fuit, licet hodie propter alienationem desierit. Sic & in instrumentis [f], etiam Titio mortuo aliquis se filium Titij appellat: suntq; plurima id genus similia. Adscribi † schematis quoq; poteſt, cùm uerbum actus significatiuum de
40 potentia intelligimus: ut in lege XII. tabul. si aqua pluuia nocet, id est, nocere poterit. Et apud Labeonem [g], si rationes tractasse uidebitur, id est, uideri poterit. Est & †frequens in
10 iure subauditio, ut cùm dicimus, Iurisdictio est [h] iudicis dandi licentia, pro in licentia. Sic & quandoq; taxatiuam dictionem subaudimus, quandoq; è conuerso augmentatiuam maximè, quandoq; dictionem reijcimus, ut cùm duplex negatio pro unica ponitur, qui duodecimus est solœcismi modus: quãdoq; unam coniunctionem pro alia addimus. Sed †in his omnibus id generaliter traditum sit, 11
ut quoties figura uel ornatus, uel necessitatis, uel emphaseos causa apponitur, semper de ea censeamus, quod & de proprietate iudicandũ est: alioquin ad abusum potius uel interpretationem pertineat, de quibus inferius dicetur. Sicq; explicitus sit primus tractatus.

d l.fugitiuum ſ.eod.

e l.malum.§ ſ.eod.

SEQVENS articulus †de cõmuni loquendi usu erit: is enim etiam proprietate potentior est [i]. Tametsi quod ex prudentũ consuetudine obtinuit, nõ dubitem propter eorum autoritatem propriè dici: alioquin tyrannus impropriè de malo principe diceretur, cùm 12
olim

f l.cis.ſ.ſtat. petat.

g l.Labeo.de ſtatulib.

h l.imperiũ.ſ. de iuriſd. om. iud.

i l.anniculum.l. in uſu.ſ.eod.

olim sui natura qualemcunq; significaret. q̃d & de religioso & deuoto dicendũ esset, cùm olim hæ uoces in malã partẽ solũ acciperentur, at hodie solùm in bonã. Is usus uarie accipit. In testamentis patrisfam. cõsuetudo spectanda: in contractibus ipsorũ contrahentiũ: in priuilegijs eius qui concedit. †Presumiturq; secũ-
10 dum eum usum, qui communiter in ciuitate obseruatur, quemlibet agere, nisi de contraria obseruatione probatũ sit, uel ille usus nuper & citra decennium inualuerit: nec enim uerisimile est, tam citò omnes in eius obseruantiam cõsensisse. †Per abusum uerba regu-
13 lariter nõ accipiuntur, nisi aliter actus uel peri-
a l.cum filio.ſ. de leg.iij. ret [a], uel eluforius redderetur. Idem & si eadem ratio nos inducat, ut q̃d ex proprio sensu dictũ est, ad impropriũ trahamus: nam ex
20 præsumpta mente disponentis huiusmodi interpretatio etiã in statutis & correctorijs dispositionibus admittetur. Hocq; casu nihil nos deterrebit, quò minus personam de uniuersitate dicamus, testamentũ de codicillis,
b Alex.l.ij.ſ.de lega.j. curatorẽ pro tutore [b]. Idem & tunc dicendũ
c c.ſi ciuitas. de ſent.exc.in vj. erit, cũ aliter uerba legis captarent, fraus ue illi fieret. Quapropter si lege municipali triti cum extra territorium absportare nemini li-
14 ceat [c], nec farinã deferri cõcessum erit. †Ex interpretatione quæ admittuntur, si extra uim uerborũ ueniãt, solicq; menti innitant, nec in
d l.quidam cum filiũ.ſ.de hæred.inſtit. contractib. nec in testamentis obseruantur [d]: quonium in eis licet primũ locum mens obtineat, attamen eam oportet aliquo modo uerbis saltem impropriis exprimi. Non ita est in legibus, quoniã uel sola mens legis obligat [e]: quapropter in eis argumentum de similibus ad similia passim seruatur, & si eadem ratio subsit, una lex ad aliã trahitur, nisi correctiones uel pœnalia odiosaue aliqua inducerentur. Quæ non ita generaliter in contractibus & testamentis locũ habent, si uerba aliquo modo nõ patiant, nisi uel natura rei, uel consuetudo adiuuet. Idem si aliqua alia ratione suadeatur. Et ad hanc speciem pertinent plura argumentorũ genera, ut quod à contrario sensu dicitur, & quod à connexis: fitq; per interpretationẽ, ut quod cõmune est, dicatur meum, ut uerbum maioris summæ significatiuum minorẽ contineat, ut quod per me nõ possum, per alios facere prohibear, ut in uno capite dicta, in sequẽs repetita uideantur, ut in simplicibus mixtũ cõtineatur: aliaq; quãplurima argumenta, quorum exempla in Topicis Cicero refert.

e c.certũ. de regul.iur. in vj.

15 b ¶ Rerum.) †Verba significãt, res significantur: tametsi & res quandoq; etiã significent, ut hieroglyphica apud Horũ & Chæremonem, cuius argumenti & nos carmine
16 libellum composuimus, cui titulus est †Emblemata. Sed & ex certis signis præsumptiones oriuntur, uerùm hæc minimè ad hũc tractatum pertinent, Capitur hîc ergo significatio & in actionis & in passionis sensu, sicut & testamenti factio [f]. Potest & hic locus ex dialecticorũ traditionibus interpretationem assumere, qui, ut Fortunatianus tradit, hanc
17 †differentiã inter uerbum, dictionẽ, & rem, constituũt, ut uerbum sit quod ex se & materialiter (ut uulgò loquimur) prolatũ est: dictio, uerbi ipsius sensum habet, qui in proferẽtis animo cùm latuisset, per uerbi expressionẽ exijt: sic uerbũ cum sensu dictio est. Res est, quæ exprimit, & ex uerbo dictioneq; declaratur: ut si interrogem, †uerbũ Si quis, quid
18 comprændit? Si quis, quatenus nudam pronunciationẽ propter se respicit, uerbum est: quatenus sensum habet, quem ego antè animo concepi, dictio est: masculi uerò & fœminæ ex eo uerbo significatæ, res sunt. Quam rem sic Virgilius explicuit:

Litera rem gestam loquitur, res ipsa medullam
Verbi, quam uiuax mens uidet, intus habet.

Sanè in antiquis codicibus aliqui negãt uerbum, RERVM, reperiri, simpliciterq; scriptã rubricam, De uerborum significatione.

19 c ¶ Significatione.) †Sumitur hæc significatio uarijs modis: nunc habito respectu ad ipsum proferentẽ, ut si uir imperitus sit, crassa minerua accipiantur uerba: nunc considerata eius persona, ad quẽ uerba diriguntur: plerunq; & secundũ naturam eius rei de qua sermo habetur, uel quæ in contractum deducitur: accipiturq; huiusmodi declaratio, etiã si præcisa, indefinita, generalia uerba sint: quoniam nihil impedit, quin ad habilem uerisimilemq; casum retrahantur, & boni uiri arbitratu intelligantur, qui consuetudini loquentis multum tribuit, ex proximis clausulis mentem coniectabit, quandoq; & distantium rationem ducet, interpretabimurq;, ut cum effectu prolata sint, ut secundũ dubium ordinẽ, ut actus potius sustineat, q̃ pereat, ut non superuacua sint, sed aliquid operentur, ut in potiorẽ sensum disponant, ut ad ampliationem inducta nõ diminuant, ad liberationem non obligent, ad fauorẽ nõ noceant, ut naturalem sensum potius quàm ciuilem admittant, ut simpliciter prolata, prima uice officio suo funganf, ut ad id quod principaliter gestum est, potius referantur, quàm ad accessoria uel demonstratiua, ut captiosa nõ prosint, ut clara nõ offuscentur, ut superflua non noceant, ut mitiora uelint, odiosa abhorreant, possibilia inducant, ut ad maiora expressis non trahantur.

1 *Dictio, Si quis, quare etiam fœminam comprehendat.*
2 *Quid in alijs masculinis appellatiuis.*
3 *Si expresse de masculis fiat mentio, fœminæ excluduntur.*
4 *Viri nomen non pertinet ad fœminam.*
5 *Dictio, si quis, nõ complectitur fœminam, si aliter autorẽ sensisse appareat.*
6 *Idem si lex pœnalis sit, uel testatoris dispositio odiosa.*
7 *In contractibus an dictio, Si quis, fœminam includat.*

VERBVM.) † Quia articulus hîc refertur ad hominem, quæ dictio eſt cõmunis, meritò etiam ex ſermonis proprietate fœminas comprændit: alioquin maſculina † appellatiua, ut filius, cubicularius, equus, adoptiuus, nõ propriè eas cõprænderẽt, ſed per extenſionẽ eãq; cõmuni uſu approbatã, ut Baldus ſcripſit[a]: uel ut Ancharano uiſum eſt, per expoſitionẽ ex legis mente deductã[b]. Quòd uerò conformis nominis nõ eſt, ut frater, nõ niſi ex interpretatione ad ſororẽ traheretur[c]: qua ratione nec auũculi appellatio ad materteram, ſicut nec patris ad matrem pertinebit[d], idq; uſus probat, licet aliĵ cõtrà[e], præterq; cùm in numero plurali quis de fratribus dixerit: nam & ſoror eorũ, hac appellatione ueniet[f].

a ¶ Maſculos.) † Vnde ſi expreſſa mentio facta eſt de maſculis, fœminæ excludentur.

Idem ſi de uiro: † nam & id nomen nullo modo poteſt ad fœminas pertinere.

b ¶ Cõplectitur.) † Niſi aliter ſenſiſſe autorem appareat[g], uel ex coniecturis, uel cùm ſeparatim de utroq; ſexu actum eſt[h], uel quia diſpoſitio non bene fœminis cõueniat. Quid enim ſi teſtator filios tutores uel etiam executores conſtituat? ſi lex propinquorum conſilium requirat? Certè hæc fœminis non conueniunt. Quid ſi filĵs feudum acquiratur? ab his enim fœminæ excluduntur. Quid ſi hæreditatẽ relinquat, à qua fœminæ ex lege municipali exiſtentib. maſculis reĵciunt[i]? Quid ſi ei qui primus naſcetur, caſtrũ dono promiſſum ſit? non enim conſueuere hæc donari fœminis[k]. † Idem & ſi lex perq; dura ſimulq; pœnalis ſit[l], uel teſtatoris diſpoſitio odioſa eſt, ut cùm filium ſuum exhæredat[m]. † Idem & in cõtractibus, ut ſi pater ſibi & filĵs aliquid acquirat: ſibi enim imputet qui legem apertius non dixit. Et id communi conſenſu traditum eſt, quod mihi nunquam placuit. Satis enim manifeſtè loquitur, qui iuris regulam ſequutus eſt: quæ ſi in edicto prætoris pœnali locũ habet, quanto magis in contractibus ſeruanda eſt? quapropter & in lege municipali ſeruabitur: niſi correctoria ſit uel odioſa, uel niſi cautum ſit, ut in ea ad literam uerba accipiantur, quod Baldus & Cornæus exiſtimãt[n]. Sanè & cùm pater filĵs tanquam hæredibus ſtipulatus ſit, tunc dubio procul etiam fœminæ admittentur, nec communis ſententia, ut ego arbitror, reclamabit, quod & aliqui hîc dixerunt.

1 Verbs, ciuitas, caſtrum, uilla, oppidum, quid ſignificent.
2 Ciuitas quandoq; pro ciuibus accipitur.
3 Appellatione ciuium etiam uicani admittuntur.
4 In priuilegijs & ſimilibus actibus ſoli incolæ continentur nomine ciuium.
5 Verbs Romana, an idem quod Roma, ſiue urbs.
6 Quod hîc de Roma dicitur, idem in cæteris urbibus obſeruandum.
7 Etſi ampliora mœnia conſtruantur, urbs erit.
8 Dies tribus modis accipitur.
9 Horæ καιριαί.
10 Horæ æſtiua. Tardi menſes Iunius & Iulius.
11 Horæ ἰσημερινάι.
12 Veſperi non ita uegeti, ſicut manè ſumus.
13 A meridie ad occaſum opus faciens, dimidiã operam præſtitiſſe non dicitur.
14 Trimegiſtus primus diem diuiſit in duodecim horas.

a Bald. c. ad audientiã. de reſcript.
b Anch. conſil. cxij.
c Capra conſil. lxij.
d Corn. conſil. 271. in iiij.
e Deci. l. fœminæ. ff. tit. j.
f Paul. in l. tres fratres. de pactis.
g l. Lucius. §. quæſtum. ff. de leg. iij.
h l. ſi ita. de libe. & poſthu.
i Iaſ. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud.
k Guido Pap. quæſt. 506.
l l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma.
m l. j. §. quare. ff. de uent. in poſſ. mit.
n Bald. 460. in 2. Cor. 14. in 2.

VLP. LIB. I. AD EDICTVM.

LEX I.

VErbum hoc, Si quis, tam maſculos[a] quàm fœminas complectitur[b].

PAVLVS LIB. I. AD EDICTVM.

LEX II.

VRbis[a] appellatio muris, Romæ[b] autem, continentibus ædificĵs ſi uum hîc proponatur, perinde habebitur, ac ſi Roma ſimpliciter dictum eſſet[a]. Sanè patriæ quoq; lata ſignificatio eſt, nec ſolis mœnibus terminatur[b]: quin & quandoq; patriã de prouincia dicimus, ut Bal. probat[c]. Quod ergo † hîc de Roma dicitur, id & in cæteris urbibus obſeruandũ eſt, ſi continentia quoq; ædificia habeant, quãuis ferè omes abſque ſuburbĵs ſint, & murotenus claudantur[d].

c ¶ Finitur.) † Quid ſi ampliora mœnia maioriſq; ambitus nuper cõſtructa fuerint? Et quod eis continebitur, urbs erit. Nec refert, ut Bartolus ſentit, hîc dubitare, poſſint ne populi ſua ſponte ciuitatem cõdere: quia etiam ſi non poſſint (quod tamen iure gentium falſum eſt) iam conditam ampliorẽ munitioremq; reddere non prohibentur.

d ¶ Cuiuſq; dieĩ.) † Tribus modis dies accipitur. Primo ſecundum Romanæ eccleſiæ morem[e], qui & Athenienſium fuit, ut ab occaſu ſolis incipiat, & in ſequentem occaſum finiat: & hoc uulgò utimur. Eſt & dies ciuilis[f], à media nocte in ſequentem mediam noctem, qui in præſentia apud Gallos Germanoſq; pleriſq; in locis eſt in uſu. Eſt etiam naturalis ab ortu ad occaſum ſolis, ut Cenſorinus autor eſt. Is uulgò ſemper horarum duodecim erat[g], quæ cum ipſa luce uel augebantur, uel minuebantur, cuius horologij rationem lib. ultimo explicat M. Vitruuius. † Qua propter huiuſmodi horæ καιριαί, id eſt, temporales uulgarẽ ſue appellatæ ſunt. Huius meminit Palladius rei ruſticæ autor, Aſconiuſq; Pedianus, & Plautus, † cùm horam æſtiuam pro longa dixit. Sic & Vergilius tardos menſes appellauit Iuniũ & Iulium, quòd horæ tunc ſint longiſſimæ. Hinc & in Euangelio habetur, Nonne duodecim ſunt horæ dieĩ? De hoc à Iuriſconſulto hîc agi pleriq; crediderunt: quamuis de eo intelligi quoq; poſſit, qui imparibus ſit horis, quas † Græci ἰσημερινὰς uocant: nam & in Italia & in prouinciĵs, maximus eſt quindecim horarum, quod ex Ptolemæo, Proclĩq; in ſphæram cõmentariĵs facilè dignoſci poteſt: ut meritò ſequens pars, licet longior, tamen minor à Iuriſconſulto exiſtimata ſit, † quòd ueſpere non ita uegeti promptiq; ſicut manè ſimus. Vergilius nono:

Nunc adeò melior quoniam pars acta dieĩ.

Heſiodus quoq;, qui maturius mane operetur, tertiam partem operis conficere ait:

Ἠὼς γάρ τ' ὄρνιο τρίτῳ ἀκρέμονας αἴσσει.

13 † Qui ergo à meridie ad occaſum opus faciet, dimidiam operam præſtitiſſe non dicetur, nec diurnæ mercedis dimidium meritò conſequetur. Sanè Martialis quodam epigrammate de uulgaribus horis loquẽs, prima dieĩ parte ſolitos Romanos ferĵs rebus uacare oſtendit, reliquum uerò paleſtræ, toro, conuiuĵs, iociſq; tribui: ut meritò Iuriſconſultus maiorem partem dieĩ eſſe primarum ſeptem dicat, quo ferĵs incumbebant, non poſtremarum, quo tempore iocis & conuiuĵs operam dabant. Carmẽ poẽtæ hoc eſt:

Prima ſalutãtes atque altera cõtinet hora.
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintã uarios exercet Roma labores.
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.

& quæ ſequuntur. Extat etiam græcè ſimilis argumenti diſtichon:

Ἐξ ὥρας μοχθοῖς ἱκανώτατος, ἐκ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δ' ἐννυέλλαις ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

In ſextam labor uſq; horam, nam quæ inde notantur
Litterulis, uitæ commoda habere iubent.

Cuius epigrãmatis ratio eſt, quoniam ſeptima hora per Z ſignificatur, ſicut octaua per H, nona per Θ, decima per Iota. Quæ literæ coniunctæ ZΗΘΙ conficiunt, quod eſt, ueſci, ut uiuas. Sanè Victorinus in Rhetorica Ciceronis, primum † Trimegiſtum diem in duodecim horas diuiſiſſe tradit, cùm ſacrum Serapidi animal duodecies urinã feciſſe quadam die obſeruaſſet, pari ſemper tempore interpoſito: id animal Horus Cynocephalũ eſſe commentariĵs prodidit.

1 In nauigando quot milliaria in dies ſingulos computanda.
2 Quò pedibus contendi poteſt, mari minimè eundum.
3 An computatio milliariũ in lege noſtra aſſignata ſit perpetua.
4 Dinumeratio milliarium per quam uiam facienda.
5 Die dominico an prohibeamur iure iter facere.
6 Computatio huius legis quando non obtineat.
7 Apud hoſtes decedentis nulla eſt hæreditas.
8 Hæreditas eſt ſucceſſio in ius defuncti.

IN ITINERE[a].) Quid ſi nauigandum eſt? & Bar.[b] † quinquaginta milliaria minus eſſe iuſta dieĩ nauigatione arbitratus eſt. Ego nihil certum propter uentorum & mollitiei incertitudinem conſtitui poſſe cenſeo, ſed bonus uir arbitrabitur. † Hinc Cato, quò pedib. contendi poſſit, mari minimè eundem cenſuit: quod etiam Iuriſconſulti probant[c].

b ¶ Viginti.) † Atqui & hoc uidetur arbitrio boni uiri relinquendum[k]: quod uerum eſt cũ certa milliaria conſtituta non ſunt, alioquin hæc computatio ſeruabitur: ut in eo qui abſens in ius uocatus eſt[l]: ut in tutore qui ſe excuſat, & ultra centeſimũ lapidem abeſt[m]: ut in eo qui ad præſidem tendit bonorũ poſſeſſionem ſibi decerni poſtulaturus[n]. Sed & ſi lex non ipſum iter, ſed certam menſuram reſpiciat, intercapedo non per millia paſſuum humi menſa accipitur, ſed ex aëre, ratione Aſtrologis peculiari: idq; pleriſque uiſum eſt, cùm municipes conſtituiſſent, ne quis per quinquaginta milliaria uicinus eſſet, Prætor deſignaretur. Sed hoc Paulus Caſtrenſis,

a l. nam quod. in fi. de pen. leg.
b l. uxorẽ. §. legauerat. de lega. iij.
c Bald. auth. ſed omnino. C. ne uxor pro ma.
d d. l. nã quod.
e c. ij. de feriĵs.
f l. mores. ff. de fer.
g l. j. ff. de manumiſ.
h l. j. §. procul. C. de lat. liber. toll.
i l. ij. §. pen. ff. ſi quis caut.
k l. cõtinuus. §. cũ ita. de uerborum oblig.
l l. j. ſi quis caut.
m §. qui autem. de excuſ. tut.
n l. ij. §. penult. quis ord.
o c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in vi
p l. j. §. cũ urbẽ. ff. de offi. præf. urb.
q l. ſi quãdo. C. de bon. uac. libro x.
r l. qui ex uico. ff. ad municip.
s l. quicquid. in auth. qui. mo. nat. effi. ſui.
t l. j. §. procul. C. de lat. liber. toll.
u Alex. in rubr. ſol. matr.
x §. ij. Inſtit. de iur. nat.
y l. ſi ſeruus cõmunis. de ſtip. ſer.

Alex. & Iason nõ admiserũt[a], cùm usus repugnet, cõstitutioq; ipsa homines respiciat, qui ipsi minimè per aëra uolitãt: quod & nos probamus: cùm enim de passuum numero agatur, quid hîc ad rem facit aëris mensura?

a in d. l. j.

c ¶ Passuum.) †Per eam scilicet uiam, per quam iter fieri consueuit[b]. si uaria est consuetudo, præferetur quæ in planitie, etiam si alia breuior reperiretur[c]. quapropter Bononiensis Romam uocatus, per Flaminiam & Picenum ibit, licet per Hetruriam citius peruenire possit. Idem si longiore itinere tutius quis iter faciat: nã id potissimum deligendum est[d].

b l. j. §. j. de his qui deiec.
c Archi. c. statutum. de rescri. in vj.
d l. final. §. cum enim. C. de iure delib.

d ¶ Integrũ diẽ.) †Singulis tamẽ septem diebus unũ habebit, in quo requiescat, isq; erit dominicus dies, q̃d plerisq; credidere runt[e]: nos iure nõ probari id scimus, nec usquã lectum est prohiberi quen quam eo die iter facere.

e Felinus c. cum olim. de exc.

e ¶ Cõueniat.) †Nam tũc seruanda est fides. Idem si ut certo die adsis, principis edicto, uel legis iussu compellaris: tunc enim minimè ad hãc cõputationem recurrendum est[f].

f Imol. d. §. cum ita.

§. EIVS QVI. f ¶ Non potest.) Ex summo iure, ut Accursius sentit: nam ex bono & æquo aliter lex Cornelia constituit, quæ antequam caperetur, mortuum fingit[g]: quæ interpretatio ut uera sit, uniuersali tamen negatiuæ non conuenit. †Ego generaliter dixerim, hæreditatẽ eius qui apud hostes decessit, nullo modo posse dici, licet ex lege Cornelia hæreditatem eius qui captus est, dicere possimus, quoniam hæc captura in ea lege uice mortis successit.

g l. lex Corn. §. de uulg.

g ¶ Seruus.) †Nam hæreditas est successio in ius defuncti: at serui nullum ius habent. In his uerò casibus cùm lex pro liberis eos habet, hæreditas eorum rectè dicetur[h]: ut cùm ideo non fuit aliquis manumissus, quia tabulæ testamenti, quibus libertas relinquebatur, ex S. C. Sylleiano aperiri nõ potuerũt. Sunt & alij, quos enumerare operæ preciũ nõ est[i].

h l. penult. C. de his quibus.
i l. seruus. C. cõm. de suc.

1 *Res in hac lege pro substantia accipitur.*
2 *Pecunia à pecore dicta: item & peculium.*

1 PECVNIAE.) a ¶ †Rem, id est, substantiã: nec enim est uerisimile Proculum, cùm hoc dixit, generaliter rem accepisse, sed in eũ tantummodo sensum, quum facultates censumq; significat: nam †pecuniã antiqui à pecore deduxerunt, quòd uniuersa eorũ facultas in pecorũ fructu esset, ut Grãmatici aiunt: qua ratione & peculium dictum, quod quis sua industria acquirit, ut Valla existimat.

1 *Rei appellatio latissima, & de uaria rei acceptione.*
2 *Quæ dicantur extra patrimonij nostri computationem.*
3 *Vera mens Iurisconsulti in l. nostra.*
4 *Duplex lectio in textu nostro.*
5 *Opus qui debet, partem faciendo nihil agit: & quando nõ procedat.*
6 *ἀποτέλεσμα quid.*
7 *Genethliacorum ars taxatur, & damnatur.*

PAVL. LIB. II. AD EDICTVM.

LEX IIII.

PEcuniæ appellatione rem[d] significari Proculus ait.

d 1

IDEM.

LEX V.

REi[d] appellatio latior est q̃ pecuniæ: quia & quæ extra cõputationẽ[b] patrimonij nostri sũt, continet, cùm pecunię significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.

b 2

¶ Opere[c] locato, uel cõducto, his uerbis, REI.) a ¶ †Rei appellatio latissima est, & corporalia incorporalia q; cõplectitur, & ad omnem obligationem contractumq; pertinet. Hinc æquitatẽ necessitatẽ ue aliquã do significat, quandoq; & ueritatem, plerũq; & administrationem: sed & pro iudicio, cõtrouersia, sententia, accipitur: habet etiã negocij significatum: pro rei quoq; ipsius æstimatione nũc accipitur, nũc pro eo quod interest: homines quoque rerũ appellatione contineri dubium nõ est[k], sicut & delicta, cæteraq; quæ in facto consistunt: sed & officia res appellantur: restringitur autem ex subiecta materia, quod alibi diximus.

k l. omnia. infr. de leg. ij.

b ¶ Extra cõputationẽ.) †Accursius quatuor interpretationes affert, ut uel de his, quæ in patrimonio nostro non sunt, sed esse possint, accipiamus: ut hæreditas iacens: uel de seruitutib. quæ nec in nostro patrimonio, nec extra habentur[l]: uel de actionibus, quasi hæ pecuniæ appellatione nõ cõprændantur: uel de rebus sacris, quoniam in nullius bonis sint: & hanc probat, cùm sacra uendi & in pecuniam redigi nõ possint, quod in alijs rebus est. † Sed profectò Iurisconsultus haud ita sensit, sed latius accipi rem, quàm pecuniã ait, cùm res mea dicetur, etiam quæ in patrimonio non computetur: ut si de filio uel consanguineo sentiẽs cõmendem tibi res meas, uel cùm de capite periclitans dicã rem meam agi, quod minimè ei significationi conuenit, quam habet pecunia. Ausonius poëta:

l l. j. de usuf. leg.

Imperiũ, litem, uenerem, cur una notat res?

Horat. Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet. Plaut. in Pœnulo: Tenetis rem? Vix quidem hercle: nam ita pauxilla est, digitulis primoribus.

c 4

¶ Opere legato.) †Alij codices habẽt locato,

cato, utrunq; rectè: cùm enim de opere dicimus, de eo intelligimus, quod ueri operis formam habeat, quæ quidem forma non nisi ex consummatione cõtingit[a]: † quapropter qui opus debet, partem faciẽdo nihil agit. & hæc est ratio cur facti obligatio indiuidua sit[b], licet alij aliter senserint. Sanè & mens loquentis quãdoq; aliud suadet, ut cùm quis argentum factum legat, nam & id ueniet, quod elaborari cœptum sit, licet adhuc non perfectũ[c]: nõ enim in obligatione ipsum facere hoc casu uertitur, sed res ipsa præstatur. Qua ratione & si quis partem parietis, foueæ, uel maceriei fecerit, opus illi nouum nunciari poterit[d]: quia non debet damnum alicui, neq; ex parte operis inferri. Idem & cùm de opere certam formam nõ habente loquimur, ut paries, fouea, maceries, & similia: nam etiam si solùm incœpta sint, dicitur opus factum esse: secus si certi termini uel mensura addita proponatur[e].

a l. si is qui cccc. §. j. ad l. fálci.
b l. in exec. uer. ij. de uerb.
c l. & si. §. quid ergo. de auro leg.
d l. stipula. §. opus. 5. de ope. no. nunc.
e l. stipul. nõ diuiduntur. 6

d ¶ Græci † ἀπτέλεσμα.) Nomen id à perfectione absolutioneq; deducit: qua ratione Homerus quandoq; πεπτελεσμένον ὄργον dixit eodẽ sensu. Sed & ἀπτελεσματα mathematicorum responsa dicuntur, edidit q; hoc titulo Ptolemæus librum, qui uulgò Quadripartitus appellatur. meminit huius significationis etiã Eustathius in Iliados primo, † ubi Genethliacorum curiositatem damnat, qui omnia subiecerint planetarum potestati: & proculdubio ridiculum est responsa sua hoc nomine eos appellare, quibus nihil imperfectius, uanius, stultius excogitari potest: ars enim illa ab Astrologis conficta fuit, ut cùm sua professione nihil lucrarentur, à curiosis rerum futurarum principibus, hoc nomine pecunias æruscarent: & ideo antiquis, sapientioribusq; Philosophis damnata, Christianæ legi contraria, ab Imperatoribus etiam capitali ultione coërcita: aduersus quam M. Cicero, Origenes, Phauorinus, & nouissimè Ioannes Picus XII. libris dissertauit. quòd si quis eorum (quanquam hæc rara auis) qualis Thrasyllus aut Ascletarion quandoq; uera prædixerit, id nõ astrorum scientia, sed cacodæmonũ aliquo impellente, uel falso prædicta ad euentũ perducente factum est, quorum maximè interest, huic imposturæ fidem omnino non abrogari: ut mirum sit, cur domini rerum, qui Christianis imperant, impunè doceri diuulgariq; huiusmodi apotelesmata permittant, quibus singulis annis ipsi efferuntur, bellaq;, tumultus, & rerum mutationes, ad hæc, diluuia, grandines, terræ motus, huiusmodiq; terriculamenta portenduntur, sicq; nocentium animos uel in spem alicuius facinoris incitant, uel innocentium metu & desperatione cõminuunt, in causaq; sunt, ut ait Labeo, id opus, q̃d Græci ἀπτέλεσμα[d] uocãt, significari: id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

d 7

à malis genijs multa mala id homines inuehantur, nè mentiti uideri possint.

1 *Nomen pro obligatione debitoris.*
2 *Nomen pro agnatione interdum ponitur.*
3 *Res quandoq; speciali significatione accipienda.*
4 *Rebus meis legatis, an iura contineantur.*
5 *Reus debendi dicitur, ex quocunq; contractu quis debeat.*
6 *Rei dicuntur omnes, quorum de re disceptatur.*
7 *Reus uoti quis dicatur.*
8 *Macrobius reprehenditur.*
9 *Quod mens cũ uerbis legis potest, id sola eius mẽs potest.*
10 *Mens legis quando dicatur certa.*
11 *Actio ex mente legis competens, directa est: quæ uerò per interpretationem datur, utilis est.*
12 *Mens, & sententia, & ratio legis an differant.*
13 *Correcta ratione legis, lex sublata censetur.*
14 *Legis sententia præsumitur, quam uerba ostendunt.*
15 *Legis mentem uiolans, in legem commisit.*
16 *Aduersus uerba legis committens, mente eius seruata, non meretur pœnam.*

VLP. LIB. III. AD EDICTVM.

LEX VI.

NOminis[a] & rei[b] appellatio ad omnem cõtractum NOMINIS[a].) †Nomen hîc pro obligatiõe debitoris accipitur, si cut cùm dicimus, uendo nomen, lego, obligo, do in solutũ, alioquin & alias significatiões habet: sic em̃ causam, sic accepti expensiq; titulum[f], sic singula in conficiendis rationibus negocia appellamus. Sed & in S. C. dicitur incertis nominibus pecuniam à Macedone filijs famil. credi solitam[g]. Sic & Horat. epist. lib. II. Cautos nominibus certis expendere numos. † Quandoq; & agnationem significat, ut cùm prohibemus fundum de nomine nostro exire[h].

a 1
b 2
f l. pen. & fin. C. de conueni. fis. deb.
g l. j. ad Maced.
h l. is qui. de lega. iij.

b ¶ Rei.) Licet hæc uox generaliter intelligatur, † quandoq; tamẽ speciali significatione accipienda est: ut cũ in rem quis agit: species enim designari tunc debet[i], nam & iura non uendicant[k]. Idem si † res omnes meas legauero: iura enim nõ cõtinent, quia nec possident: pronomen autẽ meas possessiuũ est: atq; ita Baldus sensit[l], quod ego non probo, cùm grãmatici in eam significationẽ possessiuum nõ accipiant, in quam Baldus existimauit: quapropter & cum rem alienã dicimus, etiam de iuribus intelligimus[m]. Verius ergo est id legatũ per illam adiectionẽ solùm ad ea coarctari, quæ in dominio nostro habemus[n]. Sanè & cùm res quas in illo fundo habeo, tibi promittam, iura non debentur, quoniam eo loco non continentur[o]. Dubium autem non est, quin uerba etiam generalissima per adiectionem restringantur. Sed finge, princeps mihi uniuersisq; rebus meis plenissimã immunitatem concesserit, an subditi quoq; immunes sint? & esse responsum est: sed quoniã ob mei fauorem hæc concessio facta est, non poterunt in domini damnum ea uti: & ad me pertinebit declaratio, quos uelim immunes esse, ut bellissimè And. Siculus respondit[p].

4
i l. si in rem. §. de rei uend.
k l. uendicatio. eod. tit.
l l. j. de stat. ho.
m c. fin. de præscript.
n l. Quintus. §. argen. de aur. leg.
o l. Caius. de lega. ij.
p consil. xxvj. in ij.

5 †Sanè possumus & genitiuũ hoc cùm à reo, id est, obligato inflectere, ut reus debendi dicatur, ex quocunq; contractu, uel obligatione quis debeat. Nam & ueteres, ut Cic. libro
6 II. de Oratore inquit, †reos appellabant non eos modò qui arguũtur, sed omnes quorũ de re disceptatur. Hinc q; est, quòd reus non solùm debendi dicitur, sed etiã credendi, & ipse quoque per acceptilationem à nexu liberari cẽsetur: oblatam enim pecuniam non potest non accipere[a]. † Dicitur & reus uoti is, qui diis in
7 uentum conditionis promittit: at ubi conditio euenit, tum etiã damnatus est uoti: quod ostendit T. Liuius lib. VII. de bello Punico, & Vergil. Damnabis tu quoque uotis. quod
8 & Seruius sentit: ut non parum mirer, † cur Macrobius uoti damnatos interpretetur, qui uota soluerint, & non potius idcirco obligatos ad obseruationem uoti, quia quod petierant impetrauissent. In qua re Nonij quoq; Marcelli diligentiam non satis probo, tametsi sciam ex recentioribus plerosq; Macrobium sequi.
9 c ¶ §. VERBVM ex legibus.) †Quod mens unà cũ uerbis legis possunt, id sola eius mens potest, dum de ea cõstet. Dum ergo certa est legis sententia, etiam si uerba eam non exprimant, expressus à lege is casus dici potest[b]: & propterea nihil refert, etiam si materia pœnalis uel odiosa sit[c], cùm non per extensionem, sed per expressionem casus censeatur explicatus. † Tunc autem mens dicitur certa, cùm uel in lege exprimit, uel unica tantùm ratione, ita quòd nulla alia adduci possit, colligitur[d]: uel per argumentum, necessariò & euidentissimè concludens, ita sensisse legislatorem infertur[e]. Et in his † casibus actio in lege directa oritur. Quòd si de mente nõ constet, sed per interpretationem Iurisconsultorũ lex ad eum casum porrigatur, rem tacitè decisam dicitur, tuncq; potissimum de legum extensione tractamus. Hoc autem casu actio quæ conceditur, non directa, sed utilis est[f]: quoniã ex mente legis præsumpta propter utilitatẽ recipitur. Sed & si de aliquo casu nihil actum sit, cùm uerisimile est legislatorẽ, si de eo cogitasset, idem quod de alio simili dispositurum, utiliter ex ea lege agetur[g].
12 d ¶ Sentẽtia.) †Eadem uidetur esse mens, seu sententia, & ratio legis, ut plerique omnes aiunt: aliqua tamen differentia est, quia ex ratione deducitur sententia, & propterea nunquam legis decisionem protrahimus, ubi nõ æquè tanta ratio sit: quo fit, ut si ex duabus rationibus aliquid sit introductũ, si altera tantùm afferri possit, dispositio locum sibi non uendicet[h], nisi clarè constet ex mente legis uel alteram sufficere[i]: qua ratione & tunc ad casum similẽ, si mens hoc uelit, fiet extensio, tametsi non æquè tanta ratio ea fieri suadeat, quod Socinus annotauit[k]. † Hinc etiam est, quòd correcta legis ratione, lex sublata censetur[l], si tamen huiusmodi ratio concludens, non autem impulsiua sit[m].

13 e ¶ Verbis.) †Ea tamen præsumitur legis sententia, quã uerba ostendunt[n]: quapropter temerè ab eis non est recedendũ, quoniã plerunq; fallimur, dum legis rationem per coniecturas nos assecutos credimus. quòd si de ea constet, nõ est dubium, quin & inde coarctatio inducatur, & si res suadet, extensio, quod aliàs admonui. quapropter non tanta est uerborũ uis, ut †si quis aduersus sententiã legis faciat, quãuis
15 in eius uerba nõ cõmittat, posit idcirco euadere, atqui eodem punietur modo°, ac si uerba quoque uiolasset. quapropter qui tricum uel oleum filiofamiliãs credit, in S. C. Macedonianum incidet[p]: & mulier cùm intercedere pro alio uellet, si principaliter in se obligationẽ susceperit, ex S. C. Velleiano iuuabitur[q]. Idem cùm prohibitus donare, uiliori precio uendat, uel interposito per fiduciam amico donet[r]. † Non ita in eo est, qui aduersus uerba committit, sententiam seruat: nam
16 id impunè licet.

14 SPONSIO.) a ¶ †Sponsio uidetur solùm de stipulatione dici: quod ex eo probat, cùm promissum lex ait accipi, q̃d nuda promissione, uel pollicitatione, uel spõsione debetur[s]. † Hinc & sponsalia[t] dicta, quòd ueteribus moris fuerit per stipulationem ea contrahere. †quapropter cùm lex ait[u], eos obligari qui sponsione propter suffragiũ contraxerint, de stipulatione ego intellexerim, ut qui mihi apud principẽ suffragatus sit, ut dispensationem aliquam obtinerem, non tamen ad promissum sibi pacto nudo præmium agere posit: licet nostrates Iurisconsulti eam legem non intelligentes contraria opinentur: cuius etiam libro XXII. Ammianus Marcellinus mentionem facit. Nec quicquam nos mouet quòd hîc dicitur, omnis stipulatio promissioq;: quasi hoc sensu alterum superflueret: nam coniunctiua ostendit pro maiore declaratione id à Iurisconsulto dictum, quòd dubitari potuit, ne stipulatio de sola interrogatione diceret[x]. † Sanè & alio significatu sponsio accipitur, nimirum cùm quis interposita stipulatione certam pecuniam promittebat, ni ita esset, sicut affirmabat: quo sensu Ciceroni, Quintiliano, Valerio Maximo, cæterisq;

1 *Sponsio solùm de stipulatione dicitur. & num. 7.*
2 *Hinc & sponsalia dicta.*
3 *Excussa l. j. C. de suffrag.*
4 *Sponsionis aliud significatus.*
5 *Sponsor quis dicatur.*
6 *Sponsus pro sponsalia contrahente in tex. accipitur.*
8 *Promissio quomodo accipiatur.*

PAVL. LIB. II. AD EDICTVM.

LEX VII.

SPonsio[d] appellatur non solũ quæ per sponsi[b] interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioq;[c].

IDEM LIB. IIII. AD EDICTVM.

LEX VIII.

VErbum[d] oportebit, tã præsens[b]
7 †sponsionẽ tantummodo de stipulatione dici, alioquin si quamlibet pactionem sponsionis appellatione comprændi, prout cõmunis est sententia, uoluisset, nõ erat de una specie stipulationis solũ hîc exempli causa loquendum. Nec obstat[c], quòd si in nouissima parte pactorum scriptum sit, Titius rogauit, spopondit Meuius, hęc uerba nõ tantùm pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis, quia pacti uim habent, nõ ex uerbo spopondit, sed quia iam in modum pacti promissio præcesserat, & ideo lex in nouissima pactorum parte ita scriptum ait.
8 c ¶ Promissioq;.) †In scriptura promissio[d] uidetur pro stipulatione accipi, quod tamen in testimonijs nõ est, quoniam uerba testium ambigua, aduersus eum qui produxit, interpretãtur: id autem uerbum ambiguum esse certum est, cùm etiã simplex pactio promissio dici possit.

1 *Exemplum huius legis ponitur.*
2 *Tempus præsens nec ad præteritum, nec ad futurum refertur regulariter.*
3 *Tempus futurum nec ad præsens, nec ad præteritum regulariter refertur.*
4 *Actionis uerbo impropriè accepto exceptio continetur.*
5 *Exceptio cõpensationis an propriè actionis uerbo cõtineatur.*
6 *Replicationem obijciens agere dicitur.*
7 *Exceptio est actionis exclusio.*
8 *Præscriptio actionem excludit, translatio differt.*

1 VERBVM oportebit.) a ¶ †Exemplum legis est, cùm quis promittit, quicquid dare, facere oportebit: nam etiã ex ui sermonis præsens cõprænditur, cùm qui dare facere debet tempore cõtractus, etiã post contractum dare facere teneatur: nec enim per eum contractum extinguitur præsens obligatio.
2 b ¶ Præsens.) †Tempus præsens ad præteritum nõ refertur, nisi adiunctũ participiũ id suadet, ut cũ dicimus, Troia capta est: aut cùm id præteritũ etiã nũc durat[e]. Qua ratione futurũ quoq; non comprændit[f], nisi natura actus aliud inducat: ut cùm lex punit eum, qui delinquit: futuris enim negocijs lex prouidet, Idem in testatore qui dixerit, quas pecunias legaui, uel lego sine diei appositione, deberi annua, bima, trima die uolo: referetur enim hæc clausula etiã ad ea legata, quæ dein de uel in codicillis faciet[g], nam hæc uoluntas durare præsumit. Sed & dispositio de re præsenti facta, ad futuram actionẽ trahetur[h]: quaproter & qui res ad se pertinẽtes pignori supposuerit, de acquirendis quoq; egisse uidebitur, quoniam cùm obligatio duret, censetur acquirenda ex præsumpta contrahentium uoluntate loco accessionis cæterorũ bonorum esse[i], licet aliam rationẽ Bartolus adduxerit. Cæterum & si præsenti tempori addita sint uerba habentia tractum, non est dubiũ quin futurum comprændant[k]. Idem & si de futuris actum esse alia ratione præsumamus.

c ¶ Futurũ.) †Id tempus regulariter nec ad præsens, neq; ad præteritum refertur, nisi dispositio tractum habeat, ut quia in futurũ quoq; duret: ueluti si promittã, quòd dolus malus aberit[l], intelligetur etiam ut in præsenti nõ adsit, cùm qui hodie dolus adest, etiam in posterũ perseueret: & qui confirmet quod in codicillis scriptũ erit, etiam quod codicillis iam factis legauit, confirmasse creditur[m]. Sed & cùm materia ita suadet, præsens pro futuro, & futurum pro præsenti sumitur[n].

d ¶ §. ACTIONIS.) †Actionis uerbo impropriè accepto contineri exceptionem dubium non est°, quia excipiens agere dicitur: quod tãto magis procedit, cùm de eo excipitur, quod in formã actionis deduci potuisset: †ut si quis cõpenset: sed Bartolus huiusmodi exceptionẽ propriè actionis uerbo cõtineri credidit, cui nõ assentio: quia lex uideri eum agere dixit[p], & propterea cùm cui sacris interdictum sit, licet agere prohibeatur, cõpensare tamen posse existimo[q]: quæ sententia humanior est. Cæterũ & is prouocator, cui iudex ex officio succurrit, non propriè agere dicetur, sicut nec reus eo casu excipere, q̃d plerique omnes sentiũt[r]: † qui uerò replicationem obijcit, actionẽ intẽdere proculdubio dicit[s].

e ¶ Exceptio.) Eius enim descriptio repugnat, †cùm exceptio sit actionis exclusio, tametsi dilatoriæ & solius intentionis exclusiones, propriè quoque exceptiones dicantur[t]: uerbum enim generale est, idemq; quod præscriptio significat. Fortunatianus tamen rhetor: †Præscriptio, inquit, actionem excludit, translatio differt.

1 *Verbum, rapere, quomodo accipiatur.*
2 *Raptor cur mitius puniatur sure manifesto.*
3 *Verbo corrupisse, scissum fractumq; continetur.*

MARCELLVS. a ¶ Rapuisse.) †Hoc clarius locum sibi uendicat, cùm quis

a *l. si rem. §. de præscri. uerb.*
b *gl. in rubr. in auth. de fid.*
c *l. iuris gen. §. quod ferè. de pact.*
d *l. j. C. de usur.*
e *l. uerbum erit. §. eod.*
f *l. is qui put. §. ait. §. quod ui.*
g *l. si stipula. §. cũ stipulamur. §. de uerb.*
h *l. talis. de leg. j.*
i *l. fin. §. fin. de lib. leg.*
k *l. fi. C. quæ res pig. l. si quis soc. §. pro soc.*
l *l. si ita quis. de leg. j.*
m *l. nouiss. §. iudic. sol.*
n *l. Plotiana. §. de cond.*
o *32. q. 5. Paulus.*
p *l. amplius. in fin. §. rem rat.*
q *c. cum inter. de except.*
r *in l. j. §. de iurisdi. om. iud.*
s *Instit. de repl. in prin.*
t *Abb. rub. extra de exc.*

a l.iij.§.non solum. ff. de incend.
b l.iiij.ff.ne quis in.
c c. fin. 36. q. j.
d l.si quis ex do. ff. de fur.
e ff. ex malefic. de actio.

scindit, frangit'ue ui adhibita, uel eo animo, ut si prohibeat, uim adhibeat[a]: alioquin rapere, est etiã de manibus auferre[b]: & qui uerbis puellam seducit, eam rapuisse dicitur[c]. Sed & furari rapere est[d], improbior tamẽ fure quãuis manifesto est raptor. †Quod cũ ita sit, cur leuius puniturꝰ manifestarius enim fur quadruplum cum re ablata infert, raptor triplũ[e]: an quòd fur potuit dñm latẽre, raptor minimè, unde ex furto potuit maius damnũ domino inferri, qui nisi noxiũ depræn disset, nescisset aduersus quem ius suum persequeretur? Quapropter cùm uterq; manifestus sit, grauius fur, quàm raptor plectitur: alij tamen aliter sentiunt.

b ¶ Scissum.) Laceratũ, fractũ, quassatũ. 3 †Sanè & uerbo corrupisse, scissum, fractũq; cõtineri in l. Aquilia dicit: quapropter sunt, qui hîc rupisse legãt, nõ rapuisse. Subdit huius respõsi arg. Dinus, si lex municipalis certa pœna mulctet eum, qui de domo uicini aliquid rapuerit, qui uel solas fores effregerit, cõtineri. Quid si igne adhibito corruperit? & idem dici posse ego existimauerim.

Alex. cõsil. 103. in j.

1 Conuentus rei uendicatione an sit propriè debitor.
2 Persecutio est, quæ uulgò officium iudicis merum dicitur.
3 Iure ciuili qui contractus introducti.
4 Tutus exceptione perpetua debitor non est.
5 Deficiente ciuili actione, si æquitas subsit, prætor suum impertit officium.
6 Creditor an sit, cui debetur sub conditione.
7 Simplex naturalis obligatio duplex est.
8 Obligatio naturalis ad antidora.
9 Donationis remuneratoriæ singularia.

1 CREDITORES. a ¶ Actione.) †Nõ tamen reali, cùm qui rei uendicatione conuenitur, impropriè debitor dicat, ut Accursius & cæteri existimant[f]: quod ego nõ probo: quia negari nõ potest, qui rem meã possideat, restituere eam mihi debere. nec nos mouet, quòd lex[g] eum nullo iure teneri dicat, quia & ex additione pronominis, & ex narrationis argumento apparet nullo iure personã ipsam obligari: sed non ideo cõsequens est, ratione rei debitorem non esse.

f Instit. de act. in prin. & §. j. ff.
g §. omnium. Instit. de act.

2 b ¶ Persequutione.) ¶ †Quã uulgò officium iudicis merũ appellamus, ea causę omnes mixti imperij absoluuntur[h].

b l. pec. §. j. ff. eod.

3 c ¶ Iure ciuili.) †Hoc iure stipulatio inuenta est, & emphyteosis, literarumq; obligatio, & quæ ex sponsalitia largitate, uel tutela prouenit: nam & hęc XII. tabularũ uerbis inuenta est. Sanè & iure ciuili debetur, quod ex iuris gentium contractib, debetur: id enim ius Quirites approbauere[i].

i l. iuris gent. ff. de pact.

4 d ¶ Sine ulla.) †Qui ergo ipso iure teneat, si exceptione perpetua, puta pacti de non petendo, tutus sit, debitor nõ est: nec quid ipso iure sit, curamus, sed qd in effectu.

5 e ¶ Extraordinario.) †Cũ deficiente ciuili actiõe sugerẽte æquitate in causis iurisdictiõis officium suũ prætor impertit, ut cũ filiumfam. tuetur, qui uiaticũ suũ alteri mutuauerit[k], & quosdã casus prà habemus sub rubr. de uar. & extraord. cognit.

k l. cum filius? si cert. pet.

6 f ¶ Sub cõditione.) †Si omino sit extitura, dubiũ nõ est, ut Pont. ait[l], esse creditorem. Si uerò incerta sit, nõ est creditor, nisi ex larga significatione: at ubi euenerit etiam retrò, uidebitur propriè fuisse creditor[m]: quod in legatis non est, nec enim in eis regulariter conditiones trahuntur retrò[n].

l in l. j. si cert. pe.
m l. is cui. ff. de actio.
n l. j. §. ferui. ad Syllan.

g ¶ Natura.) De naturali obligatione, quã lex ciuilis fouet, hîc non agitur: quia de ea superius actũ est, cùm de iure ciuili dixit[o]. multò minus uerò de ea intelligendũ est, quã lex ciuilis reprobat, quoniã hoc casu creditor dici nõ potest. Superest ergo, ut de simplici naturali obligatione loquamur, quã ius nostrũ nec tuetur, nec infirmat. Ea† duplex est[p]: altera iure naturæ efficax, quæ ideo actionẽ non parit, quoniã iuris ciuilis sunt actiones: exceptioni uerò sufficit & cõpensationi & pignoris retentioni, quoniã id nõ est alium impetere, sed se tueri, quæ naturalis defensionis species est. In hac creditor propriè nõ dicit, quia actionẽ hac ex causa nullam habet: largius tamen accepto sermone dici creditor poterit, & ideo fideiussor illi accedit[q]. † Altera uerò quæ ad antidora, id est, remunerationẽ pertinet, nec eo quidem iure ex se efficax est, quapropter ex ea debitor nullo modo dicit: iuncta tamẽ alij actui plurimũ potest. †Hinc est, qd remuneratoria donatio insinuatione non indiget: ex ingratitudine, uel filijs deinde natis, non reuocatur: inter uirũ & uxorem permittitur, quapropter causam sufficientẽ contractui præstat: in bono uiro præsumitur: alienationem rei ad ecclesiam, uel minorẽ pertinentis, alioquin reuocabilem, confirmat[r].

o l. legitima. ff. de pact.
p Bar. l. exhæ. ff. de instit.
q l. fideiusso. ff. de leg. §. ij. ff. de fideiuss.
r Ias. in d. l. ex hoc.

h ¶ Sed cõtractus.) Subaudi quilibet alius. Ipse castigatius in antiquo codice scriptũ inueni, seu contractus, quod magis placet.

1 Dubitandi decidendiq; ratio in l. nostra.
2 Verbum, ex causa, in tex. generaliter accipiendum.

CREDITORVM. a ¶ Pecuniã.) Videbatur enim

enim ita tantũ accipiendum, cùm credere dicamur cuicunq; rei assentiamus, alterius fidẽ 1 secuti: sed tamen† cõmunis usus peritorũ creditorem generalius accipit, quacunq; ex causa quicq; debeatur: meritò ergo usum magis quàm etymologiã attendemus. Quãuis tamẽ de credito re ita dicamus, nõ idem erit de uerbo credere, uel nomine creditũ: hæc eñ solũ indicãt, qui alterius fidem sequutus sit, ut Bart. sensit, atq; alij pleriq;. Tenent Salicetus, Fulgosius, Pontanus contrà[a].

a l. j. ff. si cer. pe.

b ¶ Causa. Puta delicto, ut ait Accursius. †Sed hîc ego generaliter malim quacũq; ex causa, nõ solùm cõtractu, sed etiam quasi contractu: qua ratione & cessionariũ propriè creditorem esse cæteris consenserim[b].

b in d. l. j.

1 Cui ex delicto debetur, an sit creditor.
2 Quid in eo, cui ex legato fideicõmissóue debetur.
3 Verba textus, Ex populari causa, quomodo accipiantur.
4 Verba, Minus soluit, in tex. propriè accipienda.
5 Plus tempore petit, qui ante tempus petit.
6 An hodie huic legi sit locus.

1 SI CVI. a ¶ Ex delicto.) †Id dubiũ erat, cùm delinquentis fidem sequutus uideri nõ possit creditor: tamen idem quod in cæteris causis est, quoniã delinquens uidetur pœnæ semet obligasse. †Idẽq; est in eo, cui quid ex legato fideiue cõmisso debeatur: nam hæres adeũdo illi promittere censetur[c]. Propriè ergo creditores hi propter usum autoritatẽq; prudentiũ dicentur, q̃uis huic significationi legis fictio causam dederit. Hinc est, q̃d hîc dicitur, creditoris loco esse: & alibi, legatum quasi æs alienũ solui[d]: alibiq; lex nõ solũ creditoribꝰ. sed etiã legatarijs prouidere se dicit[e].

c l. apud Iul. §. fi. ex quib. ca.
d l. j. C. de bon. aut. iud.
e l. fi. §. licen. C. de iur. delib.

2 3 b ¶ Ex populari.) †Intelligẽ in actione, qua principaliter iniuriam publicam, seu ius populi prosequimur: nam ante litem contestatam locupletiores nõ sumus[f], nec fideiussor nobis obligatur[g]: sed si principaliter aliquis sit læsus, puta quia uiolatum eius sepulchrum, uidet etiã ante litis contestationẽ creditoris loco esse: quapropter & tunc procuratorem constituit[h], & alius nemo admittitur, si ipse agere uelit[i]: & hoc Accursius probat.

f l. penult. ff. de pop. act.
g l. si quis pro. in fin. de fid.
h l. licet. de procurat.
i l. iij. ff. de sepulchro uiol.

4 c ¶ §. MINVS soluit.) †Id est, soluere uult, ut Iacob. Bar. & Alber. interpretant[k]: nam sic creditor q̃uis post tempus solutionẽ recepisset, non posset amplius illam accessionẽ, quæ ex mora orta est, petere[k]. Ipse hãc expositionem non probo: quia quamuis creditor amplius petere non possit, non tamen sequitur, quin minus sit solutum, licet ideo non petat, quia recipiendo sine protestatione uidetur remisisse: faciliterq; remissio huius accessionis præsumitur, cùm non nisi iudicis officio debeatur. Quapropter si creditor nolit recipere, & debitor debitam summã sine temporis accessione deponat, obsignetq;, nõ liberatur: quod omnes hîc probant[l].

k l. iiij. C. depos.
l l. oblig. C. de solut.

5 d ¶ Tempore.) †Eadẽ ratione dicitur etiã quis plus tẽpore petere, quã do ante tẽpus petit, & propterea in pœnam duplicant illi inducias[m]. †Sed nunquid cùm usuræ hodie omnino sint prohibitæ, locũ habeat hęc lex? & si creditoris nihil interest esse tardius solutũ, ut quia non est mercator, nec qui propter hanc moram quicquã damni subiuerit, non procedere mihi uidetur uerius.

m §. plus. de act.

6 ¶ Minus soluit[c], qui tardius soluit: nam & tempore[d] minus soluitur.

c l. oblig. C. de solut.
d l. fi. §. plus. de act.

IDEM LIB. VII. AD EDICTVM.

LEX XIII.

MVlieris appellatione, & uirgo uiripotens[a] continetur. ¶ Res[b] abesse uidentur, ut Sabinus ait, & Pedius probat, etiã hæ, quarũ corpus manet forma[c] mutata. & ideo

a l. arg. §. mulieris. ff. de aur. & arg. leg.
b §. RES abesse.) Et propterea† non uidetur exhiberi, quod mutata forma exhibetur[q]: nec cõmodatũ, depositum'ue reddi, nisi in eadem causa reddatur[r].

q l. iul. §. si quis. ff. ad exhib.
r l. iij. §. si reddita. ff. cõmod.

c ¶ Forma.) †Ex forma enim res ipsa nomen assumit: quapropter & ubi ea decst, rei quoq; nomen deficit, nisi quid minimum de forma mutatum proponatur[s]. †Sanè mate-

s l. j. in fin. ff. de uent. inspi.

ria, ſubſtantia, forma, ſolennitas, ſimul differunt. Materia eſt unde quid conficitur, ut in ſcypho metallũ, in contractu conſenſus. Subſtantia eſt per quã materia in certã ſpeciẽ deducit, ut in uaſis uel ueſtibus artificiũ, in emptionis contractu preciũ. Forma eſt, quæ certæ illi ſpeciei nomen dat. In iurib. uerò pro forma id requiri dicitur, quod ordinem reſpicit, ut in ſtipulatione ꝙ præcedat interrogatio, incõtinenti reſponſio ſequatur[a]. Solennitas actui perfecto extrinſecus accedit, ut autoritas tutoris in pupillorum, agnati cõſenſus in mulierũ contractib. Promiſcuè tamen hæc Doct. quandoq; accipiunt[b], ſubſtantiaq; generaliter diffinitur, quæ ad rei eſſentiã neceſſariò requiritur: quapropter materiam, formam, ſolennitatemq; cõprændit.

a Bald. in c. j. de no. form. fid.

b l. in uenditionibus. de contrah. empt.

d ¶ Videri abeſſe.) Et propterea res ipſa rurſus ſimpliciter petetur, tanquã ſi nihil reſtitutum ſit[c]. Secus ſi ideo petatur, quia aliquid illi extrinſecus deſit: puta cùm quis dedit fundum, nec de euictione cauit: nõ enim ſimpliciter fundum petet, ſed addita cauſa, ut de euictione caueatur[d].

c l. etiã. 5. de ſolut.

d l. Iul. §. j. 5. de uerb. oblig.

7 e ¶ In manus precio, id eſt, artis. Verg. Artificumq; manus inter ſe, operumq; labores Miratur. Iulius Solinus: Ea ædes manus Dædali oſtendebat. Sed quid ſi per huiuſmodi mutationẽ res facta ſit precioſior? Et ratio Iuriſconſulti oſtendit tunc rem non abeſſe: non poterit tamen is, qui reſtituit, expenſas repetere[e]: quia ſibi non licuit in re, quam alienam ſciebat, eſſe tam ingenioſum.

e §. ſi quis in aliquo. Inſtit. de rer. diuiſ.

8 f ¶ §. DESINERE.) †Lex Attinia furtiuã rem uſucapi prohibebat[f], niſi ea in poteſtatẽ dñi reuerſa eſſet, deſiſſetq; res abeſſe. Declarat Iuriſconſultus deſiſſe abeſſe, ſi in dñi poteſtatẽ liberã eſſet reuerſa: ꝙd intellige, dummodo dñs qui ſciuit rem fuiſſe ſibi ſubtractã, ſciat etiã reuerſam[g]: nam & tunc ſi rurſus contractetur, noua actio furti dabitur[h]. Verba eius legis hæc à Gellio cõmemorantur libro XVII. Quod ſubreptũ erit, eius rei æterna autoritas eſto: id eſt, æternum tempus ad uſucapiendum, ut alibi declarabimus.

f l. ſequitur. §. quod autẽ. 5. de uſucap.

g l. qui filium. §. pen. 5. pro em.

h l. inter. in fin. 5. de furt.

9 g ¶ Poſsimus.) †Sed quomodo dñs poſſeſsionẽ rei ſuę amittere poteſt? & ſi ipſe eam per uim recuperauerit, dubium non eſt, poſſe ab eo auferri, quoniã in interdicto recuperandæ exceptio dñj reijcitur[i]. Sed & ſi non furi, ſed ſucceſſori eius particulari abſtulerit, etiã per triticariã conditionẽ reſtituere poſſeſsionem cõpelli poteſt, ut Accurſius ait[k]. Idemq;

i l. ſi quis. C. ad l. Iul. de ui pri.

k l. ij. in fi. 5. de trit.

eſt, ſi dñs ipſe ſponte rem habuerit ab eo, qui uiolenter à poſſeſſore rapuerit: nam ſi dominus hoc ſciebat, ex æquitate iuris canonici poſſeſſori ſuccurritur[l]: cui nec lex ciuilis aduerſatur, ut aliqui ſentiunt[m]. †Sed & illud expeditum eſt, redintegrãdæ poſſeſsionis beneficio huic prouiſum eſſe[n], ꝙd ex cõmuni ſententia etiam malefidei poſſeſſori cõpetit aduerſus eum, qui uel titulo poſſideat[o], quoniã recens hæc poſſeſsio clandeſtina & uitioſa præſumitur[p]. Vbicunq; ergo aliquo huiuſmodi interdicto abſtrahi à dño poſſeſsio poſſet, res nõ deſinere ab eſſe uidetur.

l c. ſæpe. de reſt. ſpol.

m l. ſi coloni. C. de agr. lib. x.

n c. reinteg. iij. q. j.

o l. rem quæ nobis. 5. de acq. poſſeſſ.

p c. licet. extra de prob.

manis non eſt.

PAVL. LIB. VII. AD EDICTVM.

LEX XIIII.

LAbeo & Sabinus exiſtimãt, ſi ueſtimentũ ſciſſum reddatur, uel res corrupta reddita ſit, ueluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura, uideri rem abeſſe[a], quoniam earum rerum precium non ſi corruptæ redditæ ſunt, uel transfiguratæ, uideri[d] abeſſe: q. niã plerũq; plus eſt in manus[c] precio ꝙ in re. ¶ Deſinere[f] autem abeſſe res tũc uidetur, cũ ſic redit in poteſtatẽ, ne amittere poſſeſsionẽ poſſimus[g], ob hoc quòd furto pridem ſubtracta eſt. ¶ Abeſt[b] & eares, quæ in rebus humanis non eſt.

a Bald. in c. j. de no. form. fid.

b l. in uenditionibus. de contrah. empt.

c l. etiã. 5. de ſolut.

d l. Iul. §. j. 5. de uerb. oblig.

e §. ſi quis in aliquo. Inſtit. de rer. diuiſ.

f l. ſequitur. §. quod autẽ. 5. de uſucap.

g l. qui filium. §. pen. 5. pro em.

h l. inter. in fin. 5. de furt.

h ¶ §. ABEST.) †Abeſſe uerbum pluriſariã in iure accipitur. In ſtipulationibus abſentes ſunt, qui inuicem ſe exaudire nequeunt: in præſcriptionibus[q], qui in eadem prouincia, ſeu territorio non ſunt. In iudicijs abſens eſt, qui ad eum actũ non eſt citatus, uel quãuis citatus, nõ adeſt. Idem & in eo, quẽ citare difficile eſt[r]. In legum diſpoſitione abſens eſt, qui longè abeſt[s]: ſi uerò propè ſit, nõ uidetur abſens, ſed expectari debet, ut Bal. ſenſit[t]. Illud dubiũ non eſt, qui mortui ſunt, abſentes eſſe, uel quia mortui nõ ſunt, ut Atticus apud Cicer. in Tuſcul. diſputat, uel quod uerius eſt, quia reuerti & adeſſe amplius non poſſunt. Hinc iudex datus donec præſes abſit[u], procedet etiam eo mortuo: quia non ſolùm abeſt, qui ad tẽpus, ſed & qui perpetuò abſens eſt. †Cùm ergo hęc dictio uarijs modis accipiat, prudens iudex ex ſubiecta materia quę interpretatio capienda ſit, dijudicare debebit.

11

q Inſtit. de uſucap. in prin.

r l. aut qui. 5. quod ui.

s l. iiij. §. abeſſe. 5. de dam. inf.

t l. fin. §. ubi autem. C. de bo. quæ lib.

u c. ſi deleg. de off. delc. in 6.

12

1 *Solutione eius quod debetur, nõ ſemper liberatio cõtingit.*
2 *Si dominus rem ſibi furto ablatã ſciens emat, an res ei abeſſe dicatur.*
3 *Rei ſuæ nemo emptor eſt, de iure.*
4 *Precium loco rei an ſemper ſuccedat.*
5 *Non dicitur ei abeſſe precium, qui ad illud conſequendum actionem habet.*
6 *Qui actionem habet, rem habere dicitur.*
7 *Quod alteri dare cogimur, abeſſe à nobis dicitur.*

LABEO ET SAB. a ¶ Videri rem abeſſe.) Et propterea adhuc res petetur, nec ideo aliquis liberatur, quòd ita ſoluerit.† Quãuis ergo ſolutione eius, quod debetur, liberationem conſequamur, nõ tamen generaliter hoc uerum eſt. Nam & ſi res ſoluta poteſt auferri, ut quia alteri pignorata[x], uel ſub conditione legata[y], non uidetur ſoluta. Idem ſi aliquod ius extrinſecus deficiat, ut quia de euictione cautũ non ſit[z]. Sed & ſi non eo titulo habuerim, quo mihi debebatur, ſed precium præ-

1

x l. ſi rem. l. qui res. 5. de ſol.

y l. nõ quod. 5. de leg. j.

z l. Iulia. §. qui fundum.

præſtiterim, abeſſe uideat. Sanè in noſtro caſu, ſi rei debitæ forma immutata nõ eſt, & precium in ſubſtantia, non in arte poſitũ ſit, quale eſt in uulgaribus indumentis, uidereat rem peti nõ poſſe, ſed in id quod intereſt rem non fuiſſe diminutã, agendũ[a]: in qua tamen re aliter ſolet diſtingui, ut in contractibus bonæ fidei actione prima ad rem ipſam agatur[b]: idẽq; in actione ex teſtamento, quæ bonæ fidei naturam imitatur[c]: in ſtricti uerò iuris cõtractib. actione de dolo agi in id ꝙd intereſt, oporteret[d].

a l. exhibitionis. C. ad exhib.

b l. iij. §. ſi reddita. 5. cõmod.

c l. Meuius. §. in fundo. 5. de lega. j.

d l. et eleg. §. nõ ſolũ. 5. de dol.

2 b ¶ Ignorans.) †Quid ſi ſciens? & ſi ab alio emat, idem eſt: quia non ideo uidetur furem liberaſſe, quin ab eo rem petere poſsit. Si uerò ab ipſo fure emat, hîc uidetur probari tunc rem nõ abeſſe, quod probo. Sed quid ſi huiuſmodi res ſibi purè legata eſſet, nunquid eam ab hærede emendo cenſeretur legato renunciare? Et Bart. nõ renunciatũ credidit[e]: quapropter & hoc caſu res uidereturab eſſe: ſed contra Bart. crebrior eſt ſententia.

e Bart. in §. duo fratres. in xij. quæſt.

3 c ¶ Emerit.) De facto, †nam iure rei ſuę ſiue ſciens, ſiue ignorans, emptor nemo eſt[f]: licet preciũ ſolus repetat, qui ignorãs emit. Et hinc colligitur, ſi quis Titio prædia leget præter ea, quæ à Sẽpronio emit, tametſi emptio ipſo iure nulla fuerit, excepta tamẽ uideri. Licet enim in effectu emptio nulla, non ſit emptio, appellationem tamen iſtam de facto ſortitur, idq; ſatis eſt.

f l. ſuæ. 5. de contrah. empt.

4 d ¶ Quia uidetur.) †Et ſic preciũ loco rei ſuccedit[g], quod in uniuerſalibus uerũ eſt[h], ut in hæreditate uel dote[i]: in particularibus minimè[k], niſi cùm quis ideo cõuenitur, quia locupletior ſit factus[l]: non enim minus locuples eſt, qui preciũ, quàm qui rem habet: niſi item contra eum agatur, qui debuit id agere, ut rem actor ſine precij alicuius ſolutione haberet: nam ſi id non fecerit, preciũ quod actori abeſt reſtituet, ut hîc in fure, & alibi in hærede, qui rem legatam ſoluere debuit[m].

g l. imper. §. fi. 5. de leg. ij.

h l. res in dotẽ. 5. de iur. don.

i l. uẽditor. 5. de hæred. uend.

k l. ſi ipſa. quod met. cauſ.

l l. planè. §. quòd ſi rem. de leg. j.

e ¶ Cui preciũ abeſt.) Si à fure ipſo ignorans emerim, rem ipſam ab eo petã, uel etiam ipſum preciũ, ſi ita mihi magis placeat: nam qui rem ab eo emit, qui abſq; precio dare tenetur, uel ipſam rem rurſus petit, uel precium quod ſibi abeſt[m]: idq; crebriore calculo receptum eſt, licet alij rem in obligatione, æſtimationẽ in ſolutione eſſe crediderint[n]. Sed quid ſi ab alio ignorans emerim? Et non uideretur rem abeſſe, quia tũc preciũ nõ abeſt: cùm emrei meæ emptio non ualuerit, precium repetam. †Nec dicitur ei abeſſe precium, qui ad illud conſequendũ actionem habet: ſed cùm electionem domini eſſe ſuprà dixerim, ſi contra furẽ agere maluerit, uerius eſt uideri rem abeſſe: & ita Iuriſcõſultus hîc intelligi debet.

m l. ſi filio. §. j. l. illud. 5. de do. cau. mor.

n d. §. quòd ſi rem.

5 f ¶ §. REM amiſiſſe uidetur.) Hoc uerbũ proprietatem hîc denotat: ſi enim anulus mihi in mare elapſus ſit, non ſolũ iuris interpretatione, ſed etiã uerè eum dicor amiſiſſe.

g ¶ Actionem.) Nam† qui actionẽ habet, rem habere uidetur: & ꝙd nos alteri dare, uel perſonali actiõe cogimur[o], abeſſe à nobis dicit: & hoc iuris interpretatione uerũ eſt, alioquin in executione facti aliud eſt, tum propter litis fruſtrationes, & dubios euẽtus, tum quia tutius eſt rei incumbere. quapropter lex municipalis quæ in rei ſuæ uenditore aliquid corrigat, in eo non ſeruaretur, qui ſibi debitam rem uẽderet[p]: & ideo† minus eſt actionẽ habere quàm rem, ut in regula iuris habetur.

6

o l. ſi quis mandata. Titij. 5. de neg. geſt.

p Doct. in l. Gallus. §. uidendum.

7

1 *Quæ ad rempub. Romanam pertinebant, quare dicta ſint publica.*
2 *Semper apud quaſcũq; nationes ius ſupremũ populi fuit.*
3 *Principio rerum ex populi conſenſu reges aſſumpti ſunt.*
4 *De Carolo Magno & Pipino quædam annotata.*
5 *Ab Hugone Capeto oriundi, qui etiamnũ moderantur rebus Francorum.*
6 *Princeps iuſtus eſt, qui ex conſenſu populi regnat.*
7 *Qui inuitis dominatur, tyrannus eſt.*
8 *Cuiuſdam pyratæ falſe dictum ad Alexandrum Magnum.*

BONA ciuitatis.† Ius imperij Romani ad populum pertinebat[q], donec per legem Rhemniam populus in Auguſtum Cęſarem ius omne tranſtulit: meritò ergo quę ad rempub. Romanam pertinebant, publica dicta ſunt, quaſi populica. Ad Romanorũ tamen ſimilitudinem, & quæ in alijs ciuitatibus communia uniuerſorũ erant, publica dici cœpta ſunt: † ſemper enim apud quaſcũq; nationes ius ſupremũ populi fuit, idq; uel legis diuinæ inſtituto oſtenditur. Nam cùm hominẽ creauit deus, illi in cætera quidem animantia ius & dominium conceſsit, hominum autem ut alteri alter ſeruiret non indixit. † Vnde principio rerum non diuina iuſsione, ſed ex populi conſenſu Reges aſſumpti ſunt: quod & poſt Romani imperij occaſum ſeruatũ fuit, cùm† Carolus Magnus à populo Rom. Auguſtus electus eſt, & à pontifice Leone ſacro oleo inunctus, quod ius populi hodie Gregoriana lege in ſeptem Germaniæ primates translatũ eſt. Sic & Franci Chilperico eiecto, quòd regno idoneus non eſſet, Pipinum ϖαν κελτικῶ conſilio ſubſtituerunt. Et cùm Pipini proles à maioribus degeneraſſet, rurſus Odonem, mox eius fratrem Robertum, & deinde Roberti nepotẽ Hugonem ad ſum-

q l. j. 5. de mandat. prin.

1

2

3

4

mum fastigium euexerunt: †is Hugo est, qui uulgò Capetus dicebatur, unde oriundi sunt qui etiamnum Francorum rebus moderantur. & quod de maximis hisce regibus, nimirum Romano & Franco, dictum est, idem & in inferioribus obseruatũ fuisse, qui historicos legerit, deprendet: †ut meritò censeam diuina lege eum iustũ principẽ esse, qui ex populi cõsensu regnet, quod & Aristot. tradit: † qui uerò inuitis dominetur, eum tyrannum esse, etiãsi Cęsar sit, à Septemuiris electus, uel qua qua alia ratione ciuili iure potẽtiam suam tueatur. Vnde cùm magna regna nõ ex subdito rum consensu, sed per uiolentiam primò constituta sint, meritò diuus Augustinus lib. de ciuitate Dei IIII. magna latrocinia esse dixit, † adducto etiã piratæ cuiusdam exemplo, qui comprænsus & ante Alexandrũ Magnũ adductus, cùm interrogaretur, qua causa mare haberet infestũ: Quid tibi, inquit, ut orbẽ terrarũ habeas infestum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro uocor: tu quia magna classe, Imperator,

CAIVS LIB. III. AD EDICTVM.

LEX XVI.

EVm q uectigal[a] pop. Rom. conductũ habet, publicanũ[b] appellamus: nam publici appellatio in compluribus causis ad po. Rom. respicit: ciuitates[c] enim loco priuatorũ habentur.

VLP. LIB. X. AD EDICTVM.

LEX XVII.

ciuitatibus, ut in l. Iulia peculatus, ut aliqui sentiunt: item in redhibitione rei morbosæ, quæ ex ædilitio edicto fit[d]. Sunt & alij, cùm ciuitatibus omnibus pluspquam priuatis conceditur, ut in præscriptione uel usucapione, quæ uel longiori tempore[e], uel nullo modo cõcedit[f]: idẽ si mancipiũ furto illis sit subtractum[g], atque id genus multa similia[h]. †Sed nunquid ciuitatibus concedenda sit restitutio in integrũ? & cõmuniter cõcedi aiũt[i]: quoniam cùm per administratores regantur, si in cõtractu uel iudicio læsę sint, iusta est causa restitutiõis: idẽq; in oppidis, huiusmodiq; uniuersitatibus[k]: q̃d uel maximè procedit, si in eis sint & pupilli, & furiosi, & uiduæ, & id genus, qui aliàs iure cõmuni restituuntur.

INter publica[a] habemus, non sacra, nec religiosa, nec quę publicis usibus sunt destinata, sed si qua sunt ciuitatũ, uelut bona, seu peculia seruorum ciuitatũ, proculdubio publica habentur. Publica uectigalia intelligere debemus, ex q̃bus uectigal fiscus[b] capit: quale est uectigal portus uel uenalium[c] rerum, item sa

d l. j. §. illud. eo. tit.
e l. fin. C. de sac. san. eccles.
f l. usucap. 3. de usucap.
g l. mancipia. C. de ser. fug.
h l. ciuitas. 5. fl cert. pet.
i l. rempu. C. de iure reip. lib. xj.
k l. respub. C. ex quib. cau. ma.

1 Vectigal quid, & octonarij unde dicti.
2 Publicanus est, qui publicum redimit.
3 Regulariter quod iuris de fisco statuitur, idem in priuato locum habet.
4 Quibus casibus plus tribuatur fisco, quàm cæteris ciuitatibus.
5 Ciuitatibus an concedenda restitutio in integrum.

1 EVM QVI.) a ¶ †Vectigal est, q̃d pro rebus ciuitati inuectis uel euectis publico soluitur: ea est octaua pars[a], unde Octonarij quandoq; dicti exactores: sicut & Vigesimarij, & ducenarij. Sunt & fundi uectigales, qui ciuitatũ sunt, & mancipibus ita locantur, ut certum uectigal Reipublicæ pendant: quod in Dispunctionibus à me adnotatum est lib. III. cap. X.

a l. ex præstat. C. de uectig.

2 b ¶ Publicanum.) † Quòd publicũ redimat: simpliciter enim publicũ accipitur pro uectigali M. Cicer. Tranquillo & Tacito. Labolenus: Qui operas in publico, quod uectigalium causa locatũ est dat, Reipublicæ causa non abest[b].

b l. miles. 3. ex quib. cau. ma.

3 c ¶ Ciuitates.) † Atqui regulariter quod iuris de fisco statuimus, etiã de priuatis constitutum censetur, & è conuerso[c]. quapropter licet uerbum, publicè, propriè ad fiscum pertineat, non tamen idcirco differentia iuris aliqua inducitur. † Sunt tamen quidam casus, quibus plus tributum est fisco, quàm cæteris

c l. itẽ. §. in priuat. 3. de petit. hæred.

4 ciuitatibus. Nam ut ait Pomponius, ciuitatibus ea quæ ad usum publicum relicta sunt, non adeuntur, nec ulla earum pars fit, nisi ea lege, ut ad ciuitatem pertineat. Quæ uerba ita accipienda sunt, ut ea quæ ciuitatibus relicta sunt, ad ciuitatem pertineant, ut ædificia, & quæ ad ornamentum ciuitatis pertinent, non autem ea quæ ad fiscum deferri solent, ut pecunia, & quæ pro pecunia sunt.

1 Publicæ res propriè & impropriè siue largè sumuntur.
2 Aerarium populi, fiscus principis est.
3 Fiscus constat ex canone, oblatione, indictione.
4 In salinis ea est uectigalis natura, ut soli mancipes salem uendant.
5 Liuius Salinator.

INTER publica.) a ¶ †Publicę res proprio sermone sunt, quæ populi Romani sunt. Sed & quæ ciuitatũ in usu publico sunt, per similitudinem publicæ dicũtur[1]. latissima uerò significatione, etiam si in publico usu non sint, ita tamen appellantur[m]: quẽ sensum Iurisconsultus hîc sequutus est, & propterea nõ publica hæc esse, sed inter publica haberi ait. Sanè & quæ iure naturali cõmunia sunt, eorum usus iure gentium est publicus[n], & occupanti conceditur: quod nõ est in his, quæ iure ciuili publica sunt, de quibus hîc agitur.

1
l l. sed Celsus. 3. de contrahen. empt.
m l. in tantũ. §. uni. 3. de statu hom.
n §. j. de rer. diuis.

b ¶ Fiscus.) † Aerariũ populi erat, fiscus principis, donec omnia princeps in fiscũ suũ transtulit. † Constat autẽ, ut Pedianus ait, canone, indictione, oblatione. Canon ordinarios principum reditus significat, ut portoria, & eiusmodi, quæ in urbium exitu uel ingressu soluuntur. Oblatio nomen sumpsit, quòd à popularibus olim oblatũ principi id munus sit: eo continentur octaua, uel uigesima, uel quicquid ex consuetudine de rebus promercalibus solet pendi, quarũ mẽtio hîc habetur. Indictio est, quod edicto principis subditis indicitur, quod ut plurimum certam quantitatẽ non cõplectitur. Sed hæc quomodo in iure aliter distinguãtur, infra differam.

2
3
o l. cuncti. C. de metall.

c ¶ Venalium.) Hæc est octaua pars, sicut metallorũ decima°. † In salinis uerò ea est

4 uectigalis natura, ut soli mancipes[a], hoc est, qui à fisco hoc ius emerunt, sal uendant: idq; principis monopoliũ est, quod antiquis quoque institutum fuit: quapropter † Liuius Salinator dictus. Idemq; in piscarijs, secundum regionum quarundam morẽ, obseruatum est.

a l. si quis. de uectig.

1 Munus & specificè & genericè accipitur.
2 Munus pro onere sũptũ, tripliciter accipitur.
3 Munus patrimoniale q̃d & unde.
4 Munus personale.
5 Munus mixtum.
6 Decemprimi qui dicãtur.
7 Munera ordinaria definiuntur.
8 Immunitas à quibus muneribus concessa.
9 Munera militaria quæ.
10 Beneficiarij & munifices opponuntur.

MVNVS.) a ¶ Donũ.)

1 † Cũ munus pro largitione accipitur, tanquã species doni est, significatq; quod ex aliqua causa fit donum. cùm uerò non habito ad largitionem respectu sumitur, tunc generaliter quælibet munera comprændit: atque ita hîc accipiendum est.

2 b ¶ Altero onus.) † Et hoc sensu triplíciter
3 accipitur: est enim † munus patrimoniale, q̃d ideo sic dicitur, quia cũ sumptu fit, patrimoniumq; diminuit. Id quandoq; personæ imponitur, nulla facultatum ratione habita, ut est capitatio. quandoq; secundum fortunam soluentis imponitur, ut quam collectam dicimus, uel indictũ, superindictúmue. aliquando nullo personæ respectu rei ipsi incumbit, ut tributum, & census: subiturq; uel in ipsa re, ut cùm hospitem recipimus: uel ex re, ut cùm certam partem fructuum pendimus: uel propter rem, ut si pecuniam pro censu præstamus. † Est & munus personale, id nunc dignitati adnectitur, & honor appellatur: nunc sordidum est, ut calcem coquere, arenam fodere: nunc nec honorificum, nec uile aliquid in se habet, ut cùm subire curam publicæ pecuniæ aliquis compellitur. † Est & munus mixtum, ut decaprotię[b], id est, decemprimatus:
4
5
b l. fin. 3. de muner. 6 erant enim † Decemprimi ex decurionibus exactores tributorum, qui fiscalia detrimenta de suo ipsi resarciebant, publicanis mancipibúsue non multũ absimiles. Ex his aliqua ordinaria sunt, aliqua extraordinaria. † quæ
7 ordinaria sunt sic definiri Bart. ait[c], ut ea sint quæ à lege principéue imposita sunt, & certam formam habent.
c Bart. l. j. C. de muner. lib. xj.
8

c ¶ Immunitatem.) † Ea à patrimonialibus nunquam concessa uidetur[d]: nec qui à personalibus immunis est, ab honore excusatus censetur[e]; sed & si immunitas per am-

d l. his onerib. 5. de muner.
e l. cui muneris. 5. eod. tit.

plíssima uerba cuiquam concessa sit, non trahetur ad onus ex improuiso inopinatoq; casu impositum: ut si bellum superueniat: publicè enim interest huiusmodi concessiones tunc negligi[f].

f Doct. in l. si ex toto. 3. de leg. j

d ¶ Munificos.) † Munera militaria sunt excubiæ, angariæ, gestationes in usum belli, decursio campi, erectio ualli, atque id genus similia: qui ab his muneribus immunes erãt, † beneficiarij dicebantur: qui subibant, munifices. Festus autor.

9
10

e ¶ Municipes.) Qui sint, infra latius ostendetur[g].

g † eod. l. municeps.

1 Stipulatio ppriè cõtractus nõ est, & de quibusdã id genus alijs.
2 Ex lata tamen significatione contractus dici possunt.
3 Aditio hæreditatis nec ex lata significatione cõtractus contineatur.
4 Dispositio de contractu loquens, an & quando de distractu intelligatur.
5 Contractus græcè συνάλλαγμα.
6 Explicatus Vlpia. in l. iuris gent. ff. de pact.
7 Cur in cõtractu innominato, Facio ut des, nõ agatur præscriptis uerbis, sed de dolo.
8 συνάλλαγμα unde dicatur.
9 Contractus unde dicatur.
10 ἄλλαγμα, & αὐτάλλαγμα.
11 Ex contractu obligatio, ex obligatione actio oritur.
12 Obligatio quædam ex æquitate datur.
13 Obligationis uerbum & ciuilem & naturalem continet.
14 Gestum quomodo accipiatur.

PAVLVS LIB. IX.

LEX XVIII.

MVnus trib. modis dicit, uno donum[a], & inde munera dici dari mitti' ue: altero onus[b], q̃d cùm remittitur uacationẽ militiæ muneris q̃ præstat, inde immunitatem[c] appellari: tertio officiũ, unde munera militaria, & quosdam milites

VLPIANVS LIB. XX.

LEX XIX.

LAbeo lib. primo Prætoris urbani[a] definit, quòd quędam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur: & actũ[b] quidem uerbum generale esse, siue re, siue uerbis q̃d agatur, ut in stipu-

LABEO.) a ¶ Prætoris urbani.) Sic aliquem ex libris suis inscripsit Labeo.

b ¶ Actum.) Hinc ergo † apparet, stipula
1 tionem propriè contractum non esse, licet in ea tam reus credendi quàm debendi dicat[a]: sicut nec donationem, neq; liberationẽ, aut pactum refutatorium, idq; genus remissionis, contractuumq; dissolutiones: nam in his uicissim obligatio nõ oritur. quapropter si lex municipalis de contractu uerba faciat, hi minimè continebuntur, idq; receptius est[b]: nisi
i l. sive ap. C. de transf. eadem ratio quæ in cæteris contractibus procedit, in his quoq; locum habeat: † nam cũ ex
2 lata significatione etiam hi contractus dicantur[k], quamuis dispositio odiosa sit, à ratione interpretationẽ sumet. quapropter si lex uetat sine agnati consensu ex contractu mulierem obligari, nec debitorẽ liberare poterit[l]:
k l. si cum dona. C. quod met. causa.
l Bart. §. pactus ne peteret.
60 constitutum enim ita est, ut mulieris imbecilli cõsilio succurratur: at tunc uel maximè succurrendum est, cùm donare, uel debitorem liberare mulier cupit. Sed nunquid hæreditatem adire prohibetur? & aiunt communiter

3 nō prohiberi [a]: †aditio enim hæreditatis etiā ex lata significatione contractus non continetur, licet lex interpretetur eum, qui adeat, quasi cōtrahere cum creditoribus hæreditarijs. †Nam quāuis dispositio de contractu loquens, etiam de distractu intelligat[b], tamen hoc ita accipitur, si uerè gestus est ille quasi contractus, non si ficte[c], ut in proposita est quæstione. Plerunq; enim lex nō obseruatis uerbis ex aliqua ratione, idem iuris constituit de quibuscunq; obligationibus, quod de contractibus[d]: sed nō ideo consequēs est, ut in municipalibus statutis, quæ non nisi ex ui uerborum ductam interpretationem accipiunt, idem obseruetur.

5 c ¶ Cōtractū.) †Quod Græci συνάλλαγμα uocant. Sic dicitur, cùm ultra uerba cōtractus, aliquid utrinq; agitur. quapropter alibi Vlpianus[e], † Iulianū, inquit, putò rectè à Mauritiano reprensum in hoc, dedi tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas, manumisisti, euictus est Stichus: Iulianus scribit in factum actionem à prætore dandam, ille ait ciuilem incertam actionem, id est, præscriptis uerbis fufficere: esse enim contractum Aristo adjicit συνάλλαγμα, unde hæc nascitur actio: ita enim reposita in Tusco codice est hæc dictio, hoc sensu: cū præscriptis uerbis actio detur, quoties ex utriusq; parte aliquid factum est, quo uterq; sit obligatus: meritò in casu nostro ea cōpetet, quia uicissim quædam quasi permutatio Stichi Pamphiliq;, ut manumitteretur, interuenit. Et hæc ratio est, † cur in cō tractu innominato, Si faciam, ut des, & posteaquā feci cessas dare, præscriptis uerbis nō agatur, sed de dolo [f]: nam hic non est συνάλλαγμα, id est, mutuum factum obligatoriū: potuit enim factum tuum explicari absq; meo, & ideo præscriptis uerbis non agitur: quod non est in contractu, Do ut facias, uel do ut des, cùm dare sit dominiū transferre, quod nō nisi in consentientē transferri potest. cùm ergo tibi dederim, & consequenter utriusq; factum interuenerit, mei transferentis, & tui dominiū acceptantis, meritò præscriptis uerbis agetur. Dixerit aliquis: Si ratio hæc uera esset, cùm traderem, ut des (traditio enim facta est) de dolo agi nō posset[g]: nō enim tradere possum, quin tu accipias. sed & si facerem, ut faceres, de dolo agendum esset: quod præter Iurisconsulti mentem uidetur esse. Cui ego respondeam: cùm traditionē acceptans nullum ius acquirat, merū id factum lex tradenti potius imputat, in cuius facti executionem uenit: in contractu uerò, Cum facio, ut facias, ideo semper præscriptis uerbis agitur, quia ultra promissionem uidetur utrinq; interpositum mandatum. & secundum hanc declarationem accipienda sunt quæ Parado

a l. more. ſ. de acq. hæred.

b l. ad resol. C. de præd. min.

c l. de eo. ſ. de iudi.

d l. omnem. ſ. de iudi.

e l. iuris gen. ſ. de pact.

f l. naturalis. §. quod si faciā. ſ. de præſcri. uerb.

g l. cum proponas. C. de dol.

xorum libro v. cap. VII. latius disserui. Sanè † συνάλλαγμα græcè à συὼ, quod est simul, & ἀλλήλως uicissim, & uerbo ἀλλάττω descendit, quod mutare uulgò significat: sed eius origo est ab ἄττω uerbo antiquo, quod deducitur ab ἀΐσσω, ἀΐττω, unde ἄττω, ǫd est impello, conuenio, tracto: † qua ratiōe & contractū dici probabile est, quasi cō tra seu uicissim actum, id enim hæc uox significat. Vnde Vergilius Homericon illud, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, transtulit, quem contra. sic & contrahere, erit uicissim & mutuò trahere. Est & † ἄλλαγμα pro precio & munere, quod ab aliquo capitur, ut interpretatur Hieronymus II. in prophetam Amos cōmentario. αὐτάλλαγμα quoq; in Euangelio Matthæi cap. XVI. pro re accipitur, quæ iuxta ueterum cōmercia in permutationem datur. Interpres retributionem uertit: Quam dabit homo retributionē, &c. Vulgatiore uocabulo Græci contractum συμβολαῖον uocant.

d ¶ Obligationem.) †Ex cōtractu enim oritur obligatio, ex obligatione actio[h]: quapropter ex contractu actionem dari, ex obligatione nasci dicimus. †Sanè & quædam est obligatio, quæ ex contractu nō nascitur, sed ex quadam equitate datur: ex ea nō actione, sed officio iudicis succurritur[i]. †Planè & obligationis uerbum generale est, & tam ciuilem quàm naturalem continet: quapropter mulier quę obligare se prohibetur sine agnati consensu, neq; pactum facere debitori de non petendo poterit[k]: quoniam ex eo naturaliter non petere obligaretur. Sed nunquid simpliciter liberare possit? & ex uerbis dicendum est posse, nisi ratio legis aliud induceret[l], ut suprà dixi.

e ¶ Gestum.) † Cùm rem sine uerbis factam significet, ad extraiudicialia tantum trahi Accursius credidit: reprobantq; inde quidā eam petitionē, qua quis in iudicio gessisse negocia alicuius se asserebat. Sed hæc meritò non recipiuntur, cùm ex subiecto argumento, gestum etiam accipiatur, siue ex contractu, siue aliter quid factū sit[m]. Caius etiam infra tanquam leuem hanc differentiā inter gesta & facta negligit. Nec dubiū est ex communi loquendi usu nihil hæc differre, quod Bart. annotauit[n].

h l. licet. ſ. de procur.

i l. qui per collu. ſ. de actio. emp. in fin.

k Bart. d. §. pactus ne peteret.

l Bal. in rub. C. de pact.

m l. ait prætor. ſ. de min.

n l. j. de offic. proc. cæſ.

1 *Minor testamentum condens, aduersus eius confectionem non restituitur.*
2 *Sub curatore existens, licet immobilia alienare prohibeatur, de his tamen testari potest.*
3 *L. fin. C. de sent. pass. in testamento non habet locum.*
4 *Testamentum pro contractu quandoq; accipi.*
5 *Argumentum de contractibus ad testamenta ualet.*
6 *In testamentis contrahi potest.*
7 *Hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit.*
8 *Donatio causa mortis, an cōtractus sit, uel ultima uolūtas.*

Verba

1 VERBA contraxerunt.) †Si minor testamentū condat, aduersus eius cōfectionem restitui nō potest, quoniā edictum prætoris de eo quod gestū est, loquitur[a]: quæ uerba testamentum nō comprændunt: atq; hoc omnes probant[b]: si tamen dolo fuit inductus, succurretur legitimis hæredibus per actionē de dolo [c]. Eadē ratiōe & adolescēs qui curatorem habeat, cōtrahēdo res suas immobiles sine decreto alienare prohibetur, & tamen testando nō solùm ipse potest, sed & concedere cui uelit, ut alienet [d]. Eodem modo lex quæ contractus minorum propter iurisiurandi religionem corroborat, in eorum testamentis locum non habet[e]. †Hinc & constitutio quæ à filio deportati ante patris restitutionem gesta confirmat [f], in testamento nō intelligitur: suntq; id genus plura similia [g]. † Quandoq; tamē uidetur in lege receptum, ut pro contractu etiam testamentum accipiatur: quod ideo est, quoniam olim per imaginariam quandam uenditionem testamenta concipiebantur, quod ex Caij institutionib. in Topica Ciceronis Boēthius explicat. Sūt enim & quædam successiones in contractuū locum subrogatæ, ut bonorum possess. in bonis liberti, quam imago societatis induxit[h].

5 † Nam & de contractibus ad testamenta plerunq; argumentamur, idq; argumentum ualet, nisi rationis diuersitas aliud suadeat. Ea collīgitur pluribus causis, tum quòd testamenta fauorabiliorem interpretationem recipiunt, tum quòd ambulatoria à testatoris uoluntate pendent, tum quòd in eis nō facilè quis uel falsus uel fallendi consiliū habuisse præsumitur [i], tum quòd eorum robur ab aditione hæredis incipit. †Cæterū & in testamentis contrahi posse dubiū non est: quapropter & ab hærede stipulari legatario in testamento quis potest [k]: & satis erit, si duobus testibus hoc probetur, ut pleriq; sentiūt. † cùm uerò ex testamento hæreditas aditur, nō ipse testator, sed hæres quasi contrahere cum creditoribus hæreditarijs censetur [l], atq; id Albericus probat: nam ita proxima contractuum naturæ est ultima uoluntas, ut † de donatione causa mortis dubitatum sit, utrī magis assimiletur, & esse contractum & similem donationi simplici omnes fatentur [m]: quantum uerò ad efficaciam effectum'ue, ultimę uoluntatis naturam imitari [n]. Sed cùm ita sit, mirum est cur consentiente patre filiusfamil. testari nequeat, & tamen causa mortis donare possit [o].

1 *Cui bona conceduntur, etiā ea petere potest, quæ alius debet.*
2 *In beneficijs principum pleniſs. interpretatio facienda.*
3 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

a d. l. ait prætor.

b l. j. §. fuit. ſ. ad Trebell.

c l. lege. §. Sempronia. de leg. ij. l. non enim. de inoff. testa.

d Baldus l. ij. C. quando decr.

e Dd. in auth. sacramenta.

f l. ſi. C. de sent. pass.

g Iaſ. in l. quæ de legato. ſ. de leg. j.

h l. j. ſ. de bon. liber.

i Bar. l. ſi is qui. de uulg.

k l. fin. C. de fideicomm.

l l. ſi. ſ. ex quib. cauſ. in poſſ.

m gloſſ. l. j. ſ. de do. præleg.

n Doct. l. ij. ſ. de leg. j.

o l. tam is. ſ. de don. cau. mor.

IDEM LIB. XII.
LEX XX.

VErba, contraxerunt, gesserūt, non pertinent ad testandi ius.

PAVLVS LIB. XI.
LEX XXI.

PRinceps bona cōcedēdo, uidet

4 *Si bona publica alicui restituantur exuli, an deducantur quæ ex indictione principis soluere debuisset.*

PRINCEPS. a ¶ Obligationes.) Id dubium nō est, cùm † is, cui bona concedun tur, etiam ea petere possit, quæ alius debet: actiones em̄ in bonis sunt. Sed quid si super illis bonis aliq̄d alteri debeatur? & idē esse Accursius ex hoc respōso existimauit, rationemq; affert, † quoniam in beneficijs Principū fit plenissima interpretatio [p]: quæ ratio mihi nō placet: fit em̄ plenissima interpretatio in eius fauorē, cui princeps aliquid indulget: sed in proposita quæstione damnū est impetrantis, ut obligationes suscipere compellatur: quare ipse ita existimauerim, † bonorū appellationē ære alieno deducto intelligendā, idq; ex sermonis proprietate. Ex mente tamen disponentis aliter quādoq; censendum: ea sic præsumitur, cùm aliàs aliquid absurdū induceretur [q], ueluti quòd quis pro parte tantū esset hæres [r], uel quòd omnia onera ad aliquem pertinerent, ad alium uerò omne lucrū [s]. Idem est in restitutione facta à principe, qua omnia bona alicui concedit. Intelligitur etiā de obligationibus: quia aliàs is, qui restituit [t], melioris fieret conditionis, q̄ prius esset [t]. Idem est si publicata bona alicui donat, nec enim uerisimile est uoluisse eum in hoc ærariū suum aggrauare, ut æs alienū soluat, omni lucro ad alium spectante. Sed pone: † publicatis alicuius bonis, indicta & exacta à principe est aliqua pecuniaria collectio, deinde ad bona sua exul restitutus est, nunquid in eorum restitutione deducendum est, quod ex ea indictione ad eum soluere pertinuisset? Et Alber. deducendū ait. Idem & ipse sentio, si ad fructus quoq; interim perceptos sit restitutus: ǫd in dubio nō est dicendū [u]: nā si fructus nō sint restituti, nō debemus à proprietate uerborū recedere, cùm satis sit, si interim fiscus fructus ipsos lucratus est.

1 *Exhibere rem quis dicatur.*
2 *Actio ad exhibendum præcedit rei uend.*
3 *Interdicta exhibitoria unde dicta.*
4 *Verbum, restituere, an ad fructus referatur.*
5 *Restitutionis uerbum amplam significationem habet.*

PLus est in restitutione.) a ¶ † Exhibere rem dicitur, qui in præsentiā affert [x]: qua propter † actio ad exhibendū, uendicationes pręgreditur, mobiliaq; prius exhibentur, deinde à dño uendicantur. † Hinc & dicta sunt interdicta exhibitoria, ut cùm prætor, nisi tabulæ testamenti, uel liber homo, uel liberi exhibeantur, interdicit [y]: quod intelligitur, ut uideri, tangi, agnosciq; possint [z].

b ¶ † Restituere est generalius uerbum,

p l. ſi quādo. C. de bon. mat.

q l. ſi quis ſer. §. fin. de lega. ij.

r l. iij. ſ. de bon. poſſeſſ.

s l. cogi. ad Trebell.

t l. j. C. de ſenten. paſſ.

u auth. idem. C. de hæret.

x l. ij. ad exhib.

y l. deinde. de liber. exhib.

z l. quod & lex. §. ait prætor. de lib. ho. ex.

quod etiã ad fructus refertur, q̃d accipit Oldradus Albericusq̃, cùm uerbum id à lege profertur[a], alioquin si ab homine, fructus nõ cõtineri[b]: quod defendi potest, si alia ratio sit in fructibus, q̃ in re ipsa. Ego distinguendũ putauerim, si fructus bona fide sint percepti, nec restitutiõis causa retrò inferat, tunc nõ restituantur[c]: quam ob causam si princeps deportatũ de damnatis eximit, & ex indulgentia bona ei mandat restitui, interim acqsiti fructus non restituentur[d]: si uerò mala fide percepti sint, dubium nõ sit, quin restitui debeant. Idem si restitutionis causa repetita die assumat, ut cùm quis in fraudẽ creditorũ alienat, prætor enim eum contractũ perinde ab ipso principio irritum esse uult, ac si nihil alienatum foret[e]. Sanè & à principe restitutio facta, alteri damnũ afferre nõ debet: quapropter ad ea bona non extendetur, quæ interim alienata sunt[f], nisi de apertissima principis mente constet, ut cũ condemnationem publicationemq̃ pro infecta haberi uelit[g]. Idem si publicæ utilitatis ratio hoc suadeat: uel si ideo quis restitutus sit, quia iniustè sit condemnatus[h]: nam in his casibus damnũ afferre alteri princeps non dicitur, cùm precium restituere illi debeat: ex facto enim suo secuta est euictio: & ideo non prius restitui bona existimauerim, q̃ precium emptori redditũ fuerit: nimis enim graue illi esset, rem cuius possessioni incumbebat, restituere, deinde aduersus fiscum experiri.

a l. in condem. ff. tit. j.
b l. qui excubias. ff. de re mil.
c l. at ex. §. j. ff. de rei uend.
d auth. idem. C. de hæret.
e l. uideamus. ff. de usur.
f c. quamuis. de rescript. in 6.
g Car. c. quia dilig. de ele.
h l. quid si. §. Scæuola. ff. de min.

c ¶Restitutionis uerbo.) Nam nõ solùm fructus continentur, sed etiã causa usucapionis[i]: habetq̃ ex iuris interpretatiõe† hæc uox amplam significationem[k]. Sanè & restituere princeps dicitur, cùm ordini & dignitati restituit[l], itemq̃ famę[m], ut cùm quis infamia notatus, hoc ex principali indulgentia impetrat, quo casu infamia facti non aboletur, nec eius effectus: non eñ potest princeps facere, quò minus alicuius opinio apud graues bonosq̃ uiros notata sit[n]. Restituuntur & natalib. qui serui nati sunt, ingenuitatisq̃ iura acquirunt. Restituuntur & in integrũ minores, & qui iustam causam, unde restitui eos æquũ sit, prætori probauerunt. Restituitur & dos soluto matrimonio: restituitur ex S. C. Trebelliano hereditas: restituitur possessio ex interdictis.

i l. restituere. ff. eod.
k l. fin. ff. eod.
l l. j. C. de sententia. pass.
m l. j. §. de qua. de postul.
n Feli. c. testimonium. de testibus.

1 Rei mentionẽ faciens, etiam de eius causis iuribusq; intellexisse creditur.
2 Libellus generalis in singulari iudicio parte opponente non ualet.
3 Fundum si petij, an censear eius seruitutes petijsse.
4 Rem uendens, eam cum seruitute distraxisse censetur.
5 Falsum esse, quòd in hac l. appellatione rei contineantur causæ, id est, dominia.

REI appellatione.) Accursius ita intelligit, ut† qui rei mentionem facit, etiam de eius causis iuribusq; intellexisse credatur, ueluti cùm quis generaliter res suas petat: quod exemplum in supplicatione principi porrecta procedere potest: item in libello q̃ in iudicio uniuersali, genera li ue datus sit, ut in petitione hereditatis, tutelæ, uel pro socio actiõe[o], secus alioquin in particulari iudicio libellus generalis parte opponente non ualet. Nunquid ergo† si fundum petierim, ei quoq; debitas seruitutes petijsse uidear[p]? & si petitus sit cũ his quæ ad eum pertinent, dubiũ non est etiam de seruitutibus actum, & de his omnib. quę ex consuetudine rei emptæ solent accedere[q]. Si uerò simpliciter fundus petitus est, aut per actionem personalem, & seruitutes nõ debentur: cùm enim ius id in re sit, actione personali consequi illud non possumus. Aut per rei uendicationem, & uerius est deberi[r]. Aut nõ cõstat quæ actio sit intẽtata, & humanius est etiã de seruitutibus actum intelligi, ut hîc habetur, nec dissentit Bald.[s] †Nam & rem uendens, eam cum seruitute imposita distraxisse existimatur[t]: & rei præscriptio ad seruitutes quoq; huiusmodi q̃ accessiones trahitur[u]: q̃d & de eius interruptione dicendum est[x]. †Alij hanc legem aliter interpretantur, ut appellatione rei cõtineantur causæ, id est, dominia: ut si quis rem legat, eius dominiũ legasse uideatur, si est dominus, alioquin id ius quod in re habet[x]: quem sensum si recíperemus, naturam suam coniunctiua non seruaret.

o l. j. §. de eo.
p Innoc. c. cum ad sedẽ. de restit. spol.
q l. uia. §. ffin. dum. ff. de ser. rust.
r l. ij. de cond. instit.
s l. si aqua. de aqua trah. empt.
t l. si aliena. §. hoc iure. de usucap.
u l. fin. C. de annal. excep.
x l. si domus. in fi. ff. de legi.

1 Hæreditatis definitio explicatur. & num. 5.
2 Hæres idem quod dominus.
3 Hæreditatis definitionem ad res referre oportet.
4 Hæreditatem quomodo diffiniat Cicero.
6 Materfamil. cui interdicta est bonorum alienatio statuto, testari potest.
7 Hæreditas sibi constat absq; corporibus hæreditarijs.
8 Hæreditas dicitur, cùm adhuc adita non est.
9 Plerunq; etiam hæreditas appellatur, quæ iam est adita.
10 Hæreditas interdum refertur ad id quod fuit.
11 Mediolani lex, ne ulla mulier cum hæreditate extra territorium nubat, declaratur.
12 Rerũ appræntione nõ uariari hæreditatis significationẽ.
13 Hæreditatis uox semper de adita intelligenda, quoties conlectura aliqua id suadet.
14 Hæreditas an sit iuris gentium, uel ciuilis.
15 Statutis & dari & adimi hæreditates possunt.
16 Princeps supremus potest spuriũ filiũ hæredẽ instituere.
17 Statuto potest filijs uel parentibus legitima ex Iustiniani constitutione debita auferri.
18 Deportato alimenta relinquenda sunt.
19 Hæres inuentariũ non conficiens, an ultra uires hæreditarias teneatur.

NIHIL.) Refertur hîc hæreditatis diffinitio, quã ita plerique intellexerunt, ut post defuncti

CAIVS LIB. VII. AD EDICTVM PROVINC.

LEX XXIIII.

NIhil aliud est hereditas, quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit.

VLPIAN. LIB. XIIII. LEX XXIII.

REi appellatione & causæ & iura continentur.

defuncti mortem ante aditam hæreditatem quoddã ius interim subrogari existimarint, quod loco defuncti succedit, eũq; repræsentat, id hæreditatẽ appellari[a]. Exponitur itaq; hîc successio, id est, ius succedens. Sed uix est ut hanc ego interpretationem simpliciter approbem: dictio enim uerbalis, successio, rem ipsam in uim nominis significat: non autem ad participium refertur, quod uim uerbi assumit, ut Grammatici tradiderũt. Etymologia quoq; huic sententiæ repugnat: † cùm enim hæres idem sit quod dominus[b], sequitur ut hæreditas sit rerum ipsarum dominiũ, nõ autem ius succedens. Idem etiam ex eo confirmatur, quòd hæreditas per quotas partes in rebus diuisionem recipit[c], quæ uix est ut congruè iuri huic succedenti quadrare possit: cũ eñ diuisio illa de re ipsa dicatur, consequens est, ut & q̃d integrũ est, ad eam rem referat. Nam & si ius hoc succederet, non in multis, sed generaliter hereditas personam defuncti sustinere deberet[d], & tamen in his quæ facti sunt, nõ sustinet, nempe quia quę facti sunt[e], in hæreditarijs rebus non sunt: † ad res igitur potius referenda est diffinitio. Accedit his, quòd Iurisconsultus[f], cùm de hæreditate ad bonorũ possessionẽ argumentatus esset, bonaq; diffiniret, successionem dixit esse uniuersalem in ius mortui: unde credendum nõ est eadem uerba hîc de iure succedente, alibi de rebus ipsis intelligi. Nam & ueteres Iurisconsulti hæreditatem in rebus ipsis intellexerunt, quod ex ea finitione apparet, quam M. Cicero ad Trebatiũ in Topicis refert: † Hereditas est pecunia quæ morte alicuius ad quẽpiam iure peruenit, nec ea aut testamento legata, aut possessione detẽta, cõfecta est. † Meritò igitur sciendum est, quoties paterfamilias moritur, omnia eius bona, itemq; iura sine domino remanere: ea simul iuncta quadã uniuersitate cõprænsa, id ius constituunt, q̃d hæreditas dicit, id defunctũ repræsentat, & ubi per hæredem[g] acquisitũ fuerit, fictione legis ab usq; principio in eius bonis fuisse censetur. Quapropter rectè Bart.[h] quandoq; docuit, dum successionẽ hanc pro ipso patrimonio interpretatus est: quod de uniuersali iurium nominumq; collectione, nõ de particulari intelligendũ est. † Vnde cùm lex municipalis matrifamilias bonorũ mobilium immobiliumq; alienationem interdiceret, responsum est[i], posse nihilominus eam testari, & extraneum hæredem instituere. Cùm enim hæreditas sit successio in uniuersum ius, & à bonis differat, nõ uidetur duram huiusmodi legem ad hunc casum protrahendã: iure igitur hoc casu hæres uniuersali in iure succedet, licet particulariter mobilia uel immobilia consequi nequeat, sed tamen nõ ideo minus hæres erit[k], tum quia† etiã absq; corporibus hæreditarijs hæreditas sibi constat, tum quia iura & debitorum nomina cõsequetur, quæ legis prohibitione nõ comprænduntur. Et ex hac diffinitione apparet, † propriè hæreditatẽ dici, cùm adhuc adita nõ est: alioquin ubi ab hærede agnita fuerit, nõ amplius hæreditas, sed heredis patrimoniũ est[l]. Quamobrẽ cum plebiscito municipali stantibus masculis fœmina ab hæreditate patris excluderet, & frater post patris agnitam hereditatẽ statim decessisset, crebrius responsum est, sororẽ non excludi, cùm non amplius patris hæreditas, sed fratris patrimoniũ esset[m]. Idemq; traditũ fuit, cùm filia patris hæreditati renunciasset, ut ad hanc fraternã extendi abdicatio illa nõ debeat[n]. Sed tamen scrupulosa ea est sententia, uidemusq; † plerũq; hæreditatẽ appellari quæ adita sit. Vnde lex falcidia, quæ de hæreditate quartam partem deducit[o], de adita intelligitur: imò etiam in peculio locũ sibi uendicat, quod à substituto tanq; hæreditas accipitur. Sic & in S. consulto Tertulliano hæreditatem[p] ex ui nominis dici Iurisconsultus ait, quæ adita semel fuit, licet deinde in integrum hæres restitutus fuerit. Idem & in plurimis legibus probatur, quibus hæreditatem uendi, cedi, restitui dicitur, & de adita intelliguntur, absurdumq; esset toties impropriè loquutos Iurisconsultos credere. Ciceronis quoq; diffinitio, etiã si adita sit hæreditas, locum sibi uidetur uẽdicare. Sed ego à creberrima nostratiũ sententia recedendum nõ arbitror, quæ tamẽ quibusdã casibus declarada sit. Et in primis † plerũq; in iure hæreditas appellatur ἀναφορικῶς ad id quod fuit[q], licet amplius non sit, quod autem per relationem dicitur, figuratè dicitur, nec figura omnino à proprietate dissidet. Sic & quãdoq; insulã dicimus[r], quæ non est, sed quæ insula fuit. Item propter adiunctũ grauamen, ut possit de eo secundum legis dispositionẽ prouideri, adita hæreditas nomen hereditatis seruat, quod in suprascripto legis falcidiæ exẽplo apparet. Rursus quoties de hæreditate ipsa disponendum est, uel iussu legis, uel q̃d ita ex usu sit,[s] de adita intelligemus: antè enim q̃ adeat, de ea disponere hæres non potest. Quapropter † cùm Mediolani sit lex, ne ulla mulier cũ hæreditate extra territoriũ nubat, de adita intelligetur, alioquin non cũ hæreditate nuberet, sed cũ adeũdi iure[t]: præpositio eñ illa Cum, de habente intelligit. Adde quòd ratio legis hoc suadet, ne facultates ciuiũ in alienigenas transferantur, cùm & alioquin facilimè eluderetur lex, si ante aditam hæreditatem nubere nõ posset[u]. Atqui contrariũ ex ui uerborũ uideretur dicendum, ante aditam scilicet nubere nõ prohiberi: uerba enim legis cum hæreditate dicunt, non cum iure adeundi[x]. Sed tamen & hoc casu legi locũ esse uero propius est, tum ex uulgari loquẽdi usu, quo eam habere hæreditatem dicimus, quã adire quoties uelit potest, cũ idem existimet, siue quis habeat[y], siue habere statim possit: tum qa ius adeundi modus est per quẽ hæreditas acquiritur: unde prohibito effectu[z], modus quoq; uetitus censeri debet. Et hinc sumitur etiam alia declaratio, ut scilicet ex communi usu lo-

a Bart. rubr. de acquir. hæred.
b §. fin. Instit. de hæred. qual.
c l. seruũ. §. fin. de hær. instit.
d l. hæreditas. de acq. rer. dom.
e l. usus fr. de stipul. ser.
f l. iij. de bon. poss.
g l. hæres quoque. de acq. hæred.
h Bart. d. l. iij.
i Corn. consil. 104. in 2.
k l. hæreditas. de pet. hær.

l l. sed & si plures. §. filio. de uulg.
m l. j. §. uetereſ. de acq. poss.
n Socin. consil. 74. in 3.
o l. filiusfam. ad l. falcid.
p l. j. §. si pars adita. ad Tertull.
q l. itè prætor. §. j. de suis & legit.
r l. insula. de acqui. rer. dom.
s Bal. cõsil. 393. in 5.
t Dd. d. §. uetereſ. in l. j. de pecul.
u c. si ciuitas. de sent. exc. in 6.
x Socin. d. consil. 74. in 3.
y Ang. l. item. §. petitam. de petit. hæred.
z l. oratione. de rit. nup.

quendi hæreditatẽ dicamus etiam quæ adita
ſit. Sunt qui idem exiſtimẽt, etiam ſi adita ſit,
dum tamen rerum hæreditariarum poſſeſsio
adhuc nõ fuerit appræn ſa: propriè enim tum
hereditatẽ dici, idq; eo argumento, quòd lex
hæreditatis petitio

PAVLVS LIB. XXI.

LEX XXV.

nem tum aduerſus
poſſeſſores conce-
a l.ij.ubi Bar.de fid. hære. pet. dat[a]. Qua ratione
prodi tum eſt, eam
formulã non cõpe-
b Alex. conſil. 94. col.ij.in 2 tere ei, qui ſemel poſſeſsionẽ appræn derit, ſi
cut nec ei quorũ bonorũ[b] interdicto præto-
rem ſuccurrere. Sed ipſe non arbitror † rerum
c d.§.filio. l.cũ hæredes. de ac qui.poſſ. appræn ſione ſignificationẽ hereditatis uaria
ri, cùm per ſolam aditionẽ patrimonio hære-
dis accreſcat, dominium q; ſtatim trãſferat[c].
† Illud generaliter fatendum, quoties cõiectu
ra aliqua ſua deat, de adita actum eſſe, ſemper
eam interpretationẽ accipiendam, dum titu-
lo hæreditario acquiſita ſit: quod in propoſi-
ta ſpecie exiſtimaui. Legauerat teſtator omn-
d Dec.conſ. 69 e l.ij.§.ſicuti.de hæred. uend. Aret.148. Angel.30. em hæreditatẽ patris, & matris ſibi obuen-
tam: reſponderat Decius[d] de ea quoq; actum
cenſeri, quã in ſolutũ à fratre acceperat. Ego
contrà, cùm titulo hæreditario[e] eam nõ acce-
perit, ſed ex cõtractu. † Ex eadem quoq; diffi
nitione creditur iuris ciuilis hæreditatẽ eſſe,
cùm hoc à lege inductum ſit, ut id ius ipſi de-
functo ſuccedere cenſeatur. Sunt tamen qui
potius iuris gentium ſucceſsiones eſſe exiſti-
f l.teſt.factio. de teſt. ment, cùm in Biblijs, & apud Diog. Laërtiũ
appareat uſum teſtamentorũ apud alias gen-
tes q; Romanos fuiſſe, & ex eis hæreditates
deferri ſolitas. Sed eò deuentum eſt, ut exiſti
memus origine[f] quidem tam teſtamenta q;
hæreditates gentium iuris fuiſſe, naturaliq; ra
tione & æquitate inductas. Sed cùm deinde
Quiritium legibus alia teſtamentorũ forma
conſtituta ſit, aliusq; hereditatũ deferendarũ
g l.j.C. de hær. inſtit. modus, iuris ciuilis eſſe cœperunt. Quapro-
pter qui iura ciuilia amittũt, ut deportati, nul-
lam teſtamenti factionẽ habent[g]. Hinc q; cõ-
ſequens eſt, ut † legibus municipalibus & da-
ri, & adimi hæreditates poſsint, & quoquo
h Alex.conſil.2. in ij. in fin. modo legislatoribus placuerit, immutari:
quoniam ea quæ iuris ciuilis ſunt, contrario
municipum iure eorũ arbitratu ſubuerti poſ-
i Bal.cõſil.262. in j. ſunt[h]. Qua ratione † cùm ſupremus princeps
ſpurium filium inſtituiſſet, reſpondit Bald.[i]
iure ei hæreditatẽ deferri, quoniã prohibitio
k Bal.cõſil.361. in v. ſucceſsionis in ſpurio iuris ciuilis eſt, quæ à
principe potuit conuelli. Quòd ſi is princeps
legibus ſolutus nõ eſſet[k], aliud dicendũ fue-
rat. Ea dẽ ratione & illud receptius eſt, † poſſe
legem municipalem filijs uel parentibus le-
gitimam ex Iuſtiniani cõſtitutione debitam
auferre, quoniam inſtitutionis titulo præſta-
tur, & hæreditatis pars eſt: uſque uerò ad ali-
l Dd.c. Raynutius. de teſta. mentorũ ſummam non poſſe[l], cùm iure natu-
ræ ea debeantur, quod ciuilibus ſanctionib.
immutari nequit. Quocirca etiã † deportato
m l.legatum. de cap.dim. alimenta relinquenda ſunt: ea enim in publi-
cationẽ bonorũ nõ redigũtur[m]. Hinc quoq;
à pleriſq; illud deducitur, † in foro, quod con- 19
ſcientiæ uocant, hæredem tametſi inuentariũ
nõ confecerit, ultra uires hæreditarias nõ ob
ligari: iure enim ciuili obligatur, quia perſo-
n l.fin. C. de iu. delib. nam defuncti repræſentat[n]: at iure naturali,
uel diuino hæres
fundũ totum noſtrũ non ideo teneẽ, q̃d
eſſe, etiam cùm uſuſ autoris perſonã ſu
fructus[4] alienus eſt: ſtineat, ſed quia ad
eũ bona peruene-
runt, meritò eate-
o In d.rub. nus ſolũ obligabit, quatenus peruenerint[o]:
quæ ſententia receptiſsima eſt. Eum em qui
repertoriũ nõ fecerit, idcirco lex inſolidũ ob-
ligat, quòd ſubtraxiſſe hæreditarias res præ-
ſumit: at in foro conſcientiæ præſumptiones
huiuſmodi legum nullius momenti ſunt, ſola q;
ueritas obſeruatur. Quapropter ſi conſ-
tet legatarios creditores ue ueritatis huius
conſcios eſſe, eo in foro nõ ultrà conſequen-
tur, quàm ad hæredem peruenerit.

1 *Vſusfructus eſt duplex, formalis & cauſalis.*
2 *Alciati ea de re ſententia.*
3 *Vſusfructus appellatione plerunq; de proprietate intelligimus.*
4 *Vſusfructus cauſalis eſt pars dominij, formalis non item.*
5 *Actor ſi ſe dominũ dixerit, & de uſufructu tantum probet, obtinebit.*
6 *Qui fundũ ſtipulatus uſumfructũ accepto tulit, nihil agit.*
7 *Vſusfructus dominij pars dicitur ſaltem interpretatiuè.*
8 *Pro diuiſo poſſidens, quomodo totum poſſidere dicatur.*
9 *Fundus unus dicitur, qui pro diuiſo à pluribus poſſidetur.*

RECTE.) a ¶ † Duplicẽ eſſe uſumfructũ 1
noſtrates Doctores prodiderunt, eum
qui ſeruitus ſit, quẽ formalem appellant, isq;
nullo modo ad dñm rei pertinet: quia cùm
de ſeruitutũ ſpecie ſit, ſeruire illi res ſua non
p l.uti frui.ſ.ſi uſufr.pet. poteſt[p]. aliũ qui cauſam dominij habeat, un-
de cauſalis dicitur: cõmoditas enim ea domi
ni eſt, ut re ſua utatur, fruatúr ue. † Sed ego 2
g d.l. uti frui. hanc cõmoditatẽ non memini in iure legiſſe
propriè uſusfructus nomine appellari: quã-
q l.qui uſumſr. 5.de uerb. uis enim lex[q] eum qui fundũ, deinde uſum-
fructum ſtipulatus ſit, ei ſimilem dicat, qui to
tum, deinde partem ſtipulatus eſt, nõ tamen
de hoc uſufructu intelligi poteſt, qui non ſi-
milis parti, ſed uerè dominij pars eſt: unde de
ſeruitute accipiendum eſt, quæ in eo eſt ſimi-
lis parti, quia integram utilitatem non affert,
diuerſaq; eſt ab eo fundo: ideoq; ea ſtipula-
r Raph.ibid. tio, ut aliqui exiſtimant[r], ualet: tametſi qui to
tum, deinde partem ſtipulatur, ſecunda ſtipu
latione nihil agat. Non tamẽ negauerim ali-
quam ſimilitudinem inter hanc domini com
moditatem & uſumfructũ eſſe. Quapropter
ſi tibi fundum, alteri eius fundi uſumfructum
s l.ſi alijs.ſ.de uſufr.leg. legauero, uſusfructus iſte communicabitur[s],
& tu fructuum dimidij fundi perceptionem,
alter dimidij uſumfructum habebit. Eadem
quoq; ratione factum eſt, ut quandoq; alter
alteri accreſcat: ut ſi liberis hæredibus inſtitu
tis uſumfructũ fundi uxori cum liberis lega-
uero: nam in liberorum perſona uſusfructus
tanquã ſeruitus nõ conſtabit: cùm enim ſint
hæredes

hæredes & domini, illis res ſua nõ ſeruit: & ta
men mortuis liberis accreſcet uſusfruct. uxo-
ri, & p conuerſo, mortua uxore, accreſcet fi-
a l.ſi mulieri.de uſu acc. lijs[a]. Cùm ergo etiam dominus uſumfructũ
cauſæ ipſi, id eſt, domino cohærentẽ habere
3 dicat, † plerũq; acci
dit, ut uſusfructus quia uſusfructus nõ
appellatiõe de pro dominij[b] pars, ſed
prietate accipiam[9] ſeruitutis[c] ſit, ut uia
ut ſi legato uſufruc- & iter: nec falſo di-
tu, prohibeat teſta- ctum eſt meum eſſe,
b l. Proculus.de uſufr. tor alienationem[b]: cuius non poteſt ul-
nam de proprieta- la pars dici alterius
te eum intellexiſſe eſſe: hoc & Iulianus
prohibitio aliena- ait, & eſt uerius.
tiõis arguit. Idem ¶ Quod Q. Mutius
ſi is, cui uſusfruct. ait, partis appellatio
pecuniq; legat[9] eſt, ne rem pro indiuiſo
grauetur alteri re- ſignificari: nã quod
ſtituere: cùm enim
ipſe, nõ hæres reſti
tuere grauatus ſit,
ueriſimile eſt de
c l. fin. de uſufr. ear.rer. proprietate actũ[c]. Idẽ ſi re legat[9], modus ad-
d l. ſpecies. de aur. & arg. ditus ſit, ut ea legatarius uti poſsit[d]. quod &
e l. donationes. §.j.de don. in donatione obſeruatur[e]: cùm enim res ad
uſum donatur, non fit ea interpretatio, ut ab
uſu proprietas ſeparata cenſeatur. Sed & ſi
duo inſtrumenta exhibeantur, quorũ altero
habere proprietatẽ, altero uſumfructũ dicat,
f in d.l. qui uſumfr. nõ ideo inuicẽ aduerſantia produxiſſe exiſti-
mandus ſum, quoniã de uſufructu cauſali, ut
Iaſ. & Socin. exiſtimant[f], intelligi poteſt.
4 b ¶ Domini.) † Si de cauſali accipimus,
dubiũ nõ eſt eſſe partem, ſicut paries pars eſt
domus: uſusfructus enim ille, unà cum pro-
prietate plenariũ dominij ius cõſtituunt. Sed
Iuriſconſultus de formali hîc intellexit, qui li
cet in ſe dominiũ habeat (fructuarius enim il-
lius iuris dominus eſt[8]) non tamen quicq; ha
g d.l. uti frui. bet cõmune cum eius rei dominio, in qua u-
ſusfructus conſtitutus eſt, imò penitus ab eo
5 diſsidet, nec ſimul eſſe poſsũt. quapropter † ſi
in libello actor ſe dominũ dixerit, & de uſu-
b Alex. §. nihil commune.3. col. fructu tantùm probet, obtinebit[h], quia inter-
pretabimur, eum de ipſius uſusfructus domi
nio intellexiſſe: ſed ſi fundi dominiũ dixerit,
non obtinebit: quod plerique aſſerunt, & ego
generaliter uerum eſſe probauerim, quoniã
i l.j. de eden. aliàs reus rectè certioratus non eſſet[i].
6 c ¶ Seruitutis.) † Quapropter qui fundũ
k l.ſuperius.de acceptil. ſtipulatus uſumfructum accepto tulit, nihil
l l.cum filius.§. dominus. de legatis ij. l. Meuius.§. fundo. eod.tit. agit[k], quoniã hæc acceptilatio de re uel par-
te rei non eſt: quod & in qualibet alia ſeruitu
te procedit: differentia tamen eſt aliqua, quo
niam uſusfructus portionis inſtar obtinet[l],
7 quod in cæteris ſeruitutibus non eſt: & ideo
m l. iiij. de uſufruct. lex ait, † in multis caſibus uſumfructum par-
tem dominij eſſe[m], quod intelligendum per
interpretationẽ, non quòd uerè pars dominij
ſit. fit autẽ hæc interpretatio ſuadente æquita
te, ut in fideiuſſore pro eo uſumfructum pro-
n l.ſi à reo.§.ij. 5.de fid. mittente, qui proprietatẽ dare obligatus ſit[n]:
iniquum enim eſſet, decipereturq; creditor,
qui ſolius rei fidem ſequi noluit, ſi ex hac ſub
tilitate fideiuſſoris obligatio nulla eſſet. Idẽ
ſi alia ratiõe ueriſimile ſit à partibus id actũ[o], o d.l.Meuius.
ut uſusfructus pars dominij ſit.
¶ §. QVOD QVINTVS.) † Sententia Mu- 8
tij fuit, ut qui pro
diuiſo noſtrum
ſit, id nõ partem, ſed
totum eſſe: Seruius
non ineleganter par
tis appellatiõe, utrũ-
que ſignificari.

VLP. LIB. VI.

LEX XXVI.

PArtum non eſſe
rei furtiuę partẽ,
Scæuola libro unde
cimo quæſtionum
ſcribit.

in fundo accipi poteſt: quapropter † conſtat
unum fundum dici, qui pro diuiſo à pluribus
poſsideatur, ſi ita ipſi uelint[r]. Idem in domo,
r Bart.l.ſtip.nõ diuid.j.quæſt. ut ſi tu cœnacula omnia, ego inferiora poſſi-
deam, erit em una domus[s]. Sed dubitari po-
s Alex.conſil.24.in 4. teſt, ſi ex lege municipali qui partem domus
habet, incõſulto ſocio uendere prohibeatur,
an conſtructo pariete, partem ſuam ſeparare
poſsit, ut non pars, ſed alia domus uideatur.
Et poſſe ego exiſtimauerim, nec in hoc Ser-
uij ſententia nobis aduerſatur, quæ tunc non
procedit, cùm partium uoluntas reclamat[t], le
t l.magis.§.fin. de reb.eor. gis q; ratio nõ repugnat. Sanè & fundum, cu-
u l.pup.in fin. ff.cod. ius pars pro indiuiſo ſit mea, fundum meum
appellare poſſum[u], cùm iuris intellectu non
diuiſione corporum in eo partes habeam[x].
x d.l.Meuius.§. duorum.

1 *Partus rei furtiuæ uſucapi poteſt à bonæ fid. poſſeſſore.*
2 *Græcum epigramma in Diodorum iuriſperitum.*

PARTVM.) Cùm † partus rei furtiuæ pars 1
non ſit, ſequitur ut uſucapi à bonæ fidei
poſſeſſore poſsit[y]: quod intelligendum eſt,
y l.qui uas. §. ſi ancilla.de fur. niſi apud furem conceptus ſit[z]: matrẽ enim
z l.ſi aliena. §. fin. de uſuc. contrectando, & eum contrectaſſe, qui eius
uiſcerũ portio eſt, uidetur: quod in furis hæ-
a l.ſi ego. §.par tus.de publici. rede nõ eſt[a]: licet ipſe propter autoris ſui ma-
b l. ſequitur. §. hæres. eo.tit. lam fidẽ uſucapere nequeat[b]: tolliturq; hinc
50 illa dubitatio, † cuius innominatus poëta a- 2
pud Græcos Diodorum iuriſperitũ illudens,
meminit hoc epigrammate:

Ῥήτορα πῶς ὀλίδωρον ἀνὴρ δ' ἐλαῶν ἀπελθὼν,
Ἡρετό μιν τοίης ἀμφὶ δίκης πολίης.
Ἡμιτόρη θοράπαινα φύγ' ἐν πυκί, πῶ δὲ λίζῃς ἐνεῶν,
Ἀλλοτρίῳ τ' ἔδν λάτρῳ ὣς ἀμέλγ'.
Ζεύξῃ ἐὼ θοράποντι, τέκῃ δ' ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ,
Καὶ τίνι δ' ἀλδύμῳ εἰσὶ δίκαιόταροι;
Ὃς δ' ὅτε μορμήσσῃ, καὶ ἔδρακε βίβλον ἐκάστω,
Εἶπεν ὣς τρέψας γυρὸν ὣς κύριον,
60 Ἤ σοὶ ἢ ἐμοὶ ἔλοιτο τέλω θοράπαιναν ἀνάγκη,
Δουλεύειν κείνος ὧν χάριν ἀζομένης.
Δίζεο δ' ὀλιγέοντα δίκας πόλον, αἴλα δ' ἀποίσω
Ψῆφον ἀρειοτέρῳ εἴγε δίκαια λέγοις.

Quod epigrãma utcunq; latinè reddidimus, quò eius sensus qualicũq; lectori sit apertior: Rhetora uir quondã paup Diodoron adiuit, Sciret ut hac specie quid sibi iura uelint. Serua mihi aufugit, captã quã repperit olim Nescio quis, famulã conscius esse meã, Atq; suo iunxit seruo, quæ fœta puellos Edidit, an'ne mei pignora iuris erũt? Ille anceps, raptus p multa uolumina, tandem Sustulit hac uetulũ uoce supercilium: Hos opus est uernas tibi uel seruire, uel illi Qui tenet ancillam non sine fraude tuam. Sed tibi fac iudex sit amicus, dummodo iustam Causam habeas, punctũ protinus omne feres.

1 *Ager ab agendo dicitur, & uilla à uehendo.*
2 *Ager pro territorio urbis.*
3 *Ager etiam ad longitudinem refertur.*
4 *Stipendium, salarium, tributum.*

IDEM LIB. XIIII. AD EDICTVM.

LEX XXVII.

AGer est loc⁹ qui sine uilla est.

¶ Stipendiũ dictum est à stipe, q̃d per stipes, id est, modica ęra colligaẽ, ideo hoc etiam tributũ appel lari Pomponius ait: & sanè appellatur à contributione tributum, uel eò q̃d militibus tribuatur.

PAVLVS LIB. XXI.

LEX XXVIII.

ALienatiõis[d] uerbum etiam usu

5 *Prohibita alienatione permutatio quandoq; conceditur.*
4 *Emptionis uerbo omnis alienatio comprænditur.*
5 *Alienari prohibitum, non potest usucapi.*
6 *Res litigiosa licet non possit alienari, præscribi tamen po test.*
7 *Qui patitur usucapi, is quoq; alienat.*
8 *Dictãte lege, quòd sen tentia saltẽ intra tri duũ posit dici nul la, triduo lapso, nec excipi poterit.*
9 *Idem est, siue expres se quis alienet, siue tacitè per lapsum temporis.*
10 *Hæreditas non nisi ad eunti acquiritur.*
11 *Legata ipso iure in legatarium transeũt.*
12 *Optare, eligere, quomodo differant.*
13 *Coniunctiua dictio utriusq; rei cõcursum requirit, disiun ctiua alterius.*

ALIENATIONIS[a].) ¶† Alienationis uerbum latè pertinet: nam ad directi & utilis dominij translationem, ad usucapionẽ, ad pignoris nexum refertur[a], idq; siue à lege, siue in cõtractu, testamẽtóue prohibita sit[b]. Sed hoc quidam intelligũt, cùm id nominis largè sumitur, alioquin† propriè alienationẽ esse cùm directa dominia transferuntur[c]. Et ideo si in aliquo argumento odioso, uel pœnali, uel alioquin propriè accipiendo, aliena tionis mentio fiat, pignoris quod uerisimiliter luendum sit nexus[d], uel hypotheca, ususfructúsue constitutio non prohibebit[e]. Ego & istis casibus propriè alienationem fieri nõ dubitauerim: cùm enim de iure rei diminuatur, in aliumq; transferatur, quod translatum est negari nõ potest esse alienatum: sed in eo uertetur coniectura, an de huiusmodi transla tione partes egerint, idq; ex ratione legis[f]: uel causa contractus discernitur, ita ut in dubio à uerbis non recedamus. Finge duos tyrannos ita conuenisse, ne aliquid de territorio alterius in alterum alienari, acquiriq; possit, de iure hypothecæ interim actum nõ censebitur[g]: quoniam huius pactionis uerisimile est eam fuisse rationem, quòd more aquilarum uicini esse nollent: quæ ratio in simplici hypotheca nõ procedit, nisi cum iure pignoris dominium impetraretur[h]: quapropter licebit creditori id ius alteri cedere, ne uerbis pactionis teneatur. Nam &† prohibita alienatione, permutatio quandoq; permittit, cùm causa prohibitionis sola fuit, ne quis facultatibus laberetur[i]: cessat enim ratio, cùm tantundem ex permutatione consequuturus sit. Idem si rerum particularis affectio nulla fuerit[k]. Sed nunquid quod de alienatione dicitur, locum sibi uendicet, si lex emptionis uenditionisq; uerbo utatur? Et idem esse traditũ est[l], quoniam lex XII. tabularum † emptionis uerbo omnẽ alienationẽ complectitur[m]: sed in ea lege id erat, quoniam quælibet alienatio per imaginariam emptionem, sicut & hæredis

1 *Alienationis uerbum latè pertinet.*
2 *Alienatio propriè est, cùm directa dominia transferuntur.*

a l.fin. C.de rebus ali.
b c.nulli.de reb. eccles.
c l.j. C. de fu. dot.
d l.qui habebat de leg.iij.
e l.nõ alienat.j. tit.j.
f l. ex hoc. §.j. ff. de alie. iud. mut.
g l. in quorum. ff. de pig.
h l. j.C.de iure dom.impe.
i l.fin.ff.de iur. dot.
k l.empt.in fin. de leg.ij.
l Bart.d.l.in quorum.
m §.Quintus ff. de statulib.

l.fi. C. sine cens. l.j. ff. de cens.

hæredis institutio, & emancipatio celebrabatur. Obseruabimus itaque an ratio legis generaliter procedat[a], uel in ea tantum contractus specie[b].

b ¶ Vsucapionẽ.) †Quod ergo alienare prohibemur, usucapi quoq; nõ potest[c], ut nemo non fatetur. Sed quandoq; nõ procedere uidet: nam minor alienare immobilia nõ potest, & ea tamẽ hoc iure præscribi poterunt[d]: in quo magna est altercatio. Ipse negauerim eorum alienationem simpliciter prohiberi: oratio enim diui Seueri solũ se interdicere tutoribus & curatoribus, ne ea distrahant sine causæ cognitione, asserit[e]. Nec obest quòd adolescentes ipsi etiã alienare prohibeantur, quia hoc non est propter res ipsas introductum: sed quia in his quæ secum geruntur, præsumunt propter facilitatẽ labi[f]: quæ ratio in præscribente, qui nihil cum eis agit, locũ nõ habet. Sanè & † res litigiosa alienari nõ potest, & tamen præscribi potest[g]: quod ideo esse Accursius tradit, quoniam uitium hoc rem ipsam non afficit. Ego accepi, licet id uitiũ peremptа instantia duret, non tamẽ alienationem rei factam, irritam esse[h], quapropter nec præscriptionẽ. Et ex hoc consequens est, ut quibus casib. prohibitio alienationis nõ efficit, quò minus distractus ualeat, usucapio quoq; procedat[i].

c ¶ Vix est.) Interpretatur enim lex, † qui patitur usucapi, eum alienare: quæ interpretatio cũ ex iuris antiqui æquiparatione proueniat, generaliter etiam in correctorijs locum habebit. Et hinc est, † quòd si ex forma legis municipalis non possit sententia dici nulla, nisi intra triduum, eo lapso, nõ poterit neque excipi, tanquam iurisdictio in iudice nõ esset: qui enim terminũ labi permisit, magis ex facto suo, quàm ex iudicis sententia uidetur excluſus, nec ulterius erit audiendus, ut Paulus Castreñ.[k] respondit, cuius sententiam etiam alij probant.

d ¶ Nõ utendo.) Alij codices, abutendo: sed cõmunis lectio magis cõuenit. Hinc & argumentum sumitur, † idem esse siue expresse quis alienet, siue tacitè per lapsum temporis: quandoq; tamen tacita hæc alienatio efficacior est[l].

e ¶ Non intellígitur.) Meritò lex in hæreditate exemplũ posuit, † quoniam ea non nisi adeunti acquiritur: † in legatis aliud est, quæ ipso iure in legatarij dominiũ transeunt[m]: unde si repudiat, dominiũ sibi iam quæsitũ abdicat, meritò alienare censetur[n]. Sed finge Titio legatã quartã partem bonorũ, cùm in hoc legato ipso iure dominium nõ transeat[o], repudians alienare nõ uidebitur. In edicto tamen quo prætor in fraudem creditorũ gesta reuocat, nõ comprændetur qui legatũ repudiat[p], quoniã alienatiõis uerbo prætor usus non est, sed simpliciter nõ permittit fraudationẽ, quæ minimè interuenisse uidetur in eo qui id repudiat, quòd ex concedentis intentione arbitrarium sibi fuit, accipere t, an non accipere t: nec enim hoc egit testator, ut creditorib. prodesset. Planè si quis ex natura cõtractus acquirere mihi tenea tur, in eo quod dolo malo fecit ne acquireret, condemnabitur[q]. Idem si non ex natura contractus teneatur, sed ut fraudi lex obuiã eat, in eius rei restitutionem aliquem grauauerit, quę nõ solùm peruenit, sed peruenire ad eum potuit[r].

a l.fi. C.de præ. cur.lib.x.
b Iaſ.l. fin. C.de iur.emph.col. 29.
c l. ubi. ff. de usucap.
d l.fi.C.in quib. cauſ. in integ.
e l.j. ff. de rebus eor.
f l.iij. C.de in in teg. reſtit. mi.
g l.j. C.de long. temp. præſcr.
h Bart. l. cenſemus.C.de litig.
i l.ea lege. C. de cond. ob cauſ.
k Conſ.329. Alex.105.in 5. Calcan. conſ. xv.
l l.j. C.qui ad. m l. à Titio. de furt.
m l.magis. §.fundum. de rebus eorum.
o l. ſi quis bonorum. de leg.
p l. qui autẽ. de his quæ in fr.
q l.ij. §. non tantum. de hæreuend.
r l. ſed ſi. §. per inde. ff. de petit. hæred.

f ¶ Optionem.) † Quod prius mẽte optauimus, re ipsa eligimus: quapropter promiscuè optio, electioq; assumitur.

¶ §. ORATIO. † Cõiunctiua dictio utriusq; rei concursum requirit, disiunctiua alterius. Finge ergo me ita stipulatum, Titium, Pamphilum, Seium dabis? si de mente contrahentium nõ cõstet, disiunctiuè deberi Iacob. sensit, ut ad minimã summam interpretatio redigatur. Accursius idem hoc casu arbitratur, ut aduersus eum, qui ea uerba protulit, fiat interpretatio: tametsi cessantibus coniecturis non neget ea cõiunctim prolata potius uideri. Ipse à uerbis non recederẽ, quæ in coniunctam erunt: nam & simili casu quandoq; Accursius apponendum punctũ affirmat, quod coniunctionis loco sit.

1 *Coniunctio Grammaticis simpliciter dicitur etiam quæ disiuncta est.*
2 *Restituta l. cum quidam. C. de uerb. signif.*
3 *Iurisconsulti disiunctionẽ appellant, quæ uulgò alternatiua dicitur.*
4 *Coniunctio quandoq; pro disiunctione ponitur.*
5 *Explicatur illa stipulatio, Mihi, hærediq; meo.*

CONIVNCTIONEM.) a ¶† Grammatici coniunctionẽ simpliciter uocãt etiã quæ disiuncta est: quapropter Iustinianus[s], † coniunctionem, inquit, Aut, pro Et, accipi, ut uideatur copulatiuo modo esse prolata, ut magis sit σωώφασε, ut & primã personam &c. Ita enim legendũ, & uox græca ex antiquis codicibus restituenda: sicut uice uersa rhetores disiunctam orationẽ uocant, etsi concursum enũciatorũ requirat, dummodo κῶλα, id est, membra orationis separatim proferantur:

s l.cum quidã. C.eod.

3 cuius rei Aquila Romanus autor est.† Sed Iurisconsulti aliter accipiunt, & disiunctionem appellant, quam uulgò alternatiuã dicimus, de qua inferius latius dicetur.

4 b ¶ Pro disiunctione.) †Quapropter si pater filiũ, & ex eo nepotes in potestate habẽs ita instituat, filiũ & nepotes instituo, coniunctio naturã suã non seruat: quoniã ordo charitatis, affectionis ꝙ, necꝙ nõ institutionis necessitas suadent, ut donec pater uiuat, filij nõ admittant̃, sed ipse solus hæres sit, ut cõmuniter traditũ est[a]. q̃d si necessitas hæc uel affectio non subsit, à natura uerborum non recedemus.

5 c ¶ Meo.) †At qui mentio hæredis uidet̃ superflue̊ addi, cùm qui dari sibi stipulatur[b], utiꝙ hæredi quoꝙ stipulatur: imò si alteri ex hæredibus tantũ stipulari uellet, non posset: quoniam cùm lex XII. tabul. obligationes æquis portionibus inter hæredes diuidat, supra contingentem portionem censentur extranei, & alteri extraneo nemo stipulari potest. Sanè illa stipulatio, Mihi hærediꝙ meo, nõ semper disiunctiue̊ accipitur, uerumꝙ est Labeonis exemplũ, cùm in stipulationem id deductũ non est quod tractũ habeat: ut si mihi hærediꝙ meo centum promittas: sed si per te[c], hæredemꝙ tuũ habere licere promittas, item per te hæredemꝙ tuũ[d] uim nõ fieri, coniunctionis uim attendemus: infraꝙ latius hæc attingentur.

1 *Arbores cæduæ quæ sint.*
2 *Arbores fructiferas fructuarius non cædit.*
3 *Pedamenta quid.*
4 *Grandes arbores quæ dicantur M. Varroni.*
5 *Conductor & emphyteota arbores fructiferas demortuas ut lucretur, substituere alias debet.*
6 *Stirpes & germina quid, contra Accurs.*
7 *Culmus.*
8 *Noua restitutio ad hanc l.*
9 *Noualis, item νεαγὸς & νέομαι quid.*
10 *Prosciſſa terra quæ dicatur.*
11 *Terra integra quæ sit, & reprehensus Accursius.*
12 *Caducus quid significet.*
13 *Sylua pascua quæ sit.*
14 *Si deprændam pecora uicini in agro meo, quo iure mihi prouisum sit.*

pro disiũctione[b] accipi Labeo ait, ut in illa stipulatione, Mihi, hærediꝙ meo[c], te hæredemꝙ tuum.

CAIVS LIB. VIII.
LEX XXX.

SYluacędua est, ut quidã putãt, quæ quotannis cædatur. Seruius eam esse quæ succisa rursus ex stirpibus[d] aut radicibus nascitur. ¶ Stipula[b] illecta est spicæ in messe dejectæ, necdum lectæ, quas rustici cùm uastum, uel uillæ, si aliunde non habeat, accipere potest[k]: reliquũ ei auferre extra agrum, ne solo officiat, permittitur[l], ad dominũ tamen pertinebit. Cæduis uerò sicut paterfamiliãs cędebat, uti, uel per frondatores ramos decutere potest, †pedamẽtaꝙ (sunt hi pali teretes uitium sustinendarũ causa) conficere[m], & etiam alteri uendere. In nõ cæduis id solũ conceditur, quod pro ipsius uineæ usu necessarium sit, dum fundus deterior ea causa non fiat, uel arbores grandes non sint: huiusmodi enim uoluptatis causa solùm habentur, quã decussa coma amitterent[n]. harum & M. Varro rei rusticę lib. III. cap. IIII. meminit, †uide turꝙ grandes arbores intellígere, quæ in sylua cædua relinquuntur, necunà cum cæteris amputantur: possunt tamen etiam intelligi grandes arbores, quæ decacuminationẽ, quam Græci ὠλοκόπλω uocant, non ferũt: ut picea, pinus, abies, palma, addunt aliqui cupressum, & cedrum. Quid si grandem arbotem intelligamus, quam Græci ἀξιολογώτατον uocant, uidelicet prægrandibus ramis, ordinatis, paribusꝙ numero, qualis fraxinus, sorbus, picea? †In conductore emphyteotaꝙ aliud dicendum est: fructiferas eñ demortuas ut lucretur, substituere alias debet[o]: quod etiam in nõ cæduis opinor[p]: cæduas indistinctè cædit[q]: modo ex consuetudine regionis, uel patrisfamil. locatoris, si aliud actum non præsumatur, accepto: nõ minus enim, quàm fructuarij horum est ius.

a ¶ Stirpibus.) †Sũt stirpes ferulæ, seu uirgulta, quæ de radicibus nascuntur: ea & germina dicunt̃[r], hinc & germinalis arbor. Accursius quæ stirpes sunt pedamenta esse arbitratur, cõtra M. Varronis, & Columellæ, cæterorumꝙ antiquorum autoritatem.

b ¶ Stipula illecta.) †Culmus est, cum spica non collectus, sed in metendo derelictus, quẽ cum ocium adest, rustici deinde metunt. Et quod dicitur dejectę, melius quadraret relictæ secundo casu, quamuis & illud defendi possit. Sanè ex lege ueteri, quæ in Deuteronomio habetur, præceptum est, ne stipulam illectam, oliuas relictas, racemosꝙ remanentes dominus colligat, sed aduenæ, & pupillo, & uiduæ permittat, unde spicilegiũ racemationemꝙ facere possint: quod præceptum etiam in præsentia à pleriſꝙ obseruatur. † Aduertendum tamen, ne non uacauerint, hîc legendum sit, sed ocauerint, quòd rustici primò messes faciant, deinde occent, fodiantꝙ uineas, quo ope tanquã magis necessario perfecto, spicilegium faciant: solere eñ post messes occari uineas, autor est Palladius lib. VII. & VIII.

9 c ¶ †Noualis.) Græci νεαγὸν, seu ut alij νέομαι uocant: & duplici significatiõe accipit̃, ut terra sit quę anno cessat, quod Paul. hîc ait, itꝙ ager nunc primùm coli cœptus[a], cùm prius sylua esset, uel alio modo incultus: atꝙ ita etiam Hieronymus interpretatur[b]. Addit Appianus lib. I. decimam partem fructuum reipublicæ soli tam pendi pro uectigali eorum agrorum qui deserti ad culturam redigerentur: hincꝙ apparet inculta loca in dubio præsumi reipublicæ, nec fieri occupantis: quod & alij tradiderunt[c]. † Sanè prosciſſa dicitur terra, quæ primùm aratrum experta est grandioribus glebis relictis, Catoni, Plinio, cæteris.

11 d ¶ Integra.) †Vt si quis uendat terrã integram, intellígetur nondum à pecore depastam: licet Accursius pascendi uerbum hîc pro pinguefaciendi, contra rationem sermonis intellexerit[d].

e ¶ GLANS caduca quę ex arbore cecidit.) Vnde interdictum de glande legenda competit. Sanè hæc expositio ex proprietate sermonis non est: quoniam †caducus nõ qui cecidit, sed qui facilè casurus est, ruinamꝙ minatur, significat: unde & paries caducus.

13 ¶ §. † PASCVA sylua.) In quã ius est pascendi causa pecora mittere. † Sed finge deprændisse me pecora uicini in agro meo, quo iure mihi prouisum est? & lege Aquilia agendũ est[e], non aũt iure pignoris pecus retinendũ, nisi illud diu aluerim[f], cùm dominũ ignorarem: uidet̃ enim, quia in rei utilitatẽ alimẽta uersa sunt, eorũ ratione retineri pecus posse[g].

1 *Pratum quid, & unde dicatur.*
2 *Legatis pratis, etiam inculta continentur.*
3 *Pascua, uicanalia.*
4 *Prati appellatione an arbores, quæ in eo sunt, contineantur.*

1 PRATVM.) †Pratum quasi paratũ, ut Vlpianus, ad fructuum perceptionem, uel ut Varro, ad constitutionem: modico enim opere pratum fit, ut quod nec aratro, nec annua semẽte indigeat. Et hinc probatur, †legatis pratis etiam inculta cõtineri, unde tamen aliquid fœni testator colligeret: † secus si in eis pecuascere tantummodo solebat, nam ea non prata, sed pascua dicentur: quæ si ad pagum aliquẽ in uniuersum pertineãt, uulgò uicanalia appellantur: Vicani enim rustici sunt. Sed †an prati appellatiõe, arbores quę in eo sunt, contineantur, ut in eis damnum inferens ea pœna afficiat, quã lex municipij in eos constituit, qui in prato damnũ fecerint? Et quibusdam uidetur[h], tanquã arbores pars fundi sint. Sed ego rationẽ legis considerandam arbitror: ex ui eñ uerborum non uidetur, qui arbores inciderit, damnum prato feciſſe.

1 *Dictio, Minus, explicatur.*

MINVS.) †In sermone latino hæc dictio quandoꝙ uim comparatiui nõ habet: unde quod nõ recepi, rectè dixero, minus recepisse: & minus tribuere uidetur[i], qui nihil tribuit: quod & infrà uidebimus. Et hinc argumentum colligitur, si in transactione[k] annuos ciuilium annonarum reditus tibi concesserim, addita lege, ut si plus uel minus exigeretur tuo periculo esset, quamuis nihil exigatur, me non teneri. Verum est enim te minus exigere, si nihil exigis: id tamen ex proprietate sermonis non est, sed ex interpretatione. Vnde si aliam mentem cõtrahentium fuisse præsumamus, à proprietate comparationis non discedemus.

1 *Palàm quid fieri uarijs modis accipitur.*
2 *Notorium quid dicatur.*
3 *Præsumptio legis notoriæ ucritati cedit.*
4 *Manifestum quid sit, & an à notorio differat.*
5 *Liquidum quid dicatur.*
6 *Attestationes non simpliciter rem faciunt liquidam.*
7 *Clarum quid dicatur.*
8 *Quæ sit utilitas, ut cognoscamus huiusmodi uerborũ differentias.*
9 *Palàm quid fieri, & publicè fieri, differunt.*

PALAM.) †Palàm quid fieri uarijs modis accipitur: palàm nuncupatus hæres dicitur, si testes exaudiuerint. palàm quæstum facit mulier, quæ passim, & sine delectu stupra ſe sinit[l]. palàm spurio reliquisse uidet̃, qui apertis uerbis usus, nec hæredis fidem tacitè secutus est[m]. palàm quoꝙ rem esse dicimus, de qua cõstat. Hic tractatus solet quadrupliciter accipi: aut enim res euidens est, q̃d uulgò notoriũ dicimus: aut simpliciter manife-

a l. Gallus. §. j. ff. de lib. & post.
b l. cum qui. §. j. ff. de uerb. obl.
c l. stipul. ista. §. j. ff. de uerb.
d l. si stipula. ff. eod. tit.
a l. fin. in fin. de ter. mo.
b c. j. c. quid sit. extra. eod.
c l. j. de acquir. possess.
d l. j. de glan. leg.
e l. Quintus. ad leg. Aquil.
f l. hoc amplius. §. de his. de damno. infect.
g l. si non. §. centum. ff. com.
a l. arboribus.
b l. Proculus.
c l. cũ manu. §. sylua. de contrah. emp.
f l. item. §. fi. de usufruct.
g rep. §. Titia. q. 36.
h l. æquiſſ. §. fructuarius.
i l. agri.
k l. arboribus.
l l. Proculus.
m l. ex sylua.
n d. l. ex sylua.
o l. in fraudẽ. §. pen. de iur. fiſc.
p l. diuortio. §. puto. ſol. mat.
q d. l. cũ manu.
r d. §. puto.
h Alb. in dict.
i l. illud. §. j. de tribut.
k l. uerbũ ampl. l. ſi ita. j. eod.
l l. palàm. de ritu nupt.
m l. non intelligitur. de iure fiſci.

sta, aut liquida, aut tantūmodo clara. † Notorium est, q̄d omnibus cōstare potest, & colore nullo offuscat, nec probatione indiget: ut palatiū in urbe esse. Idem de re quā per inspectionē iudex deprændit: ut cùm quis accusatur occidisse Seiū, & Seius uiuus exhibetur. & talis allegatio quandocūq; fieri potest: unde etiā si in causa conclusum sit, debēt iudices accedere in rem præsentē[a]: huiusmodi enim probatio prævalet omnibus, imò hac ex causa res iudicata nullius momenti erit[b]: res enim iudicata q̄uis hac in specie cōtineatur, & quod ex ea constat, sit euidentissimū, id tamen non uerè, sed præsumptione legis est, †quā præsumptionē notoriæ huic ueritati cedere æquissimū est. † Manifestū est, quòd allegari probariq; oportet: ut Titiū corā populo occisum, Seium publicè fœnus reprobū exercere, atq; id genus multa, quæ pontificij iuris interpretes notoria quoq; dici cōtendūt: qua in re ego nō multū operę posuerim, qui sciam uerborū hanc differentiā plerunq; confundi: de re ipsa igitur, nō de uerbis disputandum est. Ego hac in specie id contineri arbitror, quod probabili aliqua excusatione obtegi potest, quod regulariter in his rebus procedit, quæ facti permanentis nō sunt, & ideo sententia aduersus huiusmodi perspicuitatē lata ipso iure ualeret, prouocandiq; remediū solùm superesset[c]. † Liquidū dicitur id, quod iudici ex actis liquet: id enim propriè manifestum dici nō potest[d], tametsi iuris interpretatione non multū ab eo differat. Hac in specie uidentur contineri, quæ per instrumentū uel confessionē in actis constant: si enim huic instrumēto uel cōfessioni nihil probabile obijciatur, si item confessionis error nō adducat, censebitur res liquida[e]. Sed & acta ipsa rem faciūt iudici liquidā: sic & attestationes: †hęc autem non simpliciter rem faciunt liquidam, sed ipsi iudici tantū, indeq; aliqui effectus iuris oriuntur[f]. Quapropter si filius uel uxor contra patrē uel maritū agant, hiq; negent filium uxorémue esse, sufficient huiusmodi testimonia, etiam ante publicationē, ut iudex decernat, eis interim alimenta deberi, itemq; expensas litis[g]. Id enim est liquidum, q̄d sine morosa difficultate iudici probatur. & ideo si constitutū sit, causas inter agnatos cōpromitti, non intelligetur de his, quæ hoc modo liquent[h]. † Clarum generaliter accipi potest, ut suprascriptos casus cōprændat: sed inter ipsas partes id clarum fuisse iudex arbitrabitur, quod inter eas gestum ex instrumento uiderit: q̄d interim nō modicæ utilitatis est[i]. Sed & quoties sola admonitio sufficit, ne quis dolo denunciare uideatur, ex instrumenti extra

PAVL. LIB. XXIIII.
LEX XXXIIII.

ACtionis uerbo etiam persecutio[a] continetur.

IDEM LIB. XIIII.
LEX XXXV.

REstituere aūt is intelligitur, qui

a l. si irrup. fin. regund.

b c. fraternitatis. de frig.

c l. ciues. C. de appell.
d Card. c. uestra. 7. & 31. q.

e c. fi. de cohab. cler.

f c. significaue-runt. de testib.

g c. ex parte. de accus.
h l. post rem. de transact.

i Bar. l. j. in j. q. de op. no. nun.

iudiciū ostensione, res palàm facta existimatur[k]. Sed cùm omnino in iudicijs expectanda sit sententia, quæ rem iudicatam inducat, quorsum attinet tam scrupulosè perquirere, an res manifesta, clara, liquida ue sit? † Verū his ego respōdeo, in eo uersari utilitatem, q̄d in euidenti & manifesto lata sententia præsumatur[l], retro quoque rem fuisse euidentem, & manifestā: quod in alijs casib. nō ita est. Sed hæc hactenus. Illud nō prætereundū, † differentiā esse quid palàm factū dicatur, an publicè: quando quidem palàm fieri dicitur, q̄d coram pluribus, puta duobus fit: at publicè quod coram populo. Inde si testis asseruit publicè ita affirmari in urbe, perinde erit, ac si extare publicā famam dixisset, quod quidam responderūt, licet alij hac in re cōtrouertāt[m].

1 Persecutio quid.
2 Actiones & persecutiones quomodo differant.
3 Persecutio quandoq; uim actionis, quādoq; exceptiōis habet.
4 Persecutio actionis uerbo largè sumpto cōtinetur. (bet.

k Bar. d. l. j. q. u

l Fed. consil. 8.

m Sal. l. cæqui dem. C. de accus. pen. chr.

ACTIONIS VERBO.) a ¶† Persecutio est imploratio officij iudicis, quod nobile uulgò appellant, estq; extraordinariū remedium: sicut enim † actiones aduersus eos qui ex facto suo, uel alia iusta obligatione tenentur cōpetunt, ita persecutiones aduersus eos dantur, qui sola æquitate, & quod dicitur de bono & æquo, sunt obnoxij: quare harum actionū instar habent persecutiones[n]: & ubi de stricto iure nulla actio datur, ex æquitate officiū iudicis imploramus. † Quandoq; aūt huiusmodi imploratio uim actionis habet, quandoq; exceptionis[o]. non tamen dubium est, † quin ex larga significatione persecutio actionis uerbo cōprændatur: ideoq; si eadē ratio subsit, q̄d in actione dispositū est, in hac persecutione etiā in stricta materia obseruabitur[p]. quòd si nō eadē ratio subsit, aliud erit: uerbi gratia: Nō possunt cœnobitæ minores actionibus in iudicio experiri, æquum est ut saltem officio iudicis eis succurrat[q]: q̄d etiam in filiofam. aduersus patrē concedendū est[r].

1 Restituere condemnatus ad quid obligetur. & num. 3.
2 Iudicium acceptum quando dicatur.

RESTITVERE.) † Qui rem ut restituat, cōdemnatus est, is & fructus restituere debet, à tempore litis cōtestatę perceptos[s], & actorē in eam causam ponere, quā habiturus esset, si statim ante litis cōtestationē restituisset[t]: unde si ideo actor non usucapit, quia eo tempore res sibi restituta non sit, reus quanti ea res erit tenebitur[u].

a ¶ Iudicij accepti, id est, † litis cōtestatæ[x]: tunc enim iudex iuris dicendi potestatē accipit, cū antè diffinitiuè cōdemnari nemo possit, solebāt autē tunc partes quibusdā uerbis solen-

n l. actionis. de actio.

o l. planè. de petit. hæred.

p Alex. l. j. de iurisd. om. iud.
q l. Quintus. de an. leg.
r Gl. l. j. C. qui ad.

s l. prætered. de rei uend.
t l. cum fund. sl cer. pet.
u l. Iul. §. fin. ad exhib.

x l. is qui se obl. de rei uend.

solennib. uti, quibus de eo negocio iudicādi potestatē faciebāt, ut ex M. Varrone lib. v. de lingua latina colligi potest. † Sanè q̄d hìc dicitur, procedit in his casibus, in quibus à tēpore lit. contest. fructus restituendi sunt, q̄d in obligationib. dandi regulare est: in eo aūt qui tradere tenetur, aliud est, quippe is à tēpore moræ fructus perceptos restituere debet[a]. Sed quid in usurario? & lucrū seu fructus quos sola industria sua acquirit, nunq; restituere debet, qualescunq; sint, si q̄ ex ipsa pecunia licitè peruenerint: cæteros restituere tenet, dam numq; omne illi resarcire, cui fœnora extorsit: atq; ita etiam Theologi sentiunt[b].

1 Lis post contestationem, causa etiam ante dicitur.
2 Lis proprie est etiam ante receptum iudicium.
3 Lis dicitur etiam extra iudicium.
4 Quæstio idem quod lis.

a l. uideamus. de usur.

b Anch. reg. peccatum. in 6.

1 LITIS.) † Litem post contestationē solùm dici, causam uerò etiam ante, Doct. ferè crediderūt[c]: quod ipse non negauerim, quoties subiecta argumenti ratio hoc fert, ut pro instātia causæ lis accipiat[d]: alioquin † propriè etiā ante iudiciū acceptū litem esse Iurisconsulti hìc ostendit, qui actionem siue in rem, siue in personā sit, significari ait: nam & cùm lītē contestatam esse dicimus, uerba indicāt quando adhuc contestata nō erat, nihilominus litem fuisse. Eandem sententiā etiam Cor. Fronto probat, dum Lis, inquit, nascitur, pertinacia efficit cōtrouersiam. Idemq; de controuersia Fortunatianus scribit, † uideturq; etiam extra iudicium litem dici[e], quod & Nonius Marcellus ferè sentit, nec alij dissentiūt. Hinc illa inscriptio: Hei uxor etiam mortua litigas? Et † quod in lite est, ipse etiam in quæstionis uerbo esse dixerim[f]: q̄uis Bart. cùm quæstionis uerbum in lege reperitur, post litem cōtestatam solūmodo accipi senserit[g], quod nō probo: nam & dubiū non est, etiam ante lit. contest. causam dici[h], ut eiusdem ferè significationis has esse dictiones credere pronius sit.

1 Actionum solennia uerba olim erant.
2 Iudex ab eo quod uerè debetur, recedere potest, & ex causa cōdemnationem uel augere uel minuere.
3 Licitū est iudici, ex causa legis dispositionē interpretatiōe mutare.
4 Dilationum termini sunt in arbitrio iudicis. (tare.
A uoluntate testatoris recedi potest iusta ex causa.
6 Iudicis iussus quandoq; plus potest, quàm testatoris.
7 Cautela iudici obseruanda.
8 Accurs. hanc legem non intellexit.

c l. causas. C. de transact.

d l. postquam. C. de pact.

e Abb. c. ex parte. extra eod.

f l. si tibi. C. de lib. cau.

g l. amplius. rem rat. hab.

h c. de causis. de offic. deleg.

1 VERBVM oportere.) † Solennia uerba actionū iure ueteri erant, aio te mihi dare oportere: quorū uerborum Valerius Probus in opusculo de notis antiquis meminit. Pone ergo me in libello dixisse te mihi decē dare oportere, quomodo hæc uerba accipiemus? Et Iurisconsul. ait, tametsi uerè mihi ea deberi contendam, licere tamen iudici uel pluris uel minoris cōdemnare.

VLP. LIB. XXII.
LEX XXXVI.

LItis nomē actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

PAVLVS LIB. XXVI.
LEX XXXVII.

VErbum oportere, non ad facultatē iudicis pertinet, qui potest uel pluris uel minoris cōdemnare, sed ad ueritatē refertur.

VLP. LIB. XXV.
LEX XXXVIII.

OStentū[a] Labeo diffinit, omne cōtra naturā cuiuscunq; rei genitum factumq;. Duo genera sunt ostentorū, unum quoties qd cōtra naturā nascitur, tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis quæ naturę cōtraria est: alterū, cū qd prodigiosum & portentuosum fit. Differunt autem prodigium & ostentum, quòd prodigium in his solis dicamus, quæ futura prædicant, ostentum uerò, quod ostendit, & quasi significat, ut si quis fulmine ictus sit, ostendere uidetur deum irasci. Portentum, quod portendit, & futurum significat, ut si quis sine capite natus sit. Monstrum, quod contra naturam fit, ut si quis homo bos aut piscis natus sit. Ostentum, portentum, monstrum, prodigium, quid.

a Ostentum, portentum, monstrum, prodigium, quid.

Hìncq; apparet cōsuq; arbitriū iudicis, ptendi, ut ab eo q̄d uerè debet, recedere possit, & ex causa cōdemnationem uel augere uel minuere. Auget in arbitrarijs[i], uel in his quę ex inficiatione duplantur[k]: q̄d & expēsarum, uel eius quod interest ratione fieri potest[l]. Minuit si totius sūmæ actor capax nō est, uel si pars aliqua post iudicium cœpit non deberi[m]: minuit & in executione, cùm reus non nisi quatenus facere potest, conuenitur[n], & hæc exempli causa satis sint, alioquin generaliter licitum est iudici, ex causa legis dispositionem interpretatione mutare[o]. quapropter quamuis lex simpliciter uelit interrogationibus responderi, poterit etiam disiunctum respondentem admittere[p]: & quamuis certa pœna noxijs statuta sit, illi tamen eam minuere uel etiam augere permittetur[q]. † Quod & in dilationibus à lege concessis obseruamus: ei enim qui pro tribunali cognoscit eas, prorogādi coarctandi'ue ius non denegatur[r]: qua ratione & † à uoluntate testatoris recedere ex iusta causa concessum est. Quid enim si fauore pupilli hæredis prohibuit testator diuisionē fieri, appareatq; id in euidens eius damnū reflecti[s]? † Potestq; quandoq; plus iudicis ipsius, quàm testatoris iussus[t]: nam & tutori, quò minus repertorium facere teneatur, testator remittere non potest, iudex potest: ut si uideat pupilli interesse ne patrimonij sui secreta aperiantur[u]. † Planè quoties huiusmodi facultate iudex utitur, existimationi eius consultius erit si non nisi expressa causa id agat, curetq; ut in actis eius ueritas appareat[x]. † Accursius in huius legis interpretatione neq; cœlum, quod dicitur, neq; terram attigit.

i l. j. de re iud. in lit. iur.

k Instit. de pœnal. tem. lit.

l l. terminato. C. de fru. & lit. exp.

m l. si seruus. de cond. furt.

n l. sunt qui. de re iud.

o Felin. c. j. pen. char. de constit. uetf. 7.

p l. iusiur. & ad. §. non solùm. de iureiur.

q l. quid ergo. § pœna. de insa.

r l. ij. de re iud.

s l. iij. §. si pater. de admin. tut.

t Aret. cōsil. 22. in ij. col.

u l. in cōfirmando. l. utilitatē. de confir. tut.

x Bar. l. Lucius. de insan.

60 OSTENTVM.) a ¶† Ostentum Corn. Fronto ait, quod præter consuetudinē offertur, utputa si uideatur terra ardere, uel cœlum. Portentū, quod porrò & Lutius tendit, futurumq; postmodū aliquid significat. Monstrum, quod contra naturam est, ut Mi-

notaurus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur: id enim est prodigere. Sed Festus, quod futurũ prædicat, per literarũ immutationẽ, prodigium dici arbitratur: alij quod porrò sit adigendũ, quod Nonius Marcell. sentit, qui & alias differẽtias refert. Sed antiquos indifferẽter his uerbis usos uerisimilius est.

b ¶ Quod Græci uocant †φάσμα.) Ab apparendo nomen sumpsit: Ciceroni spectrum dicitur, nos etiam miraculũ appellamus, ut si appareat uir humana forma augustior, qui deinde euanescat. In hanc significationem mentio est etiam Herodoto. † Habent & Græci ἐμπέδαν, quam interpres Aristophanis ait uarijs formis sub meridiem apparere, & calamitosis ab Hecate immitti solitam. † Hoc & dæmonium meridianum in Psalmis appellatur: sunt enim huiusmodi cacodæmonũ ferè aëreorumq; spirituũ opera, quorũ uirtute etiã magi plurimũ possunt: ut minimè cõsequens sit aliquem sanctitate uitæ præcelluisse, quòd miracula fecerit[a]. Aduersus ea præsentissimum alexipharmacon est, inuocatio nominis IESV, qua de re diligenter disseruit Capnion libro de Philosophia Pythagorica ultimo. † C. Cassius apud Plutarchum in uita M. Bruti, ex Epicuri sententia, nullos esse dæmonas disputat, nec huiusmodi spectra uerè apparere, sed nobis ita quãdoq; uideri, idq; ex imaginib. quas falso mens concipit. Cui opinioni & Lucianus accedit, edito hac de re dialogo, qui Φιλοψεύδης, ἢ ἀπιστῶν inscribitur. Sed Christianis auribus hæc sententia impia est, & id mali genus Galenus de affectorũ locorum notitia lib. III. φαντασίαν uocat, quã definit esse intellectus corruptionem: quo morbo Athenis laborauit Thrasylaus, qui cùm ad sanitatẽ redactus esset, Pol me occidistis amici, nõ sanastis, ait, ut est apud Horatium.

a *j.q. j. tenea-mus.*

1 *Subsignare quid significet. & num. 3.*
2 *Sigilli impressio autoritatem scripturæ confirmat.*
4 *Bonorũ computatio priusquã fiat, deducendũ est æs alienum.*
5 *Protestatio etiam parte absente fieri potest.*
6 *Attestari cur magis dicatur, qui absenti, quàm qui præsenti denunciat.*
7 *Testes pro rogatis acceperunt ueteres.*
8 *Detestari pro attestari.*
9 *Possessor incertus quis dicatur.*
10 *In contractibus potest generaliter deduci omne ius, quod in tali loco habeo.*

1 SVBSIGNATVM.) † Subsignare, est signũ suum, quod & sigillum dicitur, subijcere.
2 Ea † sigilli impressio autoritatem scripturæ confirmat: receptumq; est, literis iudicis solito eius sigillo munitis, plenam fidem adhiberi[b], si de his attestatur, quæ ad eius officium pertinent & ab arbitrio suo pendent. quòd si etiam testium subscriptio accesserit, tunc generaliter iustam probationem facere[c]. † Subsignare quoque, simpliciter est subscribere: nam & scriptura signum est, unde scribentis persona indicatur. Quoniã uerò qui chirographo alicui subscribit uel subsignat, se obligat, nõ secus ac si totũ chirographum scripsisset[d], receptum est, ut id uerbũ etiã pro eo capiat̃ q̃d est obligare[e]. Subsignabant & olim responsa sua Iurisconsulti, quod & hodie ferè obseruatur: reddere enim testimoniũ uidentur quid iuris in proposita quæstione sit[f].

b *c. post cess. de probat.*

c *c. ij. de fid. instru.*

3

d *Bar. l. empton. §. Lucius. de pact.*

e *l. semper. §. ci duct. de usu-mun.*

f *l. ij. §. & uti biter. de orig iur.*

¶ §. BONA.) Finge Titium mihi tertiam partem bonorũ suorum donasse, deinde decessisse, & in eius hæreditate quadringenta esse: deducetur primò æs alienum, quod fortè centum est, & ex trecentis, quæ supersunt, tertia pars mihi præstanda erit[g]: † antè enim quàm bonorum computatio fiat, æs alienum deducendum est. Qua ratione si uxori quis usumfructum bonorũ legauerit, poterit hæres eatenus de rebus hæreditarijs uendere[h], quatenus creditorib. satisfaciat, & in his quæ supererunt mulier usumfructũ habebit. quod etiam in legatarijs, ut illis satisfiat[i], procedere uerius est, nisi annua sint legata: huiusmodi enim de reditibus satisfaciendum est[k]: & hęc cùm inuentarium hæres fecit, alioquin solus citra diminutionem ullam ususfructus, insolidum tenebitur[l].

4

g *l. fin. l. geneli. in fin. de usu. leg.*

h *l. usufru. dl. falcid.*

i *l. fin. §. finitem æs. C. de bon. quæ lib.*

k *Picus. §. Titius q. lx.*

l *l. fin. C. de iur. delib.*

¶ §. ATTESTARI.) Dubium non est, † protestationẽ etiam absente parte fieri posse[m]: ut cùm quis denunciat præscriptionis interrum pendæ causa: uel cùm pater receptis à filio, qui mutuum ipsius nomine contraxerat, literis, se nõ consentire protestatur[n]. Sed dubitabit aliquis, † cur magis attestari dicat̃, qui absenti, q̃ qui præsenti denunciat: an quòd uidentur antiqui hoc uerbo uti, cũ quis denunciat, & ea de re testes rogat, eisq; imam aurẽ (quòd ibi memoriæ locus est, ut Plinius ait) uellit? Sic Horatius: Licet attestari? ego uerò Oppono auriculam, rapit in ius. Sic Plautus in Curcul. & in Persa accepit. Qua ratione deinde receptũ est, ut cùm absenti denunciamus, propriè dicamur attestari: quia denũciatio per scripturam fit, in qua necessariò testes non nisi rogati interfunt[o]: quod in præsente, quem uiua uoce admonemus, necessarium nõ est: nam tunc uel fortuitò repertos, minimeq; rogatos testes sufficere nostri Iurisconsulti existimarũt: † ueteres enim, testes uidentur pro rogatis accipere. Verg. Diuos, quanquam nil testibus illis Profeci: id est, inuocatis & rogatis. In alijs codicibus, † detestari scriptum est, atq; ita etiã Bart. alicubi legit: uidetur

5

m *l. penul. C. de an. præscrip.*

n *l. si filius. ij. ad Maced.*

6

o *Auth. rogati. C. de testib.*

7

8

tur enim utrunq; uerbum eiusdẽ significationis esse, de qua re infra diffusius disseram.

9 ¶ §. INCERTVS. † Possessor ille nobis incertus esse dicitur, cùm ignoramus eum possidere: & cùm possidere facti sit, huiusmodi ignorantia est probabilis. Respectu autem sui ipsius nemo omninò incertus est possessor, cùm incertam (ratione loci, simulq; quotæ portiõis) rem nemo possessionis causa acquirere possit[a]. quòd si huiusmodi incertitudo declaretur, aliud est: ut cum lex possessionem transfert: ea enim de his, quæ per rerum naturã esse possunt, nunquã dubia est[b]. Idem cùm ambiguitas sublata est, q̃d fit per relationem ad aliquod instrumentũ, uel per euentũ[c]: ut si constituas te meo nomine etiam bona futura possidere, eis enim acquisitis incipis possidere: tunc quippe, quale, quantumq; sit, quod possides, certũ est. Sed & quod mihi per seruum uel filium ex peculio quæritur, quamuis incertus sim, possidetur tamẽ[d]: & hoc in possessione: † nam in contractibus dubiũ non est, posse generaliter deduci omne ius quod tali in loco habeo[e], sicut & incertam partem in iudicijs uniuersalibus uendicare non prohibeor[f].

Incertus possessor est, quẽ ignoramus.

a *l. iij. §. j. de acquir. possess.*

b *l. cum quidã. §. quod dicitur. de acquir. possess.*

c *l. si quis extra. in fi. de acqui. hæred.*

d *l. j. §. item acquir. de acq. possess.*

e *l. quod ſt. de hære. uend.*

f *l. quæ de tota. §. j. de rei uen.*

1 *Protestationis uulgata definitio reprobatur.*
2 *Protestatio interdum in alterius quàm protestantis cautionẽ inducitur.*
3 *Bartoli expositio ad hanc legem.*
4 *Denunciatio specialius nomen protestatione.*
5 *De substantia protestationis non sunt uel testes uel scriptura.*
6 *Protestationis definitio per Alciatum.*
7 *Protestationis duplex species. & num. 13.*
8 *Verbum, Testatio, declaratur.*
9 *Detestatio.*
10 *Præpositionis De, natura est augere.*
11 *Contestatio quid, & unde sit dicta litis contestatio.*
12 *Attestatio.*
13 *Nunciatio. & num. 58.*
14 *Notoria.*
15 *Curiosi qui dicantur.*
16 *Denunciatio, quæ ad alium mittitur.*
17 *Obnunciatio prohibitoria erat.*
18 *Renunciatio.*
19 *De protestationis effectu.*
20 *Protestatio si in his facta sit, quæ à iure dependent, nullum effectum habet.*
21 *Qui dicit se litem contestari animo non contestandi, litem cõtestatus intelligitur.*
22 *Si dicas, saluo honore, tu mentiris, protestatio iniuriam non tollit.*
23 *Si in his protestemur, in quibus nulla nobis de iure est potestas, sed de facto tantùm, protestatio nihil operatur.*
24 *Idem est, cùm quid ex dispositione legis, itemq; facto alterius pendet.*
25 *Clausula causidicorũ, Saluo iure addendi, &c. nihil operatur.*
26 *Clausula, quòd instrumẽta producantur saltẽ in articulis prosequentibus, nullius est effectus.*
27 *Protestatio cùm omnino ex uoluntate nostra dependet, ualida est. & num. 29.*
28 *Qui certus est, non debet amplius certior reddi.*
30 *Protestationis, quæ ex mera uolũtate protestantis pendet, multa exempla.*
31 *Talis protestatio an per factum contrarium tollatur.*
32 *Quæ in præfationibus dicuntur, in ipso contractu censentur repetita.*
33 *Cuiusq; uoluntas non præsumitur mutata.*
34 *Codicilli secundum expressam in testamento mentẽ declarari solent.*
35 *Casus speciales, in quibus à protestatione receßũ uidetur. & 36. & 37.*
38 *Licet factum protestationem subsequens illi sit cõtrarium, tamen protestatio præualet in quibusdam casibus.*
39 *Protestatio & actus illi contrarius sit eodẽ momento fiant, protestatio ualet, & actus perimitur.*
40 *Parũ refert, siue protestatio ipsi facto cõtraria sit, siue consequentibus intrinsecus facti substantiam.*
41 *Quoties lex protestationi repugnat, semper contrario actu tollitur.*
42 *Si actus non sit contrarius protestationi, sed diuersus, talis actus ex protestatione declaratur.*
43 *Quod intelligitur uerum, quando huiusmodi declaratio ex protestantis animo pendet.*
44 *Sed & si talis declaratio rem turpem induceret, ei non esset standum.*
45 *Protestatio in his quæ tam à nostro quàm alterius facto pendent, an ualeat. & num. 48.*
46 *Horreũ pro quocũq; loco ad reponẽdũ merces accipitur.*
47 *Propositum an pro mente accipere liceat.*
49 *Aliquando lex ex taciturnitate consensum interpretatur in eo, contra quem fit protestatio. & num. 52.*
50 *Pauli Castrensis sententia reprobata.*
51 *An etiam in iudicialibus taciturnitas pro consensu sit.*
53 *Si is qui lædi protestatione posset, incertus sit, quomodo admoneri poterit.*
54 *Vt quis se ab obligatione legali absq; facto suo orta exoneret, non requiritur alia partis scientia.*
55 *Quid faciundũ, si admonendus de protestatione sit absens.*
56 *In casibus quibus in ius uocari de domo quis potest, protestatio ad domum transmissa sufficit.*
57 *Scriptura an protestationi sit necessaria, & quando.*
58 *Secunda species protestationis, quæ à nunciando nomen habet.*
59 *Explicatur denunciatio, quæ regulas iuris imitatur.*
60 *Quomodo ab emptore lis sibi mota denuncianda sit uendi tori.*
61 *Denunciatio loco & tempore congruis facienda.*
62 *Quilibet locus, & quodlibet tempus ad denunciandũ idoneum uidetur.*
63 *Denunciatio ne facias id, quod iure facere non potes.*
64 *Exponitur denunciatio, quæ regulis iuris aduersatur.*
65 *Quod in incitatoria hac specie locum habet, idem producitur ad prohibitoriam, ut regulariter non ualeat.*
66 *Excipiuntur tamen casus aliqui, ubi prohibitoria ualet.*
67 *Cùm alicui prohibemus ne faciat, quod facere tenetur, nostra denunciatione nihil efficimus.*
68 *Idem obtinet, si nulla prohibitionis iusta adfertur ratio, tametsi allegetur tantum.*
69 *Sola uerisimilis causæ allegatio quandoque alicuius effectus est.*
70 *Quoties res principaliter ad denunciantem pertinet, simplici denunciationi obsequendum est.*
71 *Idẽ cùm à denunciantis uoluntate res omnis effectũ sumit.*
72 *Cùm prohibetur, quod sola denunciantis uoluntate illicitum est, ualet protestatio.*
73 *Denunciatio an per procuratorem fieri possit.*
74 *Denunciare an per negociorum gestorem possimus.*
75 *Appellationis intimatio à negociorũ gestore fieri potest.*
76 *Denunciationem procuratori fieri an sufficiat.*
77 *Serui appellatio ancillam continet, sed non econtrà.*
78 *Si lex prohibeat capras in uilla haberi, nec hircos habere licebit.*
79 *Caper infestum animal aruis & uitibus.*
80 *Familia ab Osco uerbo famul, deducitur.*

81 *Argumentum ab etymo non semper concludens est.*
82 *Familia an de unico seruo dici possit.*
83 *Familiam tres constituunt, sicut & collegium.*
Ibid. *Cœtus & turba decem homines requirit.*
84 *Congregatio ex quot hominibus constet.*
85 *Populi appellatio maiorē numerum, quàm cœtus, requirit.*
86 *Quot animalia gregē constituant.*
87 *Ius uniuersitatis etiam in unica persona conseruari.*

VLPIAN. LIB. VI.

LEX LX.

DEtestatio[a] estde nunciatio facta cum testatione.

1 DETESTATIO[a].)†Protestationem quidam diffiniuerunt, clamosam esse testationem, quæ ob testantis ipsius cautionē inuenta sit. Sed hanc finitionē plericq; rectè reprobauerunt, cùm etiam citra clamorem, & in occulto quoq;, protestatio fieri possit, uel coram testibus, uel scriptura, quæ non nisi im
2 prorie clamare existimatur.† Adde quòd & quandoque protestatio in alterius quàm in protestantis cautionē inducitur, ut cùm pro
a l. j. C. si per uim. alio protestamur, quod quibusdam casibus permissum est[a]: uel cū utilitatis publicę causa
3 denunciamus.† Quare Bart.[b] hoc in responso ueriorem diffinitionē referri existimauit,
b in §. morte. declarauitq; denunciationem dici, ut ab ultimis uoluntatibus, itemq; contractibus differat: testationem requiri, ut ostendatur & in
c l. fi. de custod. reor. scriptis & absq; scriptura fieri posse[c]. Sed uix
4 est ut hoc ego approbare possim,† cū denunciatio sit specialius nomen, & angustius protestatione: eam enim solùm significat, quæ alteri nunciatur: quod & etymologia satis indicat. Sed & testationē ad testes non referendam arbitror,† cùm de substantia protestatio
5 nis non sint testes, neq; scriptura[d], sed probationis causam solùm respiciant: nam & in libro rationum quandoq; fit protestatio[e], nec
d Bart. l. nemo potest. de leg. j *e l. Nesennius. de neg. gest.* ulli testes necessarij sunt. Meritò igitur nec Bartoli sententiā ipse sequor, uideturq; com-
6 modius sic diffiniri:† Protestatio est animi nostri declaratio, iuris acquirendi, uel cōseruandi, uel damni depellendi causa facta.† Huius
7 duplicē esse speciem uerius est: alterā quæ ex animo protestantis principaliter pendet: alteram quæ factum eius, cui protestamur, respicit. Illa declaratoria, conseruatoria, certificatoriaq; dicitur: hæc incitatoria, prohibitoria, inhibitoria ue: illa à testatione nomina accepit, hæc à nunciatione. Et primæ illius uariæ sunt appellationes, quæ tamen aliquā in-
8 uicem differentiam continent.† Et in primis testatio nomen est generale, quoquo modo animi sui sententiam quis declaret[f]. Specialiter uerò eo nomine dicitur: quæ coram testibus facta est: unde & testatò cōuenire, testa-
f Instit. de test. in prin. *g l. fin. pro derelicto.* tò admonere dicimus[g]. Addit Bar. idem esse cùm scripturam adhibemus, quoniam in ea
9 testes rogādi sunt.† Detestatio est quæ ad absentem mittitur, ut hîc & suprà apparet: idq;
§. attestari. 10 †præpositio De, ostendit, cuius natura est augere, efficacioremq; actū demonstrare: quod & in uerbo deprecor A. Gellius lib. VI. cap. XVI. declarat. Tunc enim non solū sententiā suam quis simpliciter ostendit, sed scriptura etiā cōuocatis testibus declarat.† Cōtestatio 11
est propriè plurium, ut in iudicijs, cùm actor quid mentis suæ sit, petendo explicat, contrà reus negando diffitetur, unde & litis contestatio dicta. Idē & in exceptionibus[h], præscriptionibus ue[i]. Sed & quādo qs de dolo uel metu coram amicis protestatur, idq; clàm, metu concussoris cōtestari dicitur[k]. †Attestatio uidetur esse, quæ præsenti fit, declarandi animi causa[l]: quod suprà ex Plauto Horatioq; docuimus: quāuis ex uulgatis codicibus ibi atte
12 stari de absente accipi uideatur: sed uerior est lectio detestari[m]. Protestatio est quæ declarat, quo animo aliquid facturi simus[n]: præ
13 positio enim Pro, anticipationem temporis arguit. Secundæ speciei, quæ à nunciando nomen sumit, uaria quoq; sunt nomina: & in primis† nunciatio ipsa, quæ in edicto prætoris de operis noui nunciatione prohibitionē significat, in lege Iulia de annona[o], qua mulierum nunciatio admittitur, accusationem. Erant & nunciationes, quas publicè cōstituti Irenarchæ præsidibus faciebant, de delictis
14 quæ ubiq; fierent: † hæc & notoria latinè dicuntur[p]: iubetq; lex, ut hi notorijs suis assistant, & quę detulerūt ita esse probēt[q]. Quod & in curiosis recipiendum est[r].† Sunt curiosi 15
qui in curia principum uel magistratuū commissa delicta denunciāt.† Est & denunciatio, quæ ad alium mittitur, & maximè incitatoriam continet: ut cùm aliquem admoneo, ut
16 ab emptione desistat, ut defendendæ causæ adsit, ut à matrimonio causa legis Iuliæ exercendæ abstineat. Fit & testibus, ut in iudiciū causa perhibendi testimonij ueniāt[s], cū alioquin sponte se offerentes suspicione non careāt.† Quę prohibitoria erat, obnūciatio propriè dicebatur. Vnde obnunciare cōsilio Ciceroni in oratione quam in senatu post reditum habuit. Item obnunciatio Augurum, cùm aliquid fieri prohibebant, quoniam auspicia non addixissent. Cicero Philip. II. Nos enim (inquit) nunciationē solùm habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. Rursus: Ementitus es auspicia, obstrinxisti populum Romanū religione, Augur Auguri, Consul Cōsuli obnunciasti.† Est 18
& renunciatio, cùm quis ius suum repudiat: unde & renunciare hospitium ueteres dixere. Sumitur & quādoq; pro relatione, quam architecti re inspecta iudicibus faciunt[t]. Renunciantur & suffragia, cùm refertur & proclamatur quem suffragia designarint. Sic & Magistratus renunciari quandoq; legimus. Et hæc quidem, quod ad protestationis nomen attinet, sufficiāt:† nūc de eius effectu aliquid attingendum. Et hic triplex est distinctio. Aut em protestatio in his facta est, quæ à iure dependent: aut in his, quæ à potestate nostra tantùm: aut in his, quæ à nobis, itemq; ab al-

h l. si quidem. C. de except.
i l. emptor. C. de præscript. long. temp.
k l. si maior. C. de transact.
l l. fi. C. de neg. gest.
m Bar. d. §. morte.
n l. j. §. j. de lib. agnos. d. l. necessario.
o l. fin. ad l. Iul. de anno.
p l. ab accusatione. ad Tertull.
q l. ea quidē. C. de accus.
r l. j. C. de curios. lib. xij.
s l. lege Iul. de testib.
t l. qui fundū. de contrab. emp.

20 ab alterius facto uires sumunt.† In prima spe
cie pro regula traditum est, protestationem in his quæ à legis dispositione pendent, nihil
a gl. l. alimenta. de neg. gest. operari[a]: quapropter si mater alat filiū, protesteturq; se animo alimenta ab ipso repetendi id facere, non tamen his casibus repetere poterit, quibus uel ipsa ad id tenebatur, uel ma-
b x. q. j. c. sic quidam. ritus. Sic sacra ædicula constituta, ædituoq; designato, frustra protestamur[b], nolle nos ius aliquod episcopo in ea esse: nec enim po- 10
test quisquā facere, ne in actionib. suis leges locum habeant. Et cùm lex iure publico aliquid disponit, cuiusquam uoluntate non inspecta, frustra ille protestatur. Quapropter si plures arbitri in sententia sua expresserint, ne
c gl. c. j. de arbit. 6. in maiore summa minor insit, cùm id à lege pēdeat, prædictio huiusmodi nullius erit mo
21 menti[c]: &† qui dicit se litem cōtestari animo nō contestandi, litē contestatus intelligitur[d]:
d Ang. l. iuris gen. §. quod ferè. de pac. huiusmodi em actus à iuris dispositione dependent, & cum alio aguntur, qui postq̄ eum cōtestari accepit, de eius animo nullam ulterius curā gerere debet. Sicut & cùm quis al-
22 teri,† saluo, inquit, honore tuo mentiris: uerbum enim ipsum iniuriā irrogat[e], quā honoris illa seruatio non extinguit. Quod & in ea
e Bart. l. si quis extraneus. de acq. hær. *f Ang. l. uestem. de iniur.* specie proditū est, cū quis, tædet me, inquit, falsi damnatū te esse[f], protestatio dolentis animi nullius effectus est. Idem cùm quis aduersus testes allegat, falsos eos, sceleſtos faci- 30
noroſos'ue esse, protesturq; id se nō animo iniuriā illis faciēdi, sed causam suā defendendi dicere, poterit nihilominus lege Corn. de
g Socin. consil. 118. j. iniurijs cōueniri[g]. Sed & canonici collegam sibi adoptantes, si protestentur ne ei ius sit reditus aliquos præbendámue accipere, nihil
b c. cum M. de const. tali prædictione agunt[h]: quia lex ei qui canonicus sit, dari ea omnia iubet.† Huc pertinet
23 etiā cū in his protestamur, in quib. nulla nobis de iure est potestas, sed de facto tantū, ut 40
in delictis, nihil enim tali testatione agimus: ut cū quis uulnerat præfatus animū sibi occidendi nō esse, secuto homicidio, nihil ea præ
i c. fin. de homi. 6. dictione iuuabitur[i]: nō enim in manu sua est certos ictus dirigere, & qui non nisi ex præ
24 scripto lędāt.† Sed & cùm quid ex dispositione legis, itemq; facto alterius pendet, idē est: ut cùm emphyteota inconsulto dño alienat, saluo domini cōsensu: uolente enim domino
k l. fi. C. de iure emph. ex Iustiniani constitutione à iure suo cadit[k], 50
nec protestatione huiusmodi adiuuatur: si tamen ea dispositio legis in priuatum fauorem alicuius introducta sit, eo consentiente ualebit protestatio[l], idq; in pacti conuenti uim.
l l. iij. C. cōm. ut iud. Quapropter patronus qui sacrā ædem cōstituit, ex episcopi autoritate id facere potest,
m l. cū dilectus. de conf. ut instituendi sacerdotis ius nō ad episcopū, sed ad alium præsulem pertineat[m]. Et hinc in
25 fertur,† cum causidici actionē edūt saluo addendi uel minuendi iure, frustra his uerbis u- 60
ti, cū addere uel diminuere propositæ intentioni, nō nisi ex legis præscripto possimus[n], quod & resposum est,† cū instrumēta in actis
n l. edita. C. de eden. 26 exhibent, in his tantū quæ sibi utilia sint: poterit enim iudex religionem suam etiam aduersus producentē ex his instruere[o]: idq; uerius arbitror, cùm fides instrumenti separari nequeat. In secūda specie,† cùm omnino à uoluntate nostra protestatio pendet, regula est, ualere protestationē, animumq; declarari[p], nec referre præsenti fiat an absenti, in scriptis an id minus, cum causa an sine: sufficit enim, ut ille inquit, pro ratione uoluntas[q]: quapropter traditum est lapso triennio, posse dominum aduersus emphyteotam, qui non soluit, protestari, declarareq; uolūtatis suæ esse ut à meliorationibus is cadat, quāuis absens sit. Sed & cùm quis in causa, qua solēniter libellus offerendus erat, se intentionem suam in formam qualisqualis petitionis offerre dixisset, respondit Anch.[r] protestationi huic stan
dum, adeò ut potius perperàm egisse uideri debeat: id enim à sola actoris uoluntate pendebat. Si tamen quisquā ex huiusmodi protestatione grauaret, is certior fieri deberet: nec enim æquitas patitur, ignorantem aliquem captari: quod in tertia specie latius explicaturus sum. Is ergo qui admonitus erit, non poterit ignorantiæ prætextu se excusare[s]: & his casibus quib. scientia & patientia cōsensum inducit, nisi aduersatus fuerit, cōsensisse censebitur[t]. per huiusmodi quoq; notitiā in mala fide cōstitueretur, unde rem tanquam furtiuā usucapere non poterit: & uice uersa, qui dominum admonuerit, non poterit censeri clàm possedisse[u]. In eo etiam ea iuris regula obseruabitur, † Eum qui certus est, amplius certiorem facere non oportet[x]. Sed & prote
stans ipse, si eum, cuius interest, admonuerit, uel eius familiā, insimulari non poterit clàm uoluisse quicquā facere[y]. †Hincq; apparet, 29
hac in specie comprændi qualemcūq; protestationem, siue animū nostrum declaret, siue iuris nostri alieniue conseruandi causa facta sit, dum à sola uolūtate nostra id pendeat: sicu 30
ius rei plurimis casibus accipi exemplum potest, ut cùm creditori solutionis causa debitor fundū pignoratū dat, isq; protestat, uelle priora iura sibi salua esse[z]: uel cùm quis sortem in præsentiarū recipit saluo sibi iure usuras, uel pœnam, huiusmodiue accessiones petendi[a]: uel cum recepta ab aliquo ex pluribus reis debendi parte, protestat creditor ius solidi sibi saluū esse debere[b]: uel cùm immunis aliquis onera subit, protestatus absq; immunitatis suæ præiudicio se id facere[c]: uel cùm emphyteota alienat, saluo domini consensu, isq; deinde consenserit[d]. Sed & cùm testator fundum legat, saluo iure coloni, ualet protestatio[e]: sicut & sententia, qua iudex expensarū uel fructuum taxationem sibi reseruat, uel in possessionem ex decreto suo mittit, saluo iure legitimi possessoris[f]: uel debitorem certa pecunia cōdemnat, saluo si intra decem dies illud uel illud fecerit[g]: quod & in concessionibus principum receptum est, cum saluo inquiunt iure alieno, & si qua similia. Sed hîc ambigua suboritur quęstio, atq; per contrariū 31

o Bald. l. j. C. ut quæ desi. ad. 27
p l. at si quis. §. plerique. de relig.
q l. quia. ad Treb.
r Anch. cons. 32
s l. si ancillam. pro suo. 28
x c. cum qui. de reg. iur.
y l. aut qui aliter. quod ui aut clàm.
z Bart. l. si quis aliam. de sol.
a Bart. l. fi. de eo quod cer.
b l. si creditori. C. de pact.
c l. j. C. de his qui spon.
d l. j. C. de fund. patri.
e l. si quis legauerit. de leg. j.
f l. terminato. C. de fruct. l. ille. §. j. ad Treb.
g Specul. tit. de sent. §. specieſ.

factum ea proteſtatio tollatur: & Bart. ſi incontinenti ſubſequatur, non tolli exiſtimauit: ſi ex interuallo, ſecus[a]. Verùm hac in re altius conſiderandũ eſt: †uidemus enim quæ in præfationibus dicuntur, in ipſo contractu cenſeri repetita[b]: uidemus item ea, quæ tractata ſunt, ſi in contractu omittantur, per errorem omiſſa cenſeri[c]: & errorẽ in principali, etiã in conſequentibus exiſtimari[d]. Videmus rurſus ex præcedentib. dictis, intentionem cuiuſcũ aliquid facientis declarari[e], etiã ſi extra illum actũ, & ex interuallo dixerit.[f] Ad hæc iuris regula eſt, † Cuiuſcũ uoluntatẽ mutatam non cenſeri: quæ procedit etiam, ſi diutinũ tempus lapſum ſit[g]: quapropter concludendum, proteſtationem etiam ad cõtrarium actum, qui ex interuallo interuenerit, trahendam, cùm & lex proteſtationem in teſtamento factam, etiam in codicillis obſeruari mandet[h]: ſolentcũ codicilli etiã longo tempore poſt tabulas teſtamenti confici. Vnde & generalis eſt concluſio, † Solere codicillos quocunc̃ tempore factos, ſecundum expreſſam in teſtamento mentem declarari[i]. Obſeruabitur autem id tum certius, cùm proteſtationis uerba generaliter cõcepta, & futurum reſpiciunt[k]. Idem ſi ex natura rei talis proteſtantis mens argueretur: ut cùm quis proteſtatur, nolle ſe alimẽta donare: cùm enim eorum præſtatio tractum habeat, etiam proteſtatio in futurum protendetur[l]. Idem ſi ſemper eadem ratio & cauſa ſubeſt, ut in eo qui ſe religionib. metu initiari profeſſus eſt[m], uel qui metu tyranni ſoluit, uel matrimoniũ contrahit[n], & ſi qua ſimilia. Idem ſi natura cõtractus id ſuadeat, ut in mandato quod non ſolet protinus per procuratorẽ expediri[o]. Vnde ſi Titio mandaueris, ut hominẽ occîdat, etiã ſi poſt aliquod tempus fecerit, mandati criminis reus eris. Tametſi dici poſſit id idcirco eſſe, quia factum ſubſequẽs proteſtationi nõ ſolùm nõ aduerſatur, ſed cõcordat, eiuſcũ executionẽ reſpicit[p]. Qua ratione etiam traditũ eſt, ſi in uenditione excepta ſit ſeruitus, & deinde ex interuallo re tradita, ſtipulatio nulla ſeruitutis interceſſerit, iure agi ad ſeruitutem poſſe[q]: traditio enim executionẽ contractus reſpicit: quãuis ſint qui ideo agi poſſe exiſtiment, quia uenditori ex proteſtatione iam ius quæſitum erat[r]. †A prædicta concluſione tres caſus excipiuntur. Primus eſt in contractibus qui cum alio geruntur, & iuſta eſt eius exiſtimatio, à proteſtatione receſſum credentis[s]: quod maximè obſeruandũ, cùm proteſtatio pœnalis eſt, ſeu uſurariũ pactum adiuuat. Vnde per nouam conuentionẽ maiorum uſurarum, non cenſetur obligatum pignus[t]: quæ enim ex cõuentione partium ob cõmodum actoris contractui inſunt, nõ cenſentur nouata ſtipulatione repetita[u], ut fideiuſſores, pignora, pœnæ, uſuræ. † Alter eſt, quãdo ex ſubſequuto actu aliqua proteſtantis pœnitentia arguitur: uerbi gratia, cũ quis proteſtatus eſt de actu, quem incõtinenti facere debebat: nam ſi ex interuallo fecerit, ſicut in tempore pœnituit, ita & proteſtatione ipſa diſceſsiſſe uideri debet[x]. Idem ſi aliter geſſerit, cũ dixerit[y]: præſumitur enim proteſtatũ rebus ſic ſtantibus, capieturcũ facilius huiuſmodi mutationis cõiectura in his quæ ex interuallo, cũ quæ incõtinenti fiant[z]. † Tertius eſt caſus, cùm factum illud poſt proteſtationem cum alio gerendum eſſet, tunc enim factum contrariũ, non autem proteſtatio obſeruatur, ne alioquin illo damno præter mentem ſuam afficeretur[a]. Vnde qui proteſtatur ſe nolle eſſe hæredem, ſi pecuniã deinde à ſtatulibero cauſa cõditionis implendę accipiat, uidetur proteſtationi renunciare, cùm ille liber nõ eſſet, fruſtracũ pecuniam dediſſet, niſi renunciatum cenſeretur[b], meritò ad factum attendimus, proteſtationem nihili facimus. † Sed tamen & hoc perpetuũ non eſt, & plerunc̃ prævalebit proteſtatio. Quid enim ſi ille cum quo actus geritur, proteſtationi conſenſerit[c]? ualebit utiq̃, dum in ea materia agatur, quæ uoluntati contrahentiũ ſubijciatur, ſufficietcũ uel tacitus cõſenſus. Vnde qui ſalua prouocatione ad ſedem apoſtolicã, ad archiepiſcopum acceſsit, ſi ab eo tanquã contraria allegans reijciatur, proteſtationi renunciaſſe non cenſebitur[d]: quia archiepiſcopus eum reijciens, proteſtationi tacitè cõſenſiſſe uidetur. Quid item ſi pars quidem non conſenſit, ſed tamẽ ſubeſt iuſta cauſa, puta metus uel iuſſus iudicis? certè proteſtatio ualebit[e], actus contrarius nõ ſeruabitur. Quid rurſus in foro quod conſcientiæ uocamus? cũ enim in eo ſolam mentẽ perſpiciamus, proteſtantiſcũ teſtimonio ſtetur, tum quoc̃ proteſtatio prævalebit[f]. Quapropter ſi mulier iuraueritpatri, ſe fundum dotalem nunquã alienaturam, atc̃ ita ſit proteſtata, ſi inde alienauerit, etiam conceptis uerbis, tamen uerius eſt, proteſtationem ualere, contractum nõ ualere[g], quoniã ſequens iuramentũ per prius elidit̃, & legis Iuliæ prohibitio firma remanet: poterit tamen emptor actione de dolo id conſequi quod ſua intereſt, cùm fraude mulier egerit, quæ eum prioris illius iuriſiurandi nõ admonuerit[h]. Et hoc in iuramento obſeruandum, quod principaliter Deo præſtatur, & ex foro conſcientiæ interpretationem capit. †Cæterum & quoties eodem momẽto actus proteſtatioc̃ illi contraria perficiunt̃, proteſtationem ualere, actum perimi Bart. ſenſit, eo exẽplo, cùm quis dicit, obligo me, non animo obligandi, non enim cenſebitur obligatus[i]: quæ ſententia eo quoc̃ exemplo fulciri poteſt, quo traditum eſt, creditorem uenditioni pignoris, ſaluo iure ſuo, cõſentientem, nihil agere, & ſaluum illi ius remanere[k]. Nam & ſi teſtator fundi ſui fructũ, deducto uſu, legauerit, propter proteſtationem deductionis uſus, legatum perimitur[l]. Vnde apparet etiam †parũ referre, ſiue proteſtatio ipſi facto contraria ſit, ſiue cõſequentibus intrinſecus facti ſubſtantiam, qualis eſt uſus in fructu; ctu: ſemper enim factum perimitur, proteſtatio efficacior erit. quòd ſi proteſtatio adminiculum aliquod reſpiciat, ſecus eſt[a]: ut cùm teſtator uſumfructum fundi legat, & proteſtatur, ne eum ſequatur aditus, cùm uia adminiculum quoddam ſit, non autem pars ſubſtantiæ uſusfructus, inutiliter illud adiectum uidebitur. Verùm & cùm precariò aliquid datur, ſub proteſtatione, quòd in Calendas Lulias poſsideat, proteſtatio ceu contra precarij ſubſtantiam reijcitur[b], q uia ea in fauorẽ accipientis facta eſt, qui ueriſimiliter conſenſurus eſt, ut ſaltem ſimpliciter cõtractus ualeat, nec omnino extinguatur[c], cùm uel modicũ habere præſtet, quàm nihil. † Sed & quoties lex proteſtationi repugnat, ſemper contrario actu tollitur: ut cùm quis ſaluo iure appellationis metropoliten adijt, illec̃ eum nõ reiecit: adeundo enim iudicẽ, cenſetur à lege appellationi renunciaſſe[d]. Idem in diacono, qui in ordinis aſſumptione proteſtatus erat, ut ſaluum ſibi ius ducendæ uxoris eſſet[e]. Idem in eo qui ſacerdotium accepit cum proteſtatione, quòd non renunciabat gratiæ ſibi cauſa alterius obtinendi cõceſſæ[f]: fruſtra enim, lege prohibente, proteſtatus eſt. Sed hæc magis ad primam ſpeciem pertinent. Et hæc quidem tum in animaduerſione ſunt, cùm proteſtationi contrarius eſt actus: †ſed ſi nõ contrarius, uerùm diuerſus ſit, in cõfeſſo eſt, huiuſmodi actum ambiguum ex proteſtatione declarari[g]: ut cùm quis reſpondeat libello, animo litem nõ conteſtandi, ualet reſponſio, & cenſetur reſponſum ut ſimpliciter iudex inſtruatur[h], & cùm quis adit iudicem, ſaluo iure propria autoritate exequendi, quod ex pacto ſibi competit: nam non cenſebitur illi renunciaſſe[i]. & cùm quis in iudicio proteſtatur, ſe iudicem non approbare, nõ exiſtimabitur prorogata iuriſdictio[k]. & cùm adrogatum rei reſpondet actor, uelle ſe teſtibus uti quatenus uerum dicant, excuſabit eum proteſtatio à falſi pœna[l]. & ſi quis de poſſeſsione aduerſarium deijciet, proteſteturc̃ ſe ciuilem tantùm uel naturalem uelle acquirere, ualebit proteſtatio[m], cùm alioquin omnem abſtuliſſe uideretur[n]. †Intelligendum tamen ex proteſtatione declarari actũ ambiguũ, quando huiuſmodi interpretatio ab animo proteſtantis pendet: ſecus ſi à legis diſpoſitione, quod ſuprà diximus. Idemc̃ ſi ea legis diſpoſitio non ex ueritate, ſed ex quadam firmiore præſumptione oriatur[o]. † Sed & ſi declaratio rem turpem & illicitam induceret, nõ eſſe ei ſtandũ, receptius eſt[p]. † In tertia ſpecie, cùm de his proteſtamur, quæ à facto noſtro, itẽcũ alterius pendent, nõ eſt dubium ualere proteſtationem, dum tamen illi facta ſit. Solet autem diſtinguí, ut cùm de iure quæſito tollendo agitur, requiratur cõſenſus[q]: quia ius noſtrum à nobis ſine cõſenſu noſtro auferri non poteſt. Sed & nautæ, caupones, ſtabularij, ſi proteſtentur, ut hoſpes, uel uector, res ſuas ſeruet, nolle enim ſe cuſtodiam præſtare, nihilominus tenebuntur, niſi ille expreſſe conſenſerit[r]: ſuſpecta enim lex iſtorum ingenia habet, ne aduerſus eos, quos recipiũt, cum furibus coëant[s], & ideo obligari iubet, niſi pars expreſſe remiſerit. Quod & ego in locatore horrei obſeruandum arbitror. † accipitur horreum pro quocunc̃ loco ad reponendũ merces, cuius cuſtodia & claues ad horrearium ipſum pertinent. Pone igitur eum habuiſſe propoſitũ, ſeu, quod idem eſt, pro ualuis horrei proſcripſiſſe († nec eũ propoſitũ pro mente accipere poſſumus, cùm ſi ſubſtãtiua uox eſſet, lurecõſulto latinè dicendũ fuiſſet, Propoſitũ habuit recipiendi, non recipere, quod Valla lib. I. cap. XXVII. annotauit) ſe aurũ, argentum, margaritam, periculo ſuo non recipere, deinde ſimpliciter eas receperit, certè niſi expreſſus mercatoris conſenſus acceſſerit, nihil ab huiuſmodi proteſtatione iuuabitur[t]: nam cùm claues ipſe habeat, facilimũ illi eſſet cum furibus coire, & mercatorẽ decipere: idemc̃ in eo iuris eſt, quod in nautis, atc̃ id genus ſimilibus: cùm enim exercitiũ horrearij elegerit, uidetur ſicut & nautæ, & caupones, tali cuſtodię ſe à principio obligaſſe, quæ obligatio nõ niſi expreſſo partis conſenſu remittitur: Tacere enim eos ueriſimilius eſt, non quòd conſentire uelint, ſed quia ius ſuum durare ſciant[u]. † Si uerò de iure quærendo agatur, tunc ſatis eſt partem admoneri, nec conſenſus requiritur. Et ideo ſi creditori Titij prædixero, ne me in fideiuſſorem accipiat, quia ſi acceptus fuerim, nolo obligari: iſcũ nõ cõtradixerit, ſed ſimpliciter tacuerit, & deinde me in fideiuſſorẽ acceperit, non tenebor[x]: ſibi enim imputet, qui proteſtationis meę ſciens nõ eſt aduerſatus: idc̃ frequentius receptum eſt, tametſi non parum à ueteribus hac in re altercatũ ſit, Bartolusc̃ ipſe[y] aliter quãdoc̃ diſſeruerit, qui diſtinguit, proteſtatio cauſa obligationis tollendę fiat, an uerò limitandæ, ut hoc caſu non requiratur expreſſus cõſenſus, illo requiratur: ſed crebriore calculo id reprobatum extat[z]. Sed & cùm ab emphyteota, qui per trienniũ nõ ſoluerat, dominus canonem etiam futuri temporis recipit, proteſtaturc̃ ius caduci ſibi ſaluũ fore, niſi emphyteota contradicat, ſenſit Bartolus proteſtationẽ ſuſtineri[a]: quod, opinor, ea ratione defendi poteſt, tanquã emphyteota tacendo conſentire uideatur: agit enim de eo iure quærendo, à quo ceciderat, meritò lapſo ſolutionis tempore, manus inijci fundo poterit[b]. †Sunt tamen & alij caſus, quibus tacitur nitas ſufficit, lexc̃ conſenſum interpretatur: ut cum de priuilegij remiſsione agitur[c]: cùm enim facilius priuilegio, quàm iuri derogetur, ſilentium pro conſenſu eſt. Vnde ſi tibi proteſter, quòd ſi mecum contraxeris, intendo fore ne priuilegio ulli locus ſit, tuc̃ tacueris, perinde erit, ac ſi conſenſiſſes. Idem cum præter ſilentiũ aliquod quoc̃ factum interuenit, quale eſt receptio literarũ[d]. quãobrem paterfam. literis filij aſſerentis ſe mutuũ quaſi

a l. per retentionem. C. de uſu fruct. 32
b l. Titia. §. j. de uerb. oblig.
c l. ita ſtipulat. eod. tit.
d l. & ſi me. §. j. de cond. inde. 33
e l. ſi ſer. plu. §. fin. de leg. j.
f Bald. l. precibus. col. ij. C. de impub.
g l. ſancimus. C. de teſta. 34
h l. ſi quis in princi. de lega. iij. 35
i l. talis. in fi. de leg. j.
k l. ſi ita ſtipula. ij. de fideiuſſ. 36
l d. l. Neſennius.
m Bar. l. pen. ff. de condict. ob turp. cau.
n gl. c. ad id. de ſponſ.
o Bart. l. non ſolum. §. ſi mandato, de iniur.
p l. ſi uero. de euict. 37
q l. binarum. de ſer. urb.
r Alex. conſil. 27. iij. 38
s gl. l. pacta nouiſſ. c. de pac.
t d. l. per retentionem.
u l. ſi creditor. de nouat. 39
x l. ſi tibi certũ. de alim. leg.
y l. diuus. §. liceat. de codi.
z l. nam ad ea. de cond. 40
a c. j. quod mut. cauſ.
b l. pro hærede. §. Papinia. & acquir. here 41
c gl. d. l. pacta.
d d. c. ſolicitudinem. 42
e c. diacono. 28. diſt.
f Clem. gratiæ. de reſcript. 43
g gl. l. in cõcubinatu. de cõcu.
h Dd. c. j. de lit. conteſt.
i Alex. conſil. 130. in 5.
k Alex. l. ſi ita ſcriptũ. de lega. j. 44
l Bart. l. diuus. de fal.
m gl. j. C. uti poſſid. uerb. nec ui. 45
n gl. Bar. l. ſed ſi nolit. de acq. poſſeſſ.
o gl. c. per tuas. de cond. app. Iaſ. d. §. morte.
p Aret. d. l. Titia. §. j.
q l. perfectã. C. de donat. quæ ſub mo. 46
r l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. naut. cau. ſtab. 47
s l. j. in prin. eo. tit.
t l. cũ in plures. §. locator. ff. locati. 48
u l. ſicut. §. nõ uidetur. quibus mod. pig.
x Bar. d. l. pacta nouiſſ. 49
y Bart. d. §. morte.
z Imol. & Alexand. ibi.
a Bart. l. ij. C. de iur. emphyt. 50
b Modeſt. d. c. cum M.
c gl. l. ſi fideiuſſor. qui ſatiſd. cog.
d Cle. j. de procur.

ex mandato eius contraxisse, receptis, si obligari nō uult, nec uideri consensisse, continuò protestationē contrariæ uoluntatis interponere debet[a]†. Nec hic ego Pauli Castrēn. sententiam sequor, id constitutū asserentis propter odium exceptionis, quæ ex Macedonia no Senatusconsulto oritur: itemq; quia uel sola scientia pater obligatur: nam respectu patris, quòd ipse ex contractu filij obligari non debeat, regulare est, nec odium aliquod adest. Quòd autē sola scientia obligetur, uerum est, cùm pater scit, & prohibere potest, nec prohibet[b]: at ubi abest, qui noster casus est, non uidetur consentire, nisi acceptis literis. Illud fateor, cùm lex continuò cōtestationem interponi uelit, arbitrio iudicis id intelligendum, ut tempus huic non denegetur legendi, cogitandi, peritiores cōsulendi: debet enim uerisimilis esse consensus, qui præsumptioni legis innititur. Quid enim si rationem calculi hæ literæ contineant, num credendū erit dispunctioni cōsensum[c]? Iason enim negat, & rectè: nam & cùm procurator scripsisset domino, se eius nomine centum Titio donasse[d]: respōdit Raphaël Comensis, receptis literis ius saluum domino esse perscrutandi, donatio uerè facta esset, uel ne.† Cæterū sunt qui in iudicialibus quoq; taciturnitatem pro consensu esse existimauerint: sed horum sententia recepta nō est, quod eo exemplo proditum est: Cùm quis testes in iudicio interrogari citra iuramenti religionem curauit: aduersarius enim, qui præsens & sciens tacuit, non tamen acquieuisse existimabitur[e]: aut enim actus fit à iudice, & tacens non censetur consentire, nisi lapso conquerendi, prouocandi ue tempore[f]: aut fit à parte, & tūc idem obseruandum, quod in extraiudicialibus, ut qui contradicendo actum impedire potuit, & non fecit, censeatur approbasse[g], alioquin contrà[h].† Ad hanc sectionem etiam pertinet, cùm iuris nostri conseruandi causa protestamur, ut cùm legatarius hæredi rem legatam alienanti consentit, saluo iure ad precium, non enim alius consensus requiritur[i]: imò etiam contradicente hærede, saluum esset huiusmodi ius: sicut quando aliquis immunis subit munera, cùm se immunitati renunciare nolle prædixisset[k]. Nam & monachus post probationis annum, pallium, cucullionemq; indutus, si non ideo uelle se initiari protestatus sit, nō censebitur professus[l], etiam si protestationi huic monachi aduersati sint: hic enim agit, ne ulterius aggrauetur: unde satis est, si protestatio ei, cuius interest, palàm facta sit, nec enim tunc eius consensus requiritur[m]. Qui enim certior factus est, non debet conqueri, si alius iure suo utatur. † Sed quid, si is qui lædi posset, incertus sit, quomodo admoneri poterit? Finge constituisse me iam diu Titium procuratorē meum, quem nunc uelim reuocare, non enim diuinare possum, quis cum eo contracturus sit: & si certus sit locus, in quo contrahendū est, sufficit si protestatio huiusmodi ibi proscribatur[n], & publicè proponatur[o]. quòd si locus quoque incertus sit, frequentissima urbis parte proscribendum est, edictaq; proponenda: & ita crebrior se habet sententia[p]: quā ueram esse etiā eo casu arbitror, quo faciliter potuit protestans de loco uel persona certiorari: adhuc enim uidetur sufficere edictū, cùm hic principaliter nō agat, ut alium sibi obliget, sed solū ut se exoneret, ne ex mandato quod reuocauit, possit obligari.† Illud cōstat, ut quis se ab obligatione legali absq; facto suo orta exoneret, non requiri aliam partis scientiā: ut cū pater protestatur, se electioni filij, qua in decurionē cooptatus est, non consentire[q]: cùm enim absq; suo facto ex præsumpto consensu obligaretur, per cōtrariæ uoluntatis testationem præsumptio eliditur, & remanet liberatus: in actionibus enim legum, scientia partis necessariò nō requiritur[r].† Sed quid si is qui admonendus est, absens sit? & regulariter uidetur sufficere, si adhibitis testibus protestetur[s]: sicut etiā solemus dicere, cùm quis metu aduersarij nō audet coram eo protestari[t]: satis enim erit, si id ipsum publicè, uel coram probis uiris faciat[u]: quod tamen non procedit, cùm aduersarius ipse est iudex, tum enim debet coram alio iudice protestari[x]. Quòd si de iudice cōquerar, haud quaq; mihi necessitas iniungitur eum diutius perquirendi, sed sufficiet, si apud tribunal testationem interposuero[y], dum talis sit, qui pro tribunali ius dicat, alioqui coram honestis personis testari nos lex iubet[z].† Sed & his casibus, quibus in ius uocari de domo quis potest, putarim etiā protestationē ad domum transmissam sufficere[a]: q̄d maximè in ea protestatione obseruandum, qua quis alium non offendit, sed se excusat, ne clàm fecisse uideri possit, tunc eñ & uxori, & amico, & familiæ denunciari potest[b]. Sed & emptor pupillo, si tutore careat, uel is absens sit, euictionis causa denunciare poterit[c]: quod pupilli fauore introductū est, ne sola testatione eo absente facta periclitare tur.† Sed an scriptura protestationi necessaria est? & responsum est non esse[d], nisi cùm protestatio uice actionis, uel exceptionis obijcitur, ut cùm præscriptionē interrumpere uolumus[e], uel exceptionem non numeratæ dotis opponere[f]: nam sicut actio in scriptis necessariò edenda est, & exceptio in actis producenda, ita & protestatio scripturā requirit, cū earum uicem sustinet. Hinc presbyteri si tutelam acceptare uolunt, ex scripto protestari debent[g]: is enim actus fori est. Idem cùm maritus uxoris assectatori denunciat, ne cum ea cōueniat[h]: cū eñ impunè eum occidere possit, iusq; propria autoritate sibi dicat, scriptura necessaria est, perinde ac in iudicijs. Sunt & qui idem existiment, quoties aliquis filio uel agnato denunciat, ut curam furiosi suscipiat[i]: oportet enim ex scriptis attestationem eis dirigere, alioquin denūcianti hæreditatis lucrum non defertur. Ego accepi, quāuis lex scripturæ

a *l.si filius.ij.ad Maced.*
b *l. si tamen. eod.tit.*
c *Iaſ. rep. l. admonendi. col. 53.*
d *Com. conſil. 177.*
e *c.tuis.de teſtibus.*
f *c.fin. de accu.*
g *l.j. C.de rel.*
h *Bar. l. Pomp. §.rati.de procur.*
i *l. codicillis. §. j.de leg.ij.*
k *Bart.d.l.j. C. de his qui ſp.*
l *Innoc. d. c. j. quod met. ca.*
m *l. ſi mandaſſem. ff. mand.*
n *l. ſed ſi pupil. §.proſcript. de inſtito.*
o *l.ſi putator. ad l.Aquil.*
p *Bart.l. quibo minc. §. ſi Titium.de ſol.*
q *l. honores. §. fin.de decur.*
r *l.ſi pecuniam. §.planè. de dict.ob cauſ.*
s *l. Labeo.de nau.fœn.*
t *l.fin. C. debis qui per met.*
u *l. iubemus. C. de def.*
x *l. ut perfectius. C. de an. præſcrip.*
y *l.j.§.adeunda quādo ap.ſi.*
z *c. paſtoralis. §.fi.de offic. deleg.*
a *Bart. l.iij.§. prætor.de damno infect.d. cle.cauſam.*
b *d.l. aut qui. liter.*
c *l. ſi dictum.in fin.de euict.*
d *l.fi. C. de neg. geſt.*
e *d. l. ut perfectius.*
f *Gl.in authen. de temp. nos num.dot.*
g *Auth.presbyteros. C. de epiſ.& cler.*
h *Auth. ſi quis ei. C.de adul.*
i *Auth. ut cum de appell. §. ſi quis de prædictis.*

scripturæ mentionem faciat, non tamen eam probationem excludere, quæ testibus fit[a].

58 SVPEREST, ut ad secundam speciem deueniamus, quæ à nunciando nomen sumit: quoniā ab eius facto, cui aliquid nunciamus, effectum habeat. In hac quoq; dupliciter distingui potest: aut enim huiusmodi denūciatio regulas iuris imitatur, aut aduersatur.† De prima uidendū: & eius exemplū est, cùm aliquē admones, ut id faciat, quod debet: ueluti debitorē meum interpello, ut mihi soluat, ualet huiusmodi requisitio[b], & eum in mora cōstituit, nec alia fides ei fieri debet, qui obligationis à se contractæ probabilem ignorantiā nō habet[c]: quòd si haberet, ut quia in alterius locum successisset, & alieno ex facto obligatus esset, tunc fides ei facienda est[d]: ostendendumq; nominis contracti instrumentum, uel aliàs autoritate iudicis ei iubendū, ut faciat, quia res ita se habeat[e]. Sed & si mihi centum spoponderis post Titij mortē, & denunciem ut soluas, quia decesserit Titius, huius rei fidem saltem duorum testium relatione tibi facere debebo, alioquin iustè credes in humanis adhuc esse Titium. † Qua ratione etiā emptor, cui mota est controuersia, uenditori denuncians ut litem suscipiat, cœptæ litis fidē, citationisq; uel libelli copiam ei facere debet, cùm alioquin iustè credere posset, cōtrouersiam nullam adhuc esse. Sed & debet huiusmodi denunciatio clara esse: certioremq; uenditorem facere, cur ei denuncietur, nempe ut ueniat, & iudicium suscipiat[f], ne uenditor idcirco se admonitum credat, ut ipsi emptori instrumenta probationesq; suggerat[g], non ut liti assistat: unde tametsi sciat litē motam, tamen receptius est incitationem hanc necessariam esse[h]. Et hoc est quod lex ait, autorem laudandum[i], id est, citandū, & ad partes trahendum: quamuis nihil referat uerba expressim incitatoria sint, an tacitè hoc inducant. Quid enim si debitorē meum interpellans, urbaniusq; agendum putans, sic dixerim? Indigerem tali pecunia: uel, nihil mihi in præsentia antiquius esset, quàm si meæ illius pecuniolæ meminisses: opinor rectè interpellatū uideri.† Cæterū & loco & tempore congruo facienda est, regulariterq; receptum est,† quemlibet locū, & quodlibet tempus idoneum uideri[k]: unde & in ecclesia, & feriato die ualet denunciatio: actus enim est extraiudicialis, qui quandocūq; fieri potest: quapropter quibus casibus in iudicio fieri debet, aliud esset obseruandum[l]: conferenda tamen erit solutio in locum, & tempus idoneū. Potero igitur te in lupanari fortuitò repertum interpellare, ut mihi loco congruo soluas: potero tibi noctu inuento prædicere, ut cras mihi de reliquis satisfacias: non enim tempus noctis sat idoneum est recipiendis numis, sicut nec cùm quis in mensa uel in lectulo est, uel transuehitur, uel funeralē pompam ducit[m], & si qua similia.† Ad hanc quoq; speciem pertinet, cùm inhibeo tibi, ne id facias, quod iure facere non potes, & in hoc enim regulam iuris imitamur, ualetq; huiusmodi denunciatio, efficitq; ut quod alioqui clàm feciſſe uidereris, ui censeatur factum[n]. quòd si iusta causa præcesit, qua iustè facere arbitrabaris, debet tibi fieri fides eam causam amplius nō subesse, cùm aliter inhibitio sit nulla: quod eo exemplo receptū est. Cùm quis exulem publicum hostem occidere uellet, isq; obnunciabat abolitionem indulgentiamq; criminis se consecutum, non erit ei credendum[o], nisi in promptu assertionē suā ueram esse docuerit, uel in iudicium se tunc uenturum obtulerit[p], possitq; tutò deduci. Sanè his casibus procuratoris quoq; denunciatio sufficiet[q], quoniā iuris cōmunis regulæ consentanea est: quod & in negociorū gestore, & in coniuncta persona receptum est[r], dum tamen debitorem interpellent, ut ipsi creditori soluat[s]: negociorū enim gestori, uel coniunctæ personæ solui non potest. † Nunc ad secundam transeundum, in qua id regulariter fatendum est, denunciationem, quæ regulis iuris aduersatur, non ualere: ut cùm incito ut id facias, quod in tua potestate est, uelis, uel nolis[t]: nec enim meo suasu auferre ius tuum possum. præstat tamen hæc denunciatio protestanti iustam excusationis causam, ut cùm per eum non steterit, cōditio pro impleta habeatur[u]: unde & debitorem excusat, qui soluere creditori uoluerit, ne in mora amplius censeatur, sed ipse potius creditor[x]: qua ratione & creditor conditionalis, qui conditionem adimplere potuit, huiusmodi nunciatione in mora cōstituitur[y]. & uice uersa idem in debitore conditionali responsum est, qui interpellatus conditionē adimplere neglexerit, siue is ex ultima uoluntate debeat[z], siue legis iussu[a], siue sententia iudicis[b], siue, ut ego opinor, ex cōtractu: ut cū ita stipulatus sum, Si hominem Pamphilum non dederis, centū dabis? postq; enim denunciauero ut hominē des, tuq; neglexeris, non amplius homo, sed pecunia debebitur[c]: quod Paradoxorū lib. I. cap. XI. latius à nobis disputatum est.† Quod in incitatoria hac specie dictum est, ut regulariter nō ualeat, in prohibitoria quoq; receptum est, cùm id prohibemus, quod prohibito facere arbitrarium est: pari enim ratione obnunciatione mea efficere non possum, ut quod arbitrij tui est, id non sit: quod maximè obseruandū, si nullam iustam causam habuero[d]: uel etiā si habuero, sed tu salua honestate, & existimatione tua obtēperare non possis[e]: uel si ad me negociū illud nihil attineat: is enim cuius non interest, uix est, ut audiri debeat[f], nisi in id tantum, ut quod clàm erat, detexisse, scientiamq; qualemqualem induxisse uideatur[g]: quæ tamen scientia eo modo inducta alteri non proderit, qui uel in dolo sit, uel de lucro captando in alterius damnum tractet[h].† Quandoq; tamen inhibitio huiusmodi ualet, nempe cū eius, qui prohibet, interest, iustaq; causa subest, & à principio pri-

a *l.j. C. de iure emphyt.*
b *l.quod te. ſi cert. pet.*
c *l.ſi proſuo.*
d *Cle. cauſam. de elect.*
e *l.fin. de leg. com.*
f *c.ſi. de empt. & uend.*
g *l. emptori. C. de euict.*
h *l. qui abſenti. ff. de procur.*
i *l. hercanius. §. j. de euict.*
k *l. dies. C. de feriis.*
l *l. cum poſtulaſſem. j. tit. j.*
m *l. ij. ff. de in ius uoc.*
n *l. j. & ij. quod ui.*
o *l. nō omnes. in fin. de re mil.*
p *Alex. d. §. morte.*
q *l. cum ſatis. §. fin. C. de agr. & cen.*
r *l. ſi quis ſolut. §. j. de uſur.*
s *Bar. l. ſi ſeruū. §. nunc uidendum. de uerb. oblig.*
t *l. fideiuſſor cred. de fid.*
u *l. ſi Titius ſtet tuas. de cond.*
x *d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur.*
y *l. hæc cōditio, ſi in capitol. de cond. & dem.*
z *l. j. §. item ſi. ad leg. falcid.*
a *gl. l. j. C. de his quib. ut indig.*
b *Bart. l. ſuus. §. fi. de hær. inſtit.*
c *l. ita ſtipul. de uerb. oblig.*
d *l. ſi maior. C. de reſ. uen.*
e *l. Quintus. mand.*
f *l. ij. quod falſo tut.*
g *l. item. §. petitam. de petit. hæred.*
h *d. l. ij.*

usquam ius aliquod sibi quæreretur, fuit monitus[a]: ut cùm denuncio, ne emas talem fundum, quia est meus, uel mihi obligatus[b]: uel cùm te admoneo ne uendas, quia fundū ipsum uendicaturus sum, nisi parueris, uidebe-
ris dolo distraxisse[c]. Idem etiā cum creditores testatò emptorem conueniunt, ne debitoris sui bona temerè emat: si emerit, dolo emisse censebitur[d]. quòd si postquā emerit, denuncietur, nulla est interpellatio, nisi assertionis illius fiat fides, idq; instrumentorū exhibitione[e], uel iudicis autoritate, quod suprà à nobis proditum est. Et cùm tradiderimus, quæ alieni arbitrij sunt, non posse nos nostra denunciatione efficere, ut ideo minus sint: consequens est, ut idem multò fortius fateamur, †cùm ei prohibemus, ne faciat, quod facere tenetur: ut si uenditori quis prohibeat, ne fundū uenditū tradat[f]: ut si debitor ei qui pro se constituit denuncietur, ne soluat[g]: quī enim facere quisquam potest, ne uenditor fidem non seruet, aut qui constituit nō soluat? †quod eò magis seruandū est, cùm nulla prohibitiōis iusta aut uera affertur ratio: tametsi etiā si allegetur tantū idem sit, cùm nihil referat, quid uerū nō sit, an nō probatum[h]. Oportet igitur, si iusta & uera causa prohibitionis subsit, ut denunciatio ualeat, fidē fieri, instrumentumq; ei cui denunciat legi[i]: uel eius exemplū ei relinqui, eadem quā superiori casu diximus ratione. †Sola tamen uerisimilis causę allegatio alicuius quandoq; effectus est, in eoq; sufficit, ut excusandus sit debitor, nisi cautio à creditore præstetur, indemnem eum eius denūciationis causa futurū[k], quod in arbitrio iudicis plurimū residet. Sed & uerisimilis causa id efficit, ut excusari debeat, qui denunciāti credidit[l]: positq; aduersus eum de dolo agi, & si soluendo nō fuerit, restitutio in integrū detur[m]. †Sed & quoties res principaliter ad denunciantē pertinet, denunciationi huiusmodi, etiā si alia fides tunc nō fiat, obsequendum est[n]: ut cùm debitor fideiussorem suum admonet, ne creditori soluat, quia pacti, uel acceptilationis, uel alia exceptione tutus est. † Idem cùm à denunciantis uoluntate res omnis effectū sumit: quapropter credito re denunciante debitori ne soluat, iustè parendum est, moraq; omnis diluitur[o]. †Sicut & cū prohibetur, quod sola denunciātis uoluntate illicitum fit, ualet protestatio: ut si uetuero, ne fundum aucupij aut uenationis causa ingrediaris[p], ne negocia administres, ne mandato tibi ceu procuratore meo facto amplius utaris: id enim mei planè liberi arbitrij est: unde alia probationis fides non est necessaria. †Sed an huiusmodi denunciatio per procuratorē fieri possit? Et clarū est posse, dum mandati huius fides fiat[q]: quòd si non fiat, cautio-
rati nequaq; sufficeret[r]. Lex enim sic fieri de-

a *l.uirilis.§. pe. de leg.præst.*
b *l.si fundū. C. de rei uend.*
c *l.Fulcinius. q. ex cau.in poss.*
d *l.ait. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. cred.*
e *l.nomē.C.quæ res pig.*
f *l.si quis prohibuit.de publi.*
g *l.utrum.de cōstit.pec.*
h *Archid.30.q. 5.iudicantem.*
i *d. Clem. causam.d.l.nomē.*
k *l.hæc aūt.ff.si cui plus quàm per leg.*
l *l.j. de eo per quē fact.*
m *l.fin. eod.tit.*
n *l.si fideiussor. mand.*
o *d.§. sequitur.*
p *l.diuus. de ser. rust.*
q *d.l. si quis inf ic. de poss.*
r *Bal. in rub. ex tra de proc.*

67 68 69 70 71 72 73

¶ Serui[b] appellatio etiam ad ancillam refertur. ¶ Familiæ[c] appellatiōe liberi quoque continentur. ¶ Vnicus[d] seruus familiæ appellatione non continetur: nec

74

nunciationē iubet, ut is, cui ea fit, cognoscat rem ita esse: quę notitia ex cautione huiusmodi non percipiē, tametsi aliàs in iudicialibus, & in noui operis nunciatione, quòd iudicij præuia sit, sufficiat[s], idq; receptius est. †Quapropter nec negociorū gestori id ius cōpetit, nisi in his casibus, quibus sola notitia à quocūque facta sufficit[t]: ut cū possessori hæreditatis denunciamus, ne bona distrahat, quoniā hæreditas ad eum nō pertinet, constituetur enim in mala fide[u]. †Qua ratione & appellationis intimatio à negociorū gestore fieri potest[x]: q̄d multò magis in cōiuncta persona admittendū[y]. †Sed an procuratori fieri poterit? & non putarim, nisi his casibus, quibus scientia procuratoris dño nocet[z]: q̄d & tum quoq; nō procedit, cùm lex in dñi plenā notitiā peruenire aliquid iuberet, non eī sufficeret etiā specialem procuratorē admoneri[a]. Item nō procedit, nisi cum dñs ipse propter absentiam cōueniri nequit[b]. Sed & cum animi uitium, puta malam fidem domini inducere uolumus, nunq; sufficit procuratori nunciare[c].

75 76 77 78 79 80 81 82

b ¶§. SERVI.) † E conuerso aūt appellatione ancillæ, seruí non continentur[d]: quod obseruandum est, etiā si eadem utriusq; ratio sit[e]: nisi gratia frequentioris usus de fœminis mentio facta proponatur. †Quapropter si lex prohibeat capras in uilla haberi, nec hircos quidē habere licebit: atq; ita ex facto responsum fuisse cōstat[f]: † aruis enim calamitosum, præsertimq; Baccho infestum id animal est, ut etiam græco epigrammate admonemur:

Κλῶ με φάγῃς ὑπὲρ ῥίζαν, ὅμως ἐπὶ καρποφορήσω
Οσσον ὑπ' αὐγὰς ἐσαῦ Ζεὶ πράγε θυομένῳ.
Rode caper uitem, tamen hinc cum stabis ad aram
In tua quod spargi cornua possit, erit.

c ¶§. FAMILIAE.) De familiæ significatione infrà latius disseretur. Quod ad præsentem rem attinet, dubium faciebat, †quoniam familia ab Osco uerbo famul deducit[g], quod seruum significat, atq; ideo de seruis propriè dici debuit, non autem ad filios, uel etiam liberos homines trahi: sed tamē usus aliter obtinuit. † Hincq; sequitur, ut argumentum ab etymo, itemq; quod in Topicis M. Cicero à coniugatis uocat, probabile, non autem concludens semper sit.

d ¶§. VNICVS.) † Videtur hinc Baldi sententia confutari[g]. Existimauit ipse constitutionem de eo, qui cum familia accesserit, uerba facientē, illum quoq; complecti, qui cum unico seruo accedat, si eum solum habuerit. Sed ego rationē legis perpendendam magis crediderim, quæ si in dubiū deducatur, propius erit, ut de unico seruo familia, quatenus ad personas refertur, dici nequeat: in interdicto tamen à familia deiectus[h] dicitur, qui uel ab unico seruo deiectus est: sed id ex interpretatione, nō ex ui uerborum est: sed quid si lex

s *l.de pup.§.qui procuratorij*
t *Bart.l.fiña. §. si hæres. d Trebell.*
u *d.§. petitam.*
x *Rota. 117.in ant.*
y *d.l.qui absentem.*
z *l. procuratoris. de trib.*
a *gl.d.clem.in fam. uers. appellatum.*
b *d.l. aut qui liter.*
c *d.§. petitam.*
d *l.seruis. dele ga.iij.*
e *c.quoniam in sim.*
f *Alber. in l.j.q.104.*
g *Bald. l. iubemus. §. sanè tem. C. ad Trebell.*
h *l.j.§. familiæ. de ui & ui at.*

lex municipalis cuiquā alienigenę ius ciuitatis concedi prohibeat, nisi per decenniū cum familia in urbe habitauerit, an is qui relictis parentibus & familia, cum unico seruo habitauerit, reijcietur? Et ex facto consultus reijci respōdi, tum huius responsi argumēto, tum quia familiam alibi maiorem reliquerat, & in patria ius incolatus retinuerat, ad quā uerisimile est eum quandoq; reuersurū fuisse. Lex autem municipalis id beneficiū cōcedit his, quos pertanti tēporis incolatum suspicatur non recessuros.

duo quidem[e] familiam faciunt.

CAIVS LIB. XXI. LEX XLI.

ARmorū appellatio non utiq; tantùm scuta & gladios, & galeos significat, sed & fustes & lapides.

83 e ¶ Nec duo quidē.) † Tres ergo familiā cōstituent[a], sicut & collegiū. cœtus uerò decem homines requirit[b]. quod & de turba dicendum est[c], quę uox à græco sermone τύρβη deducit. †quod & de cōgregatione[d] ego crediderim, nisi ex subiecto argumento aliud inducat: quo casu à Canonistis nō dissentirem, qui uel ex duobus congregationem constare dixerūt. Sed & populū plebem'ue decem uiris confici plerique existimauerūt: quod nusquam probatur, & ratione caret, † cùm maiorem numerum populi appellatio, q̄ cœtus, requirat. Sanè dubiū nō est, † quin decem oues gregem constituant, quod de minoribus animalibus solùm intelligitur: nam quinq; sues, uel quatuor equinos pullos, gregē suū equorum'ue conficere Bartolus sensit[e]. Cuius rei argumento, si lex pœnam ei, qui gentem congregauerit, imponat, eum non puniri existimauit, qui minus decem peditibus, aut quatuor equitibus cōtulerit. Sed mihi magis arridet, ne à turba gentē distinguamus, idemq; utroq; sit casu. Illud nō omittendum, † tametsi uniuersitates huiusmodi ex pluribus personis consistant, cæteris extinctis, ius uniuersitatis in unum recidere, nec extingui[f].

84 85 86 87

1 *Armorum appellatione quid contineatur. & num.3.*
2 *Telorum nomine quæ ueniant.*
3 *Constitutio, qua monachis arma prohibentur, de fustibus & lapidibus non intelligitur.*

1 ARMORVM.) Armorū appellatio non ad ea tantùm, quæ offendendi causa habemus, refertur: sed & ea continet, quæ pro nostri corporis tutela gerimus, ut clypeus & casis. quòd si lex nō de armis, sed de telis loquatur, aliud est: † nam hæc uox ea solùm significat, quæ alterius lædendi causa habentur[g]. Nec Angeli[h] sententiam sequi possum, impropriè arma dici existimantis, quę solùm defensionis causa parantur: id enim à Iurisconsulti nostri mente procul abest. † non tamen negauerim, ex subiecta materia, armorum appellationē aliter quandoq; assumi: ut in Iustiniani constitutione[i], qua fabricensibus inhibet, ne arma priuatis hominibus uendāt: intelligitur enim de his, quæ militantibus usui esse possent, quoniam id publicæ securitatis causa constitutū fuit. Qui ergo cultrum, uel fustem habuerit, non tenebitur[k]: tametsi & cultellus quo panē incidimus, uel calamum acuimus, idēq; in graphio, armorum nomine non comprændat: & ideo si quis huiusmodi gladiolo aliquē occidat, nō uideri eū occidendi animū habuisse[l], Aretinus[m] respōdit. † Sed & cōstitutio, qua monachis tenere arma nō permittitur, haudquaq; de fustibus & lapidibus intelligitur, cùm hæc in alium usum haberi uerisimilius[n] sit, consuetudoq; uulgaris sermonis hoc hodie habet, ne appellatione armorū contineantur[o]. Sed cùm Iustiniani sanctio, qua arma à priuatis retineri prohibitum diximus, consuetudine non seruetur, an licebit machinas fusiles habere? quales sunt, quas Bombardas, colubrinas, sclopos maiores uocamus. Et nō licere crediderim: cætera enim arma alio prætextu haberi possunt: at huiusmodi quę ad demolitionem murorum solùm sunt usui, nullo pacto priuatis conceduntur, nec ad hunc casum uidetur producenda consuetudo.

g *Bar. l. j. & fi. de ui pub.*
h *Ang. l. pignore. de fur.*
i *Auth. de armis.*
k *gl.d. Authen.*
l *c. significasti. de hom.*
m *Consil. 80. 4*
n *Clem. j. de statu mon.*
o *Card. d. clem.*

1 *Armorum appellatione quid contineatur. & num.3.*
2 *Telorum nomine quæ ueniant.*
3 *Constitutio, qua monachis arma prohibentur, de fustibus & lapidibus non intelligitur.*

VLP. LIB. LIII. LEX XLII.

PRobrum & opprobrium idem sunt. Probra quædā natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis, utputa furtū[1]. adulteriū est natura turpe, ne quis uxorem alienam corrumpat. Sed & si quis uxorem suam prostituerit, uel lenocinium fecerit, probrosa fiet. Furtum autem & adulterium an natura probrum sit, dubitatur. Et apud plerosq; populos impunè furari olim licuit. Furtum potius ciuili lege, quàm natura probrū esse: secus in adulterio. & num.5. Propudiosus uel ciuili uel naturali lege parem infamiæ legem sustinet. Donatio inter uirum & uxorem, patrem & filium, quando obliget.

PROBRVM.) a ¶ † Probrum pro crimine ipso quādoq; accipitur: sed quia ex huiusmodi delictis ignominia oritur, solētq; ea à conuiciantibus obijci, frequentior usus obtinuit, ut pro ignominia conuicijsq; accipiatur: sicut & opprobrium, quod nil aliud est, quàm obiectum probrū: hocq; modo à Vallæ morsibus defenditur Vlpianus.

1 2 3

b ¶ Furtum.) † Accursius ita intelligit, ut furtum, adulteriumq; natura probrū sit, quoniam in decalogo legitur, Nō furtum facies, non mœchaberis: quæ interpretatio ut uera sit, potest tamen ita punctis distingui, ut defendamus furtum non natura, sed ciuili lege probrum esse, adulterium uerò etiam natura: † nam leguntur fuisse aliqui populi, apud quos furari impunè licebat, ut Aegyptij, q̄d ex Aristone Iurisconsulto Aul. Gell. tradit. Lacedæmonijs certè etiam laudi dabatur esse furem, nec deprændi: quòd hoc potissimū exercitamēto cautiores diligentioresq; ado-

leſcentes fierent. Leges aũt XII. tab. aliquid quoq; de Lacedęmoniorũ moribus ſumpſiſſe dubiũ non eſt. †Cùm ergo cõmuni omniũ gentiũ iure furtum non puniretur, meritò huiuſmodi probrum magis ciuile quàm naturale dicitur: quod nõ eſt de adulterio: id enim etiã iure gentium abominabile eſt, utpote ꝗd matrimoniũ polluit, datamq; à coniugibus inuicẽ fidem corrumpit. At hodie in his ciuitatib. quę malè inſtitutę ſunt, maior pecunię quàm morũ ratio habetur, furesq; laqueo ſtrangulantur, adulteri mulctantur pecunia. †Sanè ꝗuis lege ludęorum fures puniretur, nõ tamen conſequens eſt, iure gentium id crimen puniri: nec enim ſoli Iudæi ius gentium cõſtituunt, quibus, ut Corn. Tacitus inquit, Moſes nouos ritus, contrarioſq; cęteris mortalibus indidit. Sed etſi concedamus lege naturali furtum uetari [a], nõ tamẽ ſequetur, ut ideo ſit probrum: nam & lege ciuili, non poteſt maritus donare uxori, & tamen huiuſmodi donatione opprobriũ aliquod nõ inducitur. †Illud ergo probrũ eſt, quod non ſolùm prohibetur, ſed etiam ignominia delinquentẽ afficit. Et hæc utcunq; cõtra receptam ſententiã induci poſſent, licet ab ea recedere periculoſum ſit.

a l. j. de furt.

c ¶ Nõ natura.) Diſtinctio hæc Iuriſconſulti non magni effectus uidetur eſſe, † quandoquidem parũ refert, quis iure ciuili, an naturali propudioſus ſit: parem enim infamiæ notam ſuſtinet [b]. multũ uerò refert in pactionibus, quæ contra bonos mores fiunt: nam ſi contra bonos mores, quatenus iure ciuili cõſiderantur, initæ ſint, iuramento confirmantur [c]. Atq; hinc eſt, quòd donatio inter uirum & uxorem, uel patrem & filium iureiurando ſancita, neceſſariò obſeruanda eſt [d], ut cõmuni calculo proditum eſt: quod procedit cùm ſimpliciter lege ciuili cõtractus prohibetur: nam ſi etiã pœna appoſita ſit, aliud fortè eſſet dicendum [e]. Idem ſi iure gentium conuentio reprobata ſit, huiuſmodi enim nec iuramento quidem roboratur.

b l. j. de his qui not.

c c. cũ cõtingat. de iureiur.

d l. pacta quæ contra. C. de pact.

e l. cõuenire. de pact. dot.

1 Victu alicui legato quæ debeãtur: aut legatis alimentis uel diaria
2 Diarium interpretamur unius diei cibum. (rijs.
3 Expenſas alicui tribuere promittens, ad quid teneatur.
4 Valla reprehenſus circa uerbum Victus.
5 Renuncians alimentis uel victui, non cenſetur de ueſtiario uel calceario ſenſiſſe.

1 VERBO uictus.) † Si quis legauerit Titio uictũ, cenſebit omnia legaſſe, quæ ei ad uiuendũ neceſſaria ſũt, & ideo & ueſtiariũ, & calceariũ, & habitatio, & lectus debebitur. Idemq; & ſi alimẽta legata ſint, uel educatio [f]: hæc enim nomina exæquata ſunt. Legatis uerò diarijs [g] uel cibarijs, ſecus eſt. † Interpretamur autẽ diariũ, unius diei cibũ, quẽ Græci *Διαιτλω* uocãt. †Sed quid ſi alicui promiſero (ꝗd uulgò dicimus) tribuere expẽſas? & uidentur uerba idẽ ſignificare ꝗd victus, ut uidelicet impendere illi omnia tenear, quæ eius uitæ neceſſaria ſunt. †Sanè nõ probat Valla, ut victui appellatiõe, de ueſtiario quoq; intelligamus, cũ multæ ſint regiões, in quibus ueſtes uſui hominib. nõ ſunt, ut in Aethiopia: ꝗd ridiculũ eſt: nec enim Aethiopũ leges hìc interpretamur, ſed Romanorũ, qui ſine ueſte non ſolent uiuere. Non tamen negauerim, hãc ſignificationẽ ex interpretatione magis, ꝙ ex ſtricta uerborũ ui eſſe: & ideo ex mente diſponentis aliter quãdoq; iudicamus. † Vnde ſi quis alimentis uel victui renũciauerit [h], non cenſebit de ueſtiario uel calceario actũ: huiuſmodi enim repudiationes ſtrictè accipiuntur. Qua ratione qui famulo victũ menſtruamq; mercedem promittit, non uidetur de ueſtibus intellexiſſe, nec ulla alia re præter cibaria [i]. & idem in prætore, qui ſimili modo officialibus ſuis promiſerit: quod & generaliter in quacunq; odioſa materia procedit.

f l. fin. de dian. leg.

2 *g l. diarijs. eod. tit.*

h l. cũ hi. §. q tranſ. de tranſ.

i Bart. l. legati. §. de alim. leg.

1 *Differre inter ſe, an quis uictũ, uel cibaria debeat. (tur.*
2 *Qui alere tenetur, an in diſciplinã minerual pẽdere cogatur.*

3 CAETERA.) a ¶ Curandi.) †Intelligunt hoc Doct. ut qui uictũ debeat, etiã ęgro tanti pharmaca ſuo ſumptu præſtare teneat, ſine his enim curatur nemo. qui uerò cibaria debet, ſatis eſt ſi ea præſtat, quæ ad cibũ pertinent [k], ut pullos: catapotia enim, & decoctiones, cæteraq; medicamẽta emere nõ tenetur, niſi fortè modica impenſa habere ea poſſit [l]. ꝗd aliqui exiſtimauerũt. †Sed nũquid qui alere tenẽtur, in diſciplinã quoq; minerual pendere cogatur? & non teneri uerius eſt [m], niſi iure ſanguinis ex legis diſpoſitione id debitũ contractum ſit: ut in patre qui filium alere debet, idoneiſq; præceptoribus inſtruendũ cõmittere [n]: quod & in fratre dicendum eſt.

k Bart. d. l. legatis.

l l. in rebus. §. poſſunt. cõm.

2 *m d. l. legatis.*

n l. quod de bonis. §. pen. de carb. edi.

1 *Victum & ſtratum quomodo intelligere oporteat.*
2 *Pallium indumenti ſpecies, non ſtragulæ.*
3 *Correctus locus in hac lege, & quid ſignificet περιστρώμα.*
4 *Stragulã pro omni ueſte, quæ inſternitur, accipi cõtra Val*
5 *Veſtis & ueſtimentum. (lam.*

INSTRATVM.) Si quis prohibuerit uictum ſtratum ue [o] iudicato in carcerẽ deferri, &

o l. ſi uictum. de re iud.

ri, & pœnali actione, & iniuriarũ tenebitur.

1 †Sed quomodo intelligemus uictum & ſtratum? & Vlpianus in ſtratu eſſe omnia ueſtimenta quæ inſternuntur ſeu injiciuntur, ait, qualia ſunt, toralia, gauſapa, centones, aulæa, tapetia: in uictu uerò cætera ueſtimẽta, quæ nõ ſternuntur. Ex qua interpretatione uideretur dicẽdum, eum cui uictus uel alimenta debentur, ſtragula aliqua conſequi non poſſe: ꝗd bona ratione non ſubſiſtit: ſine illis enim uiuit nemo: nã & cùm ex qualitate perſonæ alimẽta debeantur [a], æquum nõ eſt nobilem uirum ſine ſtragulis agere. Sed & cùm cõſtet huiuſmodi legato lectum contineri [b], de inſtructo apparatoq; uideretur intelligendũ: durum tamen eſt à uerbis legis recedere, niſi aliter de uoluntate teſtatoris conſtet. Nec uerum eſt ſine ſtragulis uiuere aliquẽ non poſſe: qui enim aliundè non habet, ſuum ſibi indumentũ inſternat. quòd ſi uictus & ueſtitus legatus ſit, fortè etiam ſtragula debebuntur, nã ea ueſtitus appellatione cõtineri uidentur [c].

a l. quos nor. in fin. j. eod.

b l. pen. de alim. leg.

c l. ueſtis. de au. & arg. leg.

2 b ¶ Stragula ueſtis, ſit omne palliũ.) †Atqui pallium indumenti ſpecies eſt, non ſtragulæ. † In duobus meis antiquis codicibus legitur, ſit omne περιστρώμα, quam dictionẽ aliqui ſuperaddito gloſſemate interpretati ſunt palliũ, eaq; gloſſula ab imperitis in contextũ recepta eſt. Significat græcè periſtroma omne quod inſternitur, ſicut Latinis ſtragula: nec ea uox à noſtris non recepta eſt, Plauto in Pſeud. & Cicer. in Philip. II. †Hinc & apparet contra Vallæ ſententiam, ſtragulam non pro lecti operimẽto tantùm, ſed generaliter pro omni ueſte quæ inſternitur accipi. ſic & Tranq. Funeratus eſt, inquit, Nero ſtragulis albis auro intextis, quibus uſus kal. Ianuarijs fuerat. T. Liuius lib. XXXIIII. Cùm tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti. Feſtus Pomp. †Veſtis generaliter dicitur, ut ſtragula, forenſis, muliebris: ueſtimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, uel penula.

1 *Iudicem pronunciaſſe, ſiue ſtatuiſſe, rectè dicimus.*
2 *Pronunciare & ſtatuere quandoq; inter ſe differunt.*
3 *Leges municipales uulgò ſtatuta dicuntur.*
4 *Explicata l. nulli. C. de ſent. & inter. om. iud.*
5 *Et arbitri & arbitratores rectè pronunciaſſe dicuntur.*
6 *Quod ab arbitro pronunciatum eſt, rectè ſententiam dici.*
7 *Laudum, eſt uox barbara.*
8 *Vxor olim tribus modis habebatur, uſu, farre, emptione.*
9 *Materfamil. apud ueteres erat, quæ coëmptione nupſerat.*
10 *Materfamil. ex pudicitia & bonis moribus hodie dicitur.*

PRONVNCIATVM.) †Siue dicamus iudicem pronunciaſſe, ſiue ſtatuiſſe, idem eſt: hæc enim uerba ſententiam latam oſtendunt: ſicut & ordinare, iudicare, præcipere, decernere, cenſere, & iubere. †Non tamen [d] eiuſdem ſignificationis ſemper eſt pronunciare & ſtatuere: quãdoquidem pronunciare proprie dicimur, quod uiua uoce & memoriter proferimus: ſicut recitare, quod ex ſcripto. ſtatuere uerò dicitur etiã, qui generaliter aliquid conſtituit, ut cùm lex in uniuerſum ſancit. †Hinc eſt ut leges municipales uulgò ſtatuta appellentur: quem ſenſum non habet pronunciare: refertur enim ad id ſolum, quod inter partes pronũciatur, idq; Accurſ. probat. † Dum ergo lex alibi dicit [e], nulli qui ſtatuendi non habeat facultatẽ, interdicere cuiquam patria ſua permitti, ego intellexerim, ut qui in uniuerſum pro certo delicto conſtituere interdictionis pœnam nõ poteſt, is nec priuatim ea pœna mulctare aliquẽ poſſit: licet alij aliter accipiant.

d c. in his. de uerb. ſig.

e l. nulli. C. de ſent.

b ¶ Cognoſcendi.) † Cùm ergo arbitri [f] ipſi quoque ius cognoſcendi habeant, ſequitur proprie dici eos pronunciaſſe, uel ſtatuiſſe. quod & in arbitratoribus admitterẽ: tametſi negent Doctores ſententiam proprie dici [g], quod ab arbitro pronũciatum eſt: † quod tamen mihi non ſit ueriſimile, cùm id quod unuſquiſq; etiam priuatus ſentit, latinè & elegantèr ſententia dicatur: nec aliter ſoleant Iuriſconſulti arbitrorum definitiones [h], quàm ſententias appellare: † Laudum enim barbara uox eſt & inepta.

f l. ait prætor. §. de re iud.

g In l. j. de re iud.

h l. litigatores. l. qualẽ. de arbit.

c ¶ §. MATREMFAMILIAS.) †Tribus modis olim uxor habebatur, uſu, farre, emptione. Confarreatio ſolis pontificibus conueniebat: nec enim ad eam dignitatẽ admittebantur, niſi confarreatis parentibus geniti, ut Cornelius Tacitus ſcribit. Emptio quibuſdam ſolennitatib. peragebatur, & ſe coëmendo inuicem interrogabant: Vir, an ſibi mulier materfamiliâs, illa, an uir ſibi paterfamiliâs eſſe uellet: reſpondebantq; inuicem, uelle: atq; ita mulier in uiri manum cõueniebat: & erat materfamiliâs uiro loco filiæ, ut ex Vlpiani autoritate in Topicis Ciceronis Boëthius refert. Si uerò abſq; hac ſolennitate nuptiæ contractę fuiſſent, huiuſmodi uxor uſu habebatur. Cõſentiũt igitur Cicero, Boëthius, Vlpianus, A. Gellius, cæteriq; antiqui, † matremfam. ſolam apud ueteres fuiſſe, quæ

coëmptione nupſerat,& in manũ, id eſt, poteſtatem uiri conuenerat: in eius enim familiam ſic tranſibat. Sed hæc antiquitus fuere: nam longa conſuetudine obliteratis illis ſolennitatibus,†ex pudicitia & bonis moribus materfamiliâs appellari cœpit. Sumitur tamen ſignificatio quandoq; etiam ſtrictius, ut ſolâ matronã comprædat, quæ notæ ſit autoritatis[a]: ſiquidẽ dicebat Euripides, Famã mulieris,non formam uulgatã eſſe oportere. Latius uerò capit, cùm de qualibet fœmina intelligimus, quę ſui ſit iuris, ut Accurſius ait[b]: quod nõ arbitror uerũ, niſi adſint & boni mores, ut in exemplo uiduæ,quod Iuriſconſultus affert.

a l.deinde.in fi. de lib.exhib.

b l.nam ciuium. de his qui ſunt ſui.

1 Verbum,Soluere,explicatur. & num.4.
2 Solutio & liberatio,eiuſdem ſunt ſignificationis.
3 Si lex pecuniam ſolui requirat,acceptilatio non ſufficit.
4 Vna dictio poteſt & ſtrictè & largè accipi,utroq; tamen modo propriè.

PAVL. LIB. LVI. AD EDICTVM.

LEX XLVII.

LIberationis uerbum candẽ uim habet, quã ſolutiõis.

CAIVS LIB. I. AD EDICTVM PRAET. VRB.

LEX XLVIII.

QVi neq; ſequãtur neq; ducantur. ¶ Solutũ non intelligimus eum, qui licet uinculis leuat[g] ſit, manibus tamẽ tenetur:ac ne eum quidem intelligimus ſolutũ, qui in publico ſine uinculis ſeruat.

VLP. LIB. LVIII. AD EDICTVM.

LEX XLIX.

BOnorum appellatio, aut ciuilis, aut naturalis eſt. ¶ Naturaliter bona ex eo dicũtur, quòd beãt, hoceſt, beatos[a] faciunt:beare eẽ eſt prodeſſe. ¶ In bonis autẽ noſtris computari ſciendum eſt,nõ ſolũ quę dominij noſtri ſunt,ſed & ſi bona fide à nobis poſſidentur, uel ſuperficiaria[b] ſint. ¶ Aequè bonis adnumerabitur & ſi quid eſt[c] in actionibus, petitionibus, perſecutionibus:nam hęc omnia

g l.ſi quis ita.de teſt.tut.

1 Bona & naturaliter et ciuiliter accipiũtur ſecũdũ Accurſ.
2 Noua interpretatio Alciati ad hanc legem.
3 Iouis epytheton eſt Optimi.
4 Beati dicuntur diuites.
5 Superficiarius ab emphyteota quomodo differat.
6 Ius quod quis ex conducto habet, bonorum appellatione comprehendi.
7 In bonis computatur,quod uel perſonali uel reali actione, aut officio iudicis nobis debetur.
8 Bonorum generali obligatione ea continentur, quæ bona fide poſſidemus.

1 LIBERATIONIS.) †Soluere, eſt eum qui alligatus ſit, liberum facere: inde qui præſtitit quod debet, ſoluiſſe dicitur, & ſe ab obligationis nexu liberaſſe: quò fit,† ut propriè ſolutionis uerbum liberationisq;, eiuſdẽ ſit ſignificationis[c]: atq; ideo ſiue debitor ſatisfecerit,ſiue acceptilatione ſit liberatus, dicetur ſolutus. † Quòd ſi lex nõ ſimpliciter de ſolutione loquatur, ſed pecuniã ſolui requirat, tũc acceptilatio nõ ſufficeret[d]: in ea enim pecunia nõ interuenit. nec nos mouet quòd edictum prętoris,quo iudicatis ut pecuniam ſoluant, mandat, ſibi locum nõ uendicat aduerſus eum, qui acceptilatione ſit liberatus[e]: quoniam in eo edicto pecuniæ mentionem prætor fecit,nõ quòd acceptilationem excludere uellet[f],ſed ut oſtenderet nõ ſufficere iudicato, ſi ſatisfaceret, puta datis pignoribus uel fideiuſſore,ne obligationes ex obligationibus fierent. † Alij tamen frequentiore calculo diſtinguunt, ut de ſtricta ſignificatione ſoluiſſe nõ dicatur, niſi qui pecuniam numerauit: latiore uerò ſenſu, quoquo modo quis ſit liberatus, cenſeatur ſoluiſſe. Sed hoc non tamen impropriè erit, † quandoquidem poteſt una dictio & ſtrictè & latè accipi, utroq; tamen modo propriè[g].

c l.ſolutionis.ſ. de ſol.

d l.ſolutam.de ſolut.

e l.iiij. §.ſoluiſſe.de re iud.

f d.l.iiij. §. ait.

g l.cum lege. de teſta.

1 Prima huius l.uerba uariè interpretantur Doctores.
2 Alciati intellectus ad eadem uerba.
3 Duces dicti qui præcedunt.
4 Solutus quis dicatur.
5 Dimiſſus ſub uadimonio non dicitur ſolutus.

1 QVI NEQVE ſequantur.) †Accurſius quarias his uerbis interpretationes affert. Aliqui enim in libris Caij Iuriſconſulti ita inſcriptum titulum credidere. alij eum qui prætoris edicto obſequi non tenetur, coram tribunal per uim minimè eſſe deducendum[h]. ſunt & qui affirmant,ſicut in ius de domo ſua uocatus ſequi uiatorem nõ tenetur, ita nec inuitum debere deduci[i]. †Ipſe arbitror interpretari Caium eiuſdẽ ſignificationis eſſe ſequi & duci: quãdoquidem is ducitur, qui ante ſe quẽ ſequat, habet. † Vnde & Duces dicti, qui præcedũt. Vergilius: Dux fœmina facti. Hinc et Senecæ uerſus: Ducunt uolentem fata, nolentẽ trahũt.

h l.in crimin.di. C.de iur.

i l.pleriq;.de in ius uoc.

2

3

In antiquis ſanè codicibus ſic inſcriptum legitur: Caius lib. I. ad edictum prætoris urbani, titulo, qui neq; ſequuntur neq; ducuntur.

4

¶ §. SOLVTVM.) †Solutus ergo is dicitur, cui recedendi eſt libera facultas[k], non ſi adhuc ſub cuſtodia ſit. & idcirco cùm promiſſio in carcere ei facta qui iniuſtè me in eum locum detruſit, nullius ſit momenti[l], ſi extrà deductus, aſſiſtente tamen aliquo cuſtode, eam ratam habuerim, nihilo magis confirmatur. † Sed cùm poſſit iudex ex cauſa,uel propter uiri probitatem, aut criminis leuitatem, alicui ciuitatẽ pro carcere aſſignare, uel ſub uadimonio dimittere[m], an huiuſmodi dicitur ſolutus? & hîc uidetur probari, non eſſe ſolutum[n].

k l. ij. de libro hom.ex.

l l.qui in carcerem.quod met.cau.

5

m Ang.l.ſi libo næ. ſ. de minuend.

n l.necnon.§.i. ex quib.cauſ.ma.

1 BONORVM.) †Bona accipiuntur & naturaliter & ciuiliter. Naturaliter, cùm id ſolùm ſignificant, quod beat, id eſt, prodeſt: unde quod ſupereſt, deducto ære alieno, bonorum appellatione naturali ſolùm cõprænditur. Ciuiliter uerò id intelligitur, quod etiã onera admixta habet, ut hæreditas, uel id q̃d bona fide poſſidemus: atq; ita Accurſius interpretatus eſt. †Ego aliam fuiſſe Iuriſconſulti ſententiam exiſtimauerim : nam bona ex naturali ſignificatione omnia comprænduntur quæ proſunt, ex ciuili ad facultates tantum referuntur. In naturali ſenſu eo modo hæc dictio accipitur, quo apud Græcos τὰ ἐσθλά, de quo extat diſtichon:

2

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ ἀμύμοσιν καὶ ἀνοσύχοις
Ἄμμι δίδου. τὰ δὲ λυγρὰ καὶ ἀσυχοῦσιν ἀπόρινον.

Quod nos ita uertimus:

Siue uelint homines, ſeu nolint, Iuppiter illis
Da bona:quæ mala ſunt,etiam cupientibus auſer.

3 †Hinc antiquis Iouis epitheton eſt Optimi,q̃dCicero interpretat beneficentiſſimi. Igitur cum ſenſu naturali bona dicerentur, quæcũq; nobis benefaciunt, lex ciuilis ad facultates noſtras hoc traxit: q̃niã & hæ proſunt, utilesq; nobis ſũt. hinc diſtinctio bonorum corporis & animi apud Philoſophos.

4 a ¶ Beatos.) †Beati dicũtur diuites, quia cæteris ꝓdeſſe poſſunt, & debent. Iuuenalis: Vetulæ ueſica beatæ. Sic appellantur etiam felices, non abſimili ratione. Vergil. O terq; quaterq; beati. Fit & inde diminutiuum beatulus, Perſio: Beatulus alto Compoſitus lecto:eodem ſenſu.

5 b ¶ Superficiaria.) †Bona hæc ſunt eius, qui in alieno ſolo ædificiũ poſſidet: nam utilis in rem actio huic datur[a]: diſtatq; ab emphyteota, quòd ille & ſolũ & meliorationes ſuas à domino recognoſcit, certamq; ex hac cauſa penſionem præſtat: hic plerunq; nihil pendit, nec meliorationes à domino habere dicitur, niſi ſuperficiem quoq; conduxerit, imò finito contractu indiſtinctè eas illi auferre licet. † Et hinc argumentari poſſumus, ius quod quis ex conducto habet, bonorum appellatione contineri.

a l. ij. ſ. de ſuperfic.

6

7 c ¶ Et ſi quid.) †Quod ergo nobis uel actione in perſonam, uel petitione in rem, uel officio iudicis debetur, in bonis cõputatur: nam & nuda bonorum appellatione dubium nõ eſt, nomina, huiuſmodiq; iura contineri.

8 †Hincq; conſequens eſt, in generali bonorũ obligatione ea quoq; comprædi, quæ bona fide poſſidemus, ut hîc traditur: eorum enim cauſa nobis actio competit, à Publicio prætore conſtituta[b].

b Rom.ſing. 630.

1 Nurus comprædit etiam pronurum, & ulterius.
2 Fallit hoc,cum ipſius nurus perſonam reſpicimus.
3 Verbum Porrigere,eſt extendere.
4 Socer,gener,nepos,auus,etiam de proſocero,progenero, pro nepote,& proauo dicitur.

1 NVRVS.) † Cum in aliquo actu fit nurus mentio, de pronuru quoq; & ulterius intelligi poteſt. quapropter cũ in edicto prætoris infames pro quibuſdam affinibus & nuru poſtulare permittant, poterũt etiã pronurum tueri[c], & cùm rupto teſtamento per petitionẽ bonorũ poſſeſſionis cõtra tabulas cõ ſeruetur legatũ nurui pro dote factũ, idem erit ſi pronurui debeat[d]. & ſicut poſſumus nurui noſtræ donare, ita & pronurui[e]. † Hæc tamen interpretatio nõ procedit, cũ ipſius nurus perſonã reſpicimus: ut ſi tibi pro miſerim ꝓ tua nuru, nõ intelligit de pronuru[f]: propriè enim nõ eſt nurus, quod indicat Iuriſcõſultus, dũ dicit, appellationẽ porrigendam. † porrigere enim eſt extendere: alioquin dubitandũ nõ erat, an ſicut eam, quæ ex adoptiuo filio nurus fuit, uxorẽ ducere non licet, ita nec pronurum liceat[g]: itẽq; an edictũ prætoris quo qualemcunq; fidei iuſſorem nurui in iudicio ſiſtendæ ſufficere ait, ad pronurũ extendatur[h]. † Sanè ſicut appellatio nurus ad pronurum protenditur: ita & ſoceri, generi, nepotis, aui, ad proſocerum, progenerum, pronepotem proauum[i]: quod inferius ſuo loco explicabimus.

c l.etsi. §. affiri. de poſtul.

d l.uiridis. §. nurus. de legat. præſt.

2

e l.iij. §. ſocrui. de don.int. ui.

IDEM LIB. LXI. AD EDICTVM.

LEX L.

NVrus appellatio etiã ad pronurum, & ultrà porrigenda eſt.

CAIVS LIB. XXIIII. AD EDICTVM PROVIN.

LEX LI.

APpellatione parentis non tantum pater, ſed etiam auus & proauus, & deinceps omnes ſuperiores intelligimus.

f l.ſi quis ita.de teſt.tut.

3

g l.adopt. §.nurus.de ri.nup.

h l.ij. §.prætor. qui ſatiſ.cog.

4

1 Parentis appellatione qui contineantur.
2 Parentes inſunt maioribus,ſicut ſpecies ineſt generi.
3 Dictio,maiores,quandoq; ſimpliciter comprædit,qui natu maiores ſunt.
4 Parentes hodie dicuntur eiuſdem gentis,& inuicẽ quoquo modo coniuncti.
5 Parentela à parentibus dicta.
6 Patris uox ad ſolum genitorem refertur.

APPELLATIONE.) †Parentis appellatione pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, etiam ex ſermonis proprietate continentur: quod & in ſuperioribus benigna interpretatione admittendum eſt, alioquin hi ſolùm maiores dicerentur[k]: atque ita ꝓprio uocabulo Romanos uſos accepimus[l], nõ quòd pater, & auus, & deinceps, maiores non dicerent, ſed quòd cũ ultra tritauũ parentes nõ dicerent, neceſſariò qui ſuprà erãt, maiores appellabant, ſut parẽtes inſint maioribus, ſicut ſpecies ineſt generi: † nam & huiuſmodi dictio eos ſimpliciter quãdoq; cõprædit, q natu maiores ſunt: ut cum M. Porcius Cato Tuſculo ortus primus ſui nominis in ſenatũ allectus, uetuſtiſſimos ſenatores, qui reipub. fundamenta iecerãt, maiores ſuos apud Salluſtium appellat. Quapropter Vallæ ſententiã non omnino probo, in Elegantijs ſuis à Iuriſcõſulto noſtro diſſentientis. Et hinc receptũ eſt, ut conſtitutio Pontificũ, qua defunctos in ſepulchro maiorũ ſuorũ tumulari debere cautum eſt[m], ita obſeruet, ut in patris & aui cõditorium quis potius deferatur[n], ꝙ in eorũ, qui

k l.iiij. §. prætor. de in ius uoc.

l l.fin.§.parentes.de grad.

2

3

m Old. conſ.25.

n l.lex quæ. uerſic. maiorum. C.de adm.tut.

deinceps fuerunt, locum. quod & obſeruandum erit, cùm principis edicto unuſquiſque habitare in ea urbe compellitur, in qua ipſe & maiores ſui nati ſunt[a]: tametſi alij aliter.

a Vaſ. d.l. iiij. §. prætor.

4 †Sanè parẽtes hodie uulgò intelligunt eiuſdem gentis, & inuicem quoquo modo cõiuncti: quod & Hieronymũ nõ latuit lib. aduerſus Rufinũ II. †Hinc & parentela, quæ dictio apud Capitolinũ in Gordiano legit. Quapropter in edictis, quę uulgari ſermone cõcipiuntur, uel ab imperitis compoſita ſunt, hæc ſignificatio erit accipienda. Si igitur perduelliũ parentes capiendi honoris ius huiuſmodi edicto amiſerint, & affines & cæteros aliqua ratione coniunctos excludi Angelus reſpondit[b], cui aſſentio: niſi ratio conſtitutionis aliud ſuaderet.

b §. œconomis. in auth. de alie na. & emphy.

6 †Sed quod de parentibus Iuriſconſultus inquit, an idem eſt & de patre? & Accurſ. negat[c]: propriè enim ad ſolum genitorem refertur: interpretatur tamen plerunq; lex, ut patris nomine auus demonſtrari intelligatur[d].

c l. lege. de rit. nupt.
d l. iuſta. ff. eod.

1 *Patroni appellatio.*
2 *Iura patronatus.*
3 *Duplex huius legis interpretatio.*

1 PATRONI.) †Sicut domino ſubijcitur ſeruus, ita patrono libertus. Accipitur & patronus pro defenſore eorũ, quos in clientela habet, primumq; locum poſt patrem in officio apud clientẽ obtinere patronus debet. †Hinc & iura patronatus, quæ uel in libertos habemus, uel in clientes, quorũ hodie inſtar obtinent, quos barbara uoce Vaſallos uocamus. †Sanè huius reſpõſi duplex eſt interpretatio: poteſt enim intelligi, ut quæ iura de patrono loquantur, eadem & de patrona, quæ ſeruum manumiſerit, intelligi debeant: quandoquidem dubium nõ eſt, quin maſculinum, ut uulgò dicitur, fœmininũ cõtineat: atq; is ſenſus omnium calculo probatur, niſi quòd aliter ſpeciali ratione conſtitutũ quandoq; legere eſt[e]. Poteſt & alio modo accipi, nimirum ut quod de patrono dicitur, de eius quoq; uxore dictum cenſeatur, ut patronam hîc pro patroni cõiuge declaremus. Verùm hæc expoſitio haudquaq; placet, quoniã huiuſmodi propriè patrona non eſt: licet bonis moribus conueniat, huic etiam reuerentiam à liberto exhiberi, & ideo ſine uenia in ius uocari non debeat[f].

e l. ſicut patr. de op. lib.
f l. j. C. de in ius uoc.

1 *Argumentum huius legis.*
2 *Coniunctæ & diſiunctæ dictiones quæ. & num. 10.*
3 *Cõiunctiuæ regularis ſignificatio eſt, ut cõiungat, & utriuſq; coniuncti concurſum requirat: & quando fallat. Ibid. & num. 4. & 5.*
6 *Verba legis duodecim tab. referuntur.*
7 *Gentiles qui ſint. & num. 9.*
8 *Gentis nomen agnatos & cognatos continet.*

periores continent: ſed & mater, & auia, & proauia.

VLP. LIB. XLIII.

LEX LII.

PAtroni appellatione & patrona continetur.

14 *Diſiunctiuæ regulariter non utrunq; diſiunctum, ſed alterum tantum requirunt.*
11 *Quando hæc regula non habeat locum. & num. 13.*
12 *Dictio, ſeu, ampliandi uim habet.*
14 *Dictionis, Interdum, natura eſt, de frequentioribus caſibus excipere.*

PAVL. LIB. L. AD EDICTVM.

LEX LIII.

SAepe ita comperтum eſt, ut cõiuncta pro diſiũctis[a], & diſiuncta pro cõiunctis accipiant. Inter-

15 *Soluta oratio in cõiunctã magis, quàm diſiunctam infert.*
16 *Diſſolutio ſiue διάλυσις apud Rhetores idẽ, quod Iuriſcõſultis ſoluta oratio eſt: et quid ſit diſſolutio.*
17 *Quoties diſiuncta coniungit, & ſoluta coniungit: rurſus quoties coniuncta diſiungit, & ſoluta diſiungit.*
18 *Applicatur §. ſi donum. ad edictum prætoris.*
19 *Noua interpretatio ad §. item dubitatum. l. noſtræ.*
20 *Furti tenetur, qui ſolam opem ad furandum præſtitit.*
21 *Conſilium dans ad furandum, furti tenetur.*
22 *Si criminaliter agatur, lata culpa non idem ualet, quod dolus: ſecus ſi ciuiliter.*
23 *In atrocib. delictis ſolus conatus punitur. Fallit ut nu. 24.*

SAEPE ITA compertum.) †Proſequitur eleganter Iuriſconſultus, & declarat, quẽ admodum plerunq; una dictio pro alia ponitur, ut coniunctiua pro diſiuncta: & cùm nulla appoſita eſt, quo caſu oratio dicitur ſoluta, id eſt, neq; coniunctim, neq; diſiunctim connexa, fieri interpretationem ex ſubiecta materia. †Sunt autem coniunctæ dictiones, Et, que, atq;, ac: Diſiunctæ, aut, uel, ue, ſeu. Addit Diuus Auguſtinus, in ea quam ſcripſit grãmatica, nec, neq;, diſiunctiuam eſſe[g]: ſed noſtri nõ admitterent, coniunctim enim negant, & ideo quamuis alterum non fiat, committitur ſtipulatio[h].

g l. ſi ita quis ſtipul. ſ. de uer. oblig.
h l. ſi is qui ec. ſ. cum ita. de rebus dub.

a ¶ Cõiuncta pro diſiunctis.) †Negari nõ poteſt, quin regularis coniunctiuæ ſignificatio ſit, ut coniungat, & utriuſq; coniuncti cõcurſum requirat[i]: quod procedit, niſi ex re ipſa, uel argumento de quo agitur, aliud iudicari æquum ſit. Quid enim ſi repugnantia copulentur? tunc dubium non erit, pro diſiuncta accipi: ut cùm quis fundum, eiusq; uſum fructum Titio legat[k]. Quid ſi eiuſdem ſignificationis duę dictiones coniunguntur? nam & tum ad diſiunctam, uel potius expoſitiuã ſignificatio trahetur[l]. Quid ſi ſecundum hũc ſenſum abſurdum aliquod cõſequeretur? ut cùm quis filios & hæredes ſubſtituit[m], uel filijs & hæredibus ſtipulatur. Sed & ubi uerba, inter quæ copula additur, ex ſe principaliter, non autem alterius reſpectu, proponuntur, diſiunctim fit interpretatio, ut lege XII. tabul. cùm dicitur, Agnatorum gentiliumq; hæreditas ſit: prius enim agnati admittũtur: nam & hoc æquitas ſuadet. Sicut cùm pater filios & nepotes inſtituit[n]. †cæterum & idem eſt, quoties orationibus ſeparatis coniuncta interſeritur, quæ & ipſæ alicuius ſpeciei reſpectum nõ habent: ut ſi lege notari infamia dicãtur, qui depoſitum abnegauerint, & qui ſocio tutelæ mandati condemnati[o]: & qui calumniæ

i l. ſi hæredi. de cond. inſtit.
k l. ſi Titio. de uſu. leg.
l l. j. ſ. de pact.
m Bar. l. Gallus. §. etiam. de liber. & poſt.
n d. l. Gallus. §. j.
o l. j. de his qui not. infam.

lumniæ prævaricationis q; iudicati ſint. Eadẽ ratione concurſus nõ fit, cùm duo adiectiua multitudinis numero abſq; aliquo ſubſtantiuo proferuntur[a]: ut, lego empta & parata gratia uxoris: perinde enim eſt, ac ſi dictũ eſſet, lego empta, & lego parata. Idemq; eſſe arbitror, quoties ea adiectiua ſubſtantiuũ reſpiciũt generale, uel indefinitũ[b]: ut idem ſit, ſiue empta & parata legãtur, ſiue res emptæ & paratæ: prioris enim legati uerba in hæc reſoluuntur. Quapropter cui ueſtes emptæ & paratæ legantur, eas etiam obtinebit, quæ paratæ, licet non emptæ ſint[c]. Si igitur alicui ſeruos uernas & textores legauero, mihi uerius uidetur etiam eos deberi, qui ſimpliciter uernæ, uel textores ſint[d]: quod Socinus probauit, licet Bart. diſſentiat. †Sed & ſi nomina appellatiua coniunctim prolata proponantur, ſi materia odioſa non ſit, putarim hunc concurſum non requiri: ut cum quis medicis & doctoribus legat: nec enim requiremus eundem & medicũ & doctorẽ eſſe[e]. Idem in conſtitutione, quæ debitores fugitiuos & ceſſantes aliqua pietate proſequatur[f]. quòd ſi odioſam quandam ſeueritatem exerceat, non niſi qui idem & ceſſans & fugitiuus ſit, ea coërceri humanius eſt[g].

a l. ea tamen. de lega. iij.
b l. j. de iuſtit. & iur.
c l. qui concubinam. de le. iij.
d l. ſi is qui CC. §. utrũ. de rebus dub.
e Bald. & Iaſ. d. l. j.
f Rom. conſil. 104. pater.
g Angel. conſil. 16. uiſis.

6 b ¶ Agnatorũ.) †Verba ſunt legis XII. tabul. quorum mentio eſt libro Rhetoricorum ad Herennium primo: Si paterfam. inteſtatus moritur, familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; eſto. & rurſus: Si furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; eius poteſtas eſto. †Sunt autem gentiles, quos uulgò uocamus, eiuſdem parentelæ. Eos ita in Topicis Cicero diffinit: Gentiles ſunt, qui eodem inter ſe nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit: nam ſine dubio latior gentis, q; familiæ eſt ſignificatio. Sueto. in Nerone: Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt. Et rurſus in Cæſare: Cuius gentis familia eſt noſtra. †Igitur gentis nomen agnatos, & cognatos continet. Vnde cũ prius agnatorũ mentio facta ſit, ſequitur ut de cognatis ſub gentilitũ appellatione accipiamus: quam interpretationem Accurſius probat.

b l. j. de iuſtit. & iur.
c l. qui concubinam. de le. iij.
d l. ſi is qui CC. §. utrũ. de rebus dub.

8

9 Alij †gentiles clarioris familiæ agnatos exiſtimant, quam interpretationẽ in lege XII. tab. propter Ciceronis diffinitionẽ probauerim: poſtea enim etiam qui à ſeruis oriundi erant, gentiles dicti ſunt. Plin. lib. XXXIII. Singuli Marcipores Lucipore ſue dominorũ gentiles uitam in promiſcuo habebant.

10 c ¶ At cum dicitur.) †Diſiunctiuę dictiones ſunt, aut, uel, ue, ſeu, ſiue: in his regula eſt, ut non utrunq; diſiunctum, ſed alterum tantummodo requirant: † quæ tamen plerunq; non obſeruatur, ut cum alterũ ſine altero eſſe nequit: ueluti in lege qua iubetur tutorem ſuper pecunia tutela ue pupilli dari: cum enim pupilli cuſtodiæ tutor datur, conſequenter etiã rebus datur, cui q; pecuniæ pars adminiſtratiõis ipſius tutelę eſt: nam & cum inter genus & ſpeciem diſiuncta ponit, plerunque in cõiunctam trãſlit[h]. Sed & ſi Titium, uel Seium inſtituero, uel tutores cõſtituero, uel legatũ fidei ue cõmiſſum illis dedero, cõiunctim huiuſmodi diſpoſitio accipiet[i], ne propter perſonæ incertitudinem reddatur inutilis: quod & generaliter admittendũ eſt, quoties uel ex uerborum, uel ex alijs legibus, uel ex præſumpta loquentis mente hoc infertur. Primi caſus exemplum eſt † in dictione ſeu[k], quæ ampliandi uim habet: quapropter ſi quis donet pecuniam, quam Peruſij, ſeu Patauij habet, utrãq; donaſſe intelligitur: idem enim eſt, ac ſi pecuniã, quam Peruſij, uel etiã Patauij habet, donaſſe ſe dixiſſet: quoniã diſiunctiua hæc duplex, ſub diſiunctiuæ cõiunctæq; ſimul uim habet[l]. † Secundi exemplum in lege Aquilia accipitur, cùm in ea punitur, qui quadrupedem, uel pecudem iniuria occiderit: declaratur enim alibi quadrupedem, id eſt, pecudẽ intelligi debere, ut diſiuncta pro expoſitiua ſcripta ſit. At cùm quis ita ſubſtituit, Si filius meus, aut filia hæres non erit, Seius eſto: clarũ eſt ex mẽte teſtatoris diſiunctam pro coniuncta accipi[m], ne cum altero filiorũ cõcurrat extraneus. Idemq; in ea ſubſtitutione, ſi filius meus inteſtatus, uel ſine liberis deceſſerit[n]: nõ enim ueriſimile eſt, uoluiſſe teſtatorẽ nepotes ſuos excludere, quia filius teſtatus non ſit.

h l. Q. Mutius. de aur. leg.
i l. pen. C. eod.
k l. ſi quis ita leg. de aur. leg.
l l. ij. ad l. aquil.
m d. l. ſi is qui. §. fin.
n l. generaliter. C. de inſtit.

d ¶ Cùm uerò dicimus.) Soluta pro ſeparatis poni præter regulã eſſe † oſtendit dictio, Interdũ, cuius natura eſt de frequentioribus caſibus excipere: niſi ergo ex ſubiecta materia aliud appareat, † ipſe arbitror ſolutã orationẽ in cõiunctam magis, q; diſiunctã inferre. Vnde cùm uerba tunc coniuncta dicantur, alterutrum fieri non ſufficiet[o]: licet alij aliter, etiã crebriore calculo. † Contra quos etiam eſt uterum Rhetorum ſententia, qui διάλυσιν, id eſt, diſſolutionem uocant, quam Iuriſconſultus hîc ſolutã dicit: eam ſic Cicero diffiniuit: Diſſolutio eſt, quæ coniunctionibus uerborum è medio ſublatis, partib. ſeparatis effertur hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legib. Item: Deſcende in integram defenſionẽ, noli quicq; recuſare, da ſeruos in quæſtiones, ſtude uerum inuenire. Quod loquẽdi genus & acrimoniam habet, & uehementiſsimũ eſt, &

o l. in eo. §. ubi. ff. tit. j.

11 12 13 14 15 16

ad breuitatẽ accõmodatum. Hæc ille. †Cæterum dubiũ non est, in quibus casibus disiuncta impropriè accipitur, ut cõiungat, multò magis solutam coniungere. & rursus: quoties coniuncta disiungit, & solutam disiunge re: uidetur eñ huiusmodi soluta oratio ambigua esse, quę in alterutrã significationẽ commodè uerti potest. Sanè in huiusmodi oratiõe illud ꝓpriè procedit, q̃d quandoq; Accurs. dixit, punctũ loco copulæ esse.

e ¶Sí donũ, munus.) †Edixerat prætor[a]: si donum, munus, operas à patrono impositas libertus redemisset, aduersus eius tabulas bonorum possessionẽ patrono non daturũ. Pone ergo solùm donum fuisse impositũ, ut libertus possit libere testari, illud debebit redimere: non autẽ desiderat, ut etiã nõ imposita redimat. q̃d si munus quoq; & operas imposuerit, etiã hæc redimẽda fũt.

f ¶ITEM dubitatũ.) †Eum, cuius ope, consilio, furtum factum sit, furti teneri lex ait: un de dubitatũ est, an cõiunctim hæc uerba accipi deberent, an separatim: uariaueruntq; in hoc antiquorũ sententiæ: sed Labeo eos, qui separatim accipienda dixerunt, probauit, q̃d aliud sit consilio, aliud ope furtũ fieri. † Vnde qui solã opem adhibet, furti tenetur, tametsi ipse nõ consuluerit, furtũ fieri debere. quod ut uerũ sit, defendi tamen & illi possunt qui cõiunctim accepere: quoniã nõ sat sit opem præstare, nisi eo cõsilio, id est, animo præstetur, ut furtũ fiat. Si ergo consiliũ pro suasione accipiamus, soluta illa oratio disiunctiue: si pro dolosa adiuuantis intentione, coniunctim intelligeť. Et hic uerus est huius responsi sensus, quem nec Accursius, nec cæteri satis percepere.

g ¶Alij condici.) Scilicet ei, qui opem tulerit: quod tũc procedit, cum ad eum res peruenit, uel cum fur soluendo nõ est[b]: ipse eñ in subsidiũ tenetur, alioquin nec cõtra eum, qui opem præstitit, furtiua cõdictio competit: atq; ita uulgò dicitur[c].

h ¶Non potest.) Scilicet ei, qui cõsuluit, quãdo aliàs furtũ facturus quis erat[d]: atq; ita Accurs. sensit[e], & plerique sequuti sunt. In dubio tamẽ cõtra cõsultorẽ præsumemus, eum uidelicet causam delicto præstitisse: nec eñ postq; quis omnino furari cõstituit, solet cõsiliũ petere, sed cum adhuc dubius est. † Qua propter qui consiliũ dedisse probatus fuerit, furti condemnabitur, nisi ipse ostendat, etiã si nõ consuluisset, nihilominus furem idem fuisse facturũ[f]: nã tunc leuiore pœna arbitrio iudicis, ex cõmuni sentẽtia afficietur[g]: ut meritò antiquũ carmẽ celebretur, Malũ consiliũ consultori pessimum.

i ¶Consiliũ malignũ.) †Id intellige, ut si criminaliter agatur, lata culpa non idẽ ualeat, quod dolus[h]: quòd si ciuiliter, cum in causa furti qui condemnatus est, ipso iure notetur infamia[i], uideť tunc lata culpã sufficere: qua de re alibi latius disseritur[k].

k ¶Secutũ.) †In simplici cõsilio cogitatione q̃uera luriscõsultus ꝓdit[l], quòd si ultra consiliũ conatus aliquis interuenerit[m], in atrocibus delictis regula est pœnã irrogari[n]: in leuibus nõ irrogari[o]. †Qua ratione si etiam de atroci crimine ciuiliter agatur[p], conatus sine effectu non puniť. idẽq; est, quoties delictum nihil nocuisset: ut cum quis falsum cõmittit, quod alicui damnũ inferre non potest[q]. Idemq; si ante delictũ quis sponte pœnitentia ductus destiterit[r]. Cęterũ & in hac re in primis legis uerba pensitanda sunt: nam si actũ perfectum uerba respiciũt, qui nondum perfecit non tenetur: ut cum in fligitur pœna, si quis appellauerit: actus eñ consummatio per uerbum præteriti temporis denotatur[s]: aliud est in futuro, si appellabit[t]. Sed & ubi ipso iure pœna irrogatur, perfectum oportet fuisse crimen[u]: quod & in legibus municipalibus obseruatur, quia interpretationem extra uerborum uim non recipiunt. Aliud autem est crimẽ, aliud conatus: hic in itinere, illud in meta est.

1 *Cui sub conditione debetur, propriè creditor non est, nisi conditio existat.*
2 *Conditio in contractibus retro trahitur.*
3 *Dispositio generaliter de debitoribus loquẽs, etiam conditionalem debitorem continet.*
4 *Conditio uera est illa, quæ omnino est incerta.*
5 *Spes in iure uarijs modis accipitur.*
6 *Clausula, remitto omne ius, quod habeo, uel habere spero, &c. quid contineat.*

CONDITIONALES.[a]) †Creditor cui 1
sub cõditione debetur, interim propriè creditor nõ est, cũ ab inuito extorquere nihil possit: sed post euentum cõditionis uerè est creditor. 2
creditor. †quæ conditio cùm in contractibus retrò trahatur, censetur usq; à principio creditor fuisse[a]. †Et ideo dispositio quæ generaliter de debitoribus uerba faciat, in dubio de eis quoq; intelligetur, qui sub conditione debuerunt. Quapropter cũ testator hæredi mandasset, ut omnia debita Titij dissolueret[b]: respõdere plericq; etiã ad dotem, quam soluto matrimonio uxori suæ Titius restituere oñino debebit, obligari. Nã & si constitutũ sit, ut re uenali proscripta, teneantur qui ius habent, illud in scriptis intra certum terminum exhibere, aliàs ea res emptori euinci non possit[c]: censuerũt ueteres ius, quod sub conditione competere potest, in professionẽ redigendum: non enim huiusmodi legis uerba magis ad præsens, quàm ad futurum tempus referuntur. Accedit his, quòd fideiussor sub cõditione, si principalis nõ soluerit, promisisse uidetur, & tamen dubiũ non est, quin debitor sit[d].

b ¶Cõpetitura.) Vt quía promissum sit, cùm morietur: certũ enim est hanc conditionem aliquando euenturam. † Vera tamẽ cõditio illa est, quæ omnino est incerta, ante cuius euentum non oritur nec obligatio, nec actio, ut infrà attingemus[e].

c ¶Vel qui spem.) Videtur hîc probari, si spes nulla subsit, quòd cõditio eueniat, creditoris loco nõ esse: sicut nec illud pignus uidetur, quod uerisimile est fore, ut nunquam luatur, quod Bart. sensit[f]. † Sanè spes in iure uarijs modis accipitur: alia enim est, quã uigilantiũ somniũ Plato appellat, nos remotã dicimus: ut cùm agnatus agnato succesſurũ se opinatur: & hæc nullius effectus est. alia est paulò proximior, ut quã filius in hæreditate patris cõcepit: & huius quandoq; propter naturale uotum parentũ ratio habetur[g]. alia est, quæ ex præsenti iure nititur, semperq; in consideratione est: ut in eo, qui per fideicõmissũ alicui substitutus est: nisi eñ huiusmodi spes probabilis esset, ei per cautionẽ fideicõmissi nomine prætor non succurreret[h]. Idem in eo, qui est statuliber, & præsentem spem habet, ut quía hæreditas adita sit: quod & in contractu cõditionali obseruamus. † Vnde illa clausula, qua in contractibus solemus dicere, nos remittere omne ius, q̃d habemus, uel habere speramus, ad ius solùm præsens trahitur, uel ad futurũ, quod tamen ex causa præsenti habere speramus[i], ut Bart. scripsit.

1 *Creditor an sit, qui exceptione perpetua excluditur.*
2 *Creditor exceptionem temporalem timens, similis est conditionali.*
3 *Similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntur, uel in effectu & causa conueniunt.*
4 *Quod dialectici dicunt, ut tollatur consequentia, sufficere instantiam, quomodo intelligendum.*

CREDITOR[a].) †Quamuis qui exceptio 1
ne perpetua, puta pacti de nunq; petendo excluditur, ipso iure sit creditor, imò nisi exceptio opponatur, obtineat: attamen quia uerisimile est reum in re sua fore diligentẽ, & actori præscripturum, talis creditor non intelliget: considerat eñ lex effectum. Et ideo si petẽte creditore uelit lex etiã indicta causa debitorẽ in carcerem detrudi, hunc casum excipiemus: quoniam nec is propriè creditor est[k], qui exceptione perpetua submouetur: nec propriè debitor, qui eam habet. idemq; cùm dubiũ est, an perpetua exceptio futura sit[l]: ut cùm promisi nõ petere, do nec Titius consul fiat.

b ¶Símilis est.) †Sícut enim conditionalis creditor euentum cõditionis, ita iste diem expectat[m]: alioquin non paucæ sunt differentiæ inter hos casus. Sed sufficit similitudinem esse respectu eius rei, de qua agitur[n]: unde similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntˀ, uel quæ in effectu & causa conueniunt: idq; potius obseruabimus[o], q̃ formã: quãuis quæ in forma nõ conueniant, dissimilia plerunq; appellenť. †Vnde quod nostrates Dialectici aiunt, ut tollatur consequentia, sufficere instantiam, accipiendũ est, si instantia de ratione deducat, nõ simpliciter de pronunciato[p].

1 *Descriptio, subnotatio, cognitio, dispunctio, quomodo differant.*
2 *Verbum, Expungere.*
3 *Exemplum §. liberorum. in lege nostra.*
4 *Nepos ex filia quando inter liberos contineatur.*
5 *Filij appellatione regulariter etiã naturalis cõprænditur.*
6 *Quibus casibus id non procedat.*
7 *Spurios lex pro filijs non habet.*
8 *Differũt, substituat quis ex uirili sexu, an per lineã uirilẽ.*

COGNOSCERE[a].) †Descriptio, subno- 1
tatio, cognitio, dispunctio rationum instrumentorúmue differunt. Describimus ea, quorũ exemplum accipimus. Subnotamus, cùm quasi inuentariũ conficimus[q]: adscribimusq; quot corpora instrumentorũ sint, & de qua re. Cognoscimus, cùm ea legimus atque relegimus: qui eñ rationes recognoscit, uerũ est eum ipsas cognoscere: sicut qui reddit, dat: qui repetit, petit[r]. Dispũgit rationes, qui data & accepta confert, excutitq;, & examinat: unde & dispunctio, pro diligenti percontatione examinationeq; accipitur[s]: opinor, quia ueteres solerent rationes, cùm data acceptaq; cõstitissent, transuerso puncto confodere: hinc Iuuenalis, morosam auaramq;

a l. iis cui. de act. & obligat.
b l. j. l. ſi ſtipul. fuerim. §. j. de uerb. oblig.
c Raph. Iaſ. d. §. j.
d Bart. l. j. ſi certum. pet.
e l. cedere.
f l. in quorũ. de pignor.
g l. nec ei. §. præterea. de adoptionib.
h l. ij. de ſtatulib.
i l. poſt emancip. §. fin. de lib. leg.
k l. creditores. ẽ. cod.
l l. ſufficit. de con. indeb.
m Bart. l. ita ſtipul. in j. q. de uer. oblig.
n d. l. ſufficit.
o l. j. §. igitur. de exercit.
p Iaſ. l. creditori. de ope. no. nunc.
q l. fin. de bon. aut. iud.
r Bart. in rub. ſol. matr.
s l. ſi ſtatuliber. & pœnæ. in fin. de ſtatulib.

mulierẽ designãs, quæ rationes diu peractas, absolutascp recognosceret: Longi, inquit, relegit transuersa diurni. † Id etiam expungere quandocp appellatur[a], quod uerbum reijcere quocp & de medio tollere significat[b], quoniã suffragia puncto notabãt: unde quos ceu indignos præteribãt, expungere dicebantur.

a *l.in omnib. ſ. de diut. præſcript.*

b *l.penult. de remil.*

b ¶ §. LIBERORUM.) † Huius respõsi exemplũ hoc affert Accursius, si is q opus reipub. pollicitus, postquã inchoauerit, decesſit[c], hæres extraneus in quintam patrimonij partẽ tenetur: quòd si ex liberis sit, solùm in decimam: † interpretatúsque est diuus Pius inter liberos nepotẽ quocp ex filia contineri[d], quam interpretationẽ nõ procedere in priuilegijs, quæ generaliter publicæ utilitati derogarent, cõmuni sententia receptũ est. Idemcp si lege municipali agnati fœminas excluderent: uidetur enim tum testator qui liberos instituit, prius de agnatis sensisse, & eum ordinẽ sequutus, qui in intestati successione seruandus erat[e].

c *l.pen.& fin. de pollicit.*

d *l. j. de iur. imp.l. quia. fol.matr.*

e *Bart. l. hæredes. §. cum ita. ad Trebell.*

c ¶ Sui iuris.) Vt emãcipati, & naturales: † regulariter enim appellatione filij, etiam naturalis cõprænditur[f]: naturæ enim id nomen est, nõ iuris ciuilis tantũ: † & hoc nisi testatoris conditio & dignitas[g], præsumptáue dispontis mens aliud inducat[h]. Quid enim si legitimi adsint? potiores certè illi esse debent. Quid item si ab ecclesia emphyteotica bona pro se & liberis aliquis acceperit? ad naturales enim peruenire ea nõ possunt: nec uerisimile est de eis actum fuisse, qui abominato à iure[i] canonico concubitu orti sunt: sed & in materia odiosa humanius erit de eis nõ intelligit[k], dum tamen melior inde nõ fiat naturalium cp legitimorũ cõditio, uel pater ipse propter naturalium numerũ priuilegia non consequatur[l]: & hæc de naturalibus. † At de spurijs aliud est: hos enim lex pro filijs non habet[m]: Et ideo cõditio, si sine liberis decesserit, fideicõmisso addita, propter spurium nõ deficit: quod ego arbitror uerum, etiã si per rescriptum principis legitimatus sit, quoniam lex incertũ illi patrem tribuit, nec præsumit ex legitimante ortũ. Vnde parentis fideicõmisso grauati, cõfessio & tractatus ipsi obesse debet, nõ autẽ substituto, nisi uerè probaretur ex eo natus, ut quia ex ancilla domi retenta, quæ cum alio non consuescret[n].

f *l.tutelas. de capit.dim.*

g *l.ex facto. §. j. ad Trebell.*

h *l. fin. de iure delib.*

i *c.ſtatutum. ij. de hæret. in 6.*

k *Bar. l.quia. de in ius uoc.*

l *l.ij. §. legitimos. de excu. tut.*

m *auth. ex complexu. C. de inceſt.nup.*

n *Alb. l. filium. de his qui ſunt ſui.*

d ¶ Virilis sexus.) † Differentia est, substituat quis ex uirili, seu per uirilẽ sexũ descendentes, an per lineã uirilem: nam primo casu etiam fœmina ex filio uel nepote nata continebitur, secundo nõ continebitur: non enim per lineam descendit, nisi qui in linea est[o].

o *Mod. l. Gallus. §. nunc deleg. ff. de liber. & poſthum.*

1 *Magiſtrare uerbum, & magiſtri qui dicantur. & num. 3.*
2 *Magiſtratus unde dictus.*
4 *In agone literario tres ſunt diſtincti gradus.*
5 *Magiſtri etymologia, et alluſio.*
6 *Accurſ. perſequi pro cõſequi malè exponit.*
7 *Perſequimur id, quod nõdũ ſumus cõſecuti.*
8 *Satisfactionẽ pro uera ſolutione nõ eſſe, quã do obtineat.*
9 *Perſequi dicitur, qui officiũ iudicis implorat.*

CVI præcipua.) ¶ † Magistrare moderari est, ut Festus inqt: unde magistri, non solũ doctores artiũ, sed etiam pagorũ præfecti, quos uulgò Syndicos uocamus: uel collegiorum, societatúmue, quos Abbates appellãt. Hinc & magister populi Dictator, & magister hastæ, qui auctionib. præest, & magister pecoris, ipse custos, & magister nauis, cui cura nauis demandata est. Sic autem dicti sunt, quoniam magis cæteris possunt: † unde & magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quàm priuati.

1

2

b ¶ Cuiuslibet disciplinæ.) † Hinc legũ doctores magistri dicuntur, putauerimcp generaliter hoc nomine contineri Baccalaureos, Licentiatos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo insigniri debebant[p], † ita in agone literario tres sunt distincti gradus. Primus, qui à bacca laurea sumpsisse nomen uidetur, scholastico ordini proximior, quàm doctorũ. Secũdus ad eos pertinet, qui nondum insignia susceperè, electi tamen autoratícp sunt, traduntcp in materia fauorabili hũc pro Doctore haberi.

3

4

p *l.j. C. de ſtu.*

c ¶ Vel monstrando.) † Atqui superius nõ à monstrando, sed quòd magis cæteris curã præstare debeãt, magistros dictos ait: sed ipse arbitror illam etymologiã, hanc allusionem eius uocabuli esse. Verùm fingamus aliquẽ huiusmodi curã non præstare, an idcirco magister nõ erit? & aiunt esse: quoniam nomen ab eo ducitur, quod fieri deberet, licet non fiat. Qua ratione & Pontificem & Augustũ appellabimus, qui ad uitam æternã pontem non faciat, & qui Imperij corpus nõ augeat.

5

6

d ¶ §. PERSEQVI.) † Accursius persequi interpretatur, id est, consequi: nam qui satis accepit, puta fideiussores[q] uel pignora, perinde habetur, ac si rem petitam consequutus esset[r]: quę expositio mihi nõ probatur, † quia propriè illud persequimur, quod nondum sumus

q *l.item. §. j. quibus mod. pign.*

r *l. ſi rem. §. dicimus. de pignact.*

7

sumus consequuti: quapropter & lib. II. A. Gellius: Non puto, inquit, Cæcilium sequi debuisse, quod assequi nequiret. Verior igitur sensus est, ut quamuis aliquis satis acceperit, tamen adhuc dicatur persequi: † quia satisfactio pro uera solutione non est[a]. In quo tamẽ articulo solet distinguí: aut lex satisfactionẽ requirit, & sufficit fideiussores, uel pignora offerre: aut ex forma cõtractus alicui satisfaciendũ est[b], & soluere pecuniã opus est: quoniam in his non de simplici securitate creditoris actum uidetur, sed de actus perfectione, plenacp liberatione, quam solutione demũ facta consequimur. † Sanè & persequi dicitur, qui officium iudicis implorat: quapropter si caueri mihi postulem per fideiussores, quod in prætorijs stipulationibus regulare est[c], persequi uidebor: expediuntur enim hæc officio iudicis[d].

8

a *l. j. qui ſatisd. cog.*

b *Auth. ſi quando. C. de conſtit. pec.*

9

c *l. j. §. ſtipul. de præt. ſtipul.*

d *l. iubere. de iuriſd. om. iud.*

1 *Inter geſtum & factum an ſit differentia.*
2 *Geſta etiam de priuatis dici, contra Vallam.*
3 *καταχρησις figura, translatio, uſurpatio.*
4 *Romani repudiare uolentes uxorem, libertum ſuum huius rei nuncium mittere ſolebant.*
5 *Libertus ſuus quis intelligatur. & num. 7.*
6 *Emendatus text. in fin. legis noſtræ.*

1 LICET.) † Quoniã suprà gestam rem significare sine uerbis factam, ex Labeonis[e] sententia traditum fuerat, eam differentiam Caius hîc tanquam nimis subtilem contemnit: quia καταχρηστικῶς, id est, abusiuè inter factum & gestum nihil interest. Laurentius Valla gesta referri ad rempub. maioriscp dignitatis esse tradidit, acta etiam de priuatis dicit: quod nõ omnino probo, quandoquidem etiam de negocijs gestis id uerbum proferimus, qui tractatus ad priuatos pertinet. Ampla uerò & faciendi est significatio, quam hîc explicat Accursius, nos alibi commodius attingemus. Id ex hoc responso summè annotandum est, uocem καταχρηστικῶς (sic enim in antiquis codicibus legitur) id est, abusiuè, plerunqp propria & subtili interpretatione reiecta accipi: nimia enim iuris subtilitas, crux est, ut antiqui dicebant: unde illud Comici,

e *l. Labeo.*

40

2

3 Summũ ius, summa iniuria est. † Fab. Quintilianus καταχρησιν figuram esse autor est, ubi proprio nomine omisso, aliud uicinum assumimus: Translationẽ uerò, ubi nomen proprium deest: quo fit, ut hanc necessitas excuset, usurpationem ornatus, uel ratio carminis.

50

3

4 b ¶ §. PATERNOS.) † Solebãt Quirites cùm repudiare uxorem uellent[f], libertum suum huius rei nuncium mittere, quod & Satyra Iuuenalis indicat:

Collige ſarcinulas, clamat libertus, & exi,
Iam grauis es.

f *l. nullum. de diuort.*

Dubitatum fuit, quem libertum suum intelligeremus: † & paternum quocp seu auitum libertum esse Iurisconsulti tradiderunt. Quòd si à filio fortè milite castrẽsis peculij seruus manumissus sit, is libertus patris dici nõ poterit: miles em eius patronus est, nõ pater[g]. Cæterum & filius, qui ex assignatiõe patris libertum habet, solus ei patronus est, non autem frater[h]: quamuis etiam quantum ad eũ, rectè paternus libertus dicatur.

5

g *l. antepen. qui & à quibus.*

h *l. j. de aſſeſſ.*

6 c ¶ Nostrorũ liberorum.) † Alij codices habent libertorum: nam libertus liberti mei, meus libertus nõ est. sed uerior hîc lectio est liberorum: nam & in antiquissimis exemplaribus una cõplexione sic finitur: Paternos libertos nostros libertos, liberorum nostrorũ non rectè nostros libertos dicimus. † Sed an id obseruabitur etiam uiuente manumissore? & quia generaliter Iurisconsultus loquitur, uerisimile est hoc quocp casu sententiam hanc producendam: nec abhorret, ut patris libertus filij quocp sit, cùm rerum paternarũ in uita patris filij quodammodo domini habeantur[k]. Cæterum quamuis libertus filijfamil. militis manumissore mortuo patris libertus non dicatur, deferetur tamen illi eius hæreditas, secundum Iustiniani cõstitutiones[l].

i *l. Modeſtinus. C. cod.*

7

k *l. in ſuis. de liber. & poſt.*

l *§. militis. Inſtit. de ſuc. lib.*

1 *Portus pro inſula aut domo.*
2 *Portus pro nauium ſtatione.*
3 *Angiportus.*

PORTVS.) † Portum antiqui plerunque pro insula aut domo, ut Festus inquit, dicebant: cuius rei rationem Iurisconsultus hîc assignat, quòd scilicet merces in eam portarentur. Hinc à similitudine, † portus appellari cœpta est, nauium statio, qua inclusæ naues à uentis tutæ essent: isqp frequentissimus est huius uocis significatus. † Sed & angiportum, angustam uiam inter portus, id est, domos, dixerunt: qua de re latius Grammatici disseruere.

1

2

3

1 *Locus & fundus quomodo differant.*
2 *Stipulatio fundi in genere, non ualet.*
3 *Niſi affectio teſtatoris probetur, appellatione fundi de toto intelligimus.*
4 *Pars fundi pro toto fundo quandoq; ſumitur.*
5 *Loci uaria ſignificatio.*
6 *In iure quandoq; locus generaliter accipitur, & ex mente proferentis interpretationem capit.*

1 LOCVS.) †Locus fundi portiuncula est, fundus autem intelligitur secundum domini mentem, qui ex uno plures fundos facere potest, si quibus quisq; finibus cõtineatur, designauerit: quapropter & minimã partem fundum dicemus, si talis fuerit
2 eius affectio.†Hinc est, quòd stipulatio fũdi in genere nullius est momenti, propter incertitudinem: offerendo enim uel cespitem terræ liberaret promissor, ut quidam
a l. cum post. §. gener. de iure dot. scribunt[a]. Sed & Mar. Ciceronis in quodã ioculari libello citantur hæc carmina: Fundũ Varro uocat, quẽ possim mittere funda, Ni tamen exciderit, quà caua funda patet. Igi-
3 tur †nisi affectio testatoris probetur, in dubio appellationе fundi de toto intelligemus[b]: nec ut ab hac interpretatiõe recedamus sufficiet, si in plures regiones cõmo-
b l. si defensor. §. j. de interr. act. dioris culturæ gratia fundum diuiserit[c]. Sed & si tibi quis partem fundi Corneliani legauerit, deinde eadem scriptura fundum Cornelianum leget, non sola pars, sed totus de-
4 bebitur:† pars enim fundi, ut diximus, tunc pro toto habetur, cùm ea affectio est testatoris, ut nõ pars, sed totum sit. Quod in proposita quæstione dici non potest: quomodo e-
d l. planè. §. j. & fin. de leg. j. nim pro integro fundo habuisse eum testator uidetur, qui partem fundi tantummodo appellauit? ut meritò Pauli Castrensis[d] sententia, qui aliter existimauit, reijciẽda sit. Cæterùm etiam si domini affectio nõ probetur, putauerim partẽ fundi pro fundo accipi debere, quoties de falso periurioq; euitando a-
5 geretur: adiuuanda enim quoquo modo est interpretatio in humaniorem partem.

b ¶ Loci appellationẽ.)†Locus ubi quid collocari potest, dicitur. eius autẽ μεταφορικὴ uaria est significatio, ut cùm dicimus quem loco obscuro natum, uel loco fratris fuisse: illud enim ad genus nobilitatemq; refert, hoc uicem denotat. Sed & Aristoteli Ciceroniq; loca sunt argumentorum sedes, hoc est, uniuersales propositiones, quæ particularia con-
6 tinent, sicut loci corpora.†In iure uerò quandoq; locus generaliter accipitur[e], & ex mente proferentis interpretationem capit. Qua ratione in prædijs urbanis locus sine ædificio
e l. fundi. j. eod. dicitur area: in rusticis, ager. At cùm specialiter respectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus. Quòd si fundi Tusculani dominus simpliciter locum suum Tusculanum legat, ne ex incertitudine legatũ uitietur, existimauerim generaliter intelligendũ, ut integer fundus debeatur: nam & huiusmodi expositio uulgari sermonial ludit.

1 *Satisdare, satisfacere, et repromittere. & nu. 3*
2 *Verbum Cauere, uarias habet acceptiones.*
4 *Compulsus satisdare, si propter paupertatẽ nõ possit, sufficit eum præstare cautionem fideiussoriam.*

IDEM LIB. LXVIII. AD EDICTVM.

LEX LX.

LOcus[a] est, non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum est aliquid: & plerunque sine ulla fundum accipimus. Cæterum adeò opinio nostra, & constitutio locum à fundo separat, ut modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus: non enim magnitudo locũ à fundo separat, sed nostra affectio: et quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc cõstitue-

a l. cum lege. de testa.

rimus: necnõ & fundus locus constitui potest: nam si eũ alij adiũxerimus fundo, locus fundi efficitur.

¶ Loci appellationem[b], non solùm ad rustica, uerùm ad urbana quoq; prædia pertinere, Labeo scribit: sed fundus quidẽ suos habet fines, locus uerò latêre potest, quatenus determinet, & definiatur.

b l. j. de tig. iuncto.

PAVL. LIB. LXV. LEX LXI.

SAtisdationis appellatiõe interdũ etiã repromissio cõtinebitur, qua cõtentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

f l. j. qui satisd. cog.

SATISDATIOnis.) ¶ †Satisdare propriè dicit, qui dat fideiussores[f]. Satisfacit, qui pignore uel qualibet alia ratione securum contentúmue creditorem reddit[g]. Repromittit, qui nuda stipulatione se obligat.†Cauere uerò uariè accipitur: in dispositione prætoria satisdationẽ requirit[h], in ciuili solam promissionem, cum hypotheca bonorũ, ut quidã sentiunt. Quòd si lex causa cognita caueri uelit, uel idoneè, plenè, rectè, cõpetenter, sufficientérue, tunc arbitrio iudicis etiam satisdandũ erit[i], ueluti si suspectus sit, qui cauere debet, uel pignus præstandum aliàs nullius effectus esset[k]. † Sanè qui simpliciter repromittit ex ui uerborũ, non uidetur satisdedisse, licet lex propter creditoris consensum ita interpretetur: ut in defensore, quem lex satisdare iubet[l]. quod & in eo dicendum est, qui euidentissimè sit locuples: non enim lex, quæ satisdationem requirit, de huiusmodi homine sensisse uidetur[m]: quod uerum putauerim, cùm satisdatio idcirco solùm requiritur, quia quantum ad facultates, lex creditori consultum uelit[n]: sed si etiam celeritatem perficiendæ litis respiciat, fideiusio tum quoq; præstanda erit[o]: cùm nostra quandoque interfit, posse cum fideiussore experiri, qui non ita litigiosus, & tergiuersator sit, sicut principalis, quiq; bonam fidem fortè agnoscet. † Cæterum & bonus uir, qui compulsus satisdare, propter paupertatem nõ possit, repromittens cum iurisiurandi religione, admittetur[p], ne eum ad impossibilia obligare lex uideat, uel aliàs ius sibi iam quæsitum amittat[q].

g l. j. de prælim. stipul.
h l. sancimus. C. de uerb. sig.
i Alex. l. diuortio. §. interdũ. fol. matr.
k l. in omnib. de iudi.
l l. v. §. nunc uideamus. iudic. sol.
m l. quicunq; ij. C. de fun. pat. lib. xj.
n l. j. ut leg. no.
o l. minor. in fi. de procur.
p Iaf. l. j. in fin. qui satisf. cog.
q §. sed hodie. Instit. de sat.

Tigni

1 *Tigni appellatio omnem materiam, ex qua ædes constant, continet.*
3 *Tigna à tegendo dicta.*
5 *Communi usu loquendi tigna solent trabes appellari.*
4 *Accurs. lapsus in uerbo, sciscere, quod est confirmare.*

TIGNI.)Legis XII. tabularũ uerba hæc erant, quorum mentionem Festus Pompeius facit: Tignũ iunctũ ædibus, uineæ ue uendicato, nec soluito. Declarat ea Iurisconsultus,†ut tigni[a] appellatione omnis materia, ex qua ædes constant, continea-
1 tur. Vnde tegulæ, lapides, cæmenta, calx, arena, atq; id genus similia, hoc
a l. tigni. ad exhiben.
b l. j. de tig. iuncto.
2 nomine cõprændentur[b]. †Tigna enim à tegendo dicta sunt. Qua ratione & fabri tignarij appellatione, omnes materiarij, murarij,
c l. ferri. j. eod.
3 albariq; significabunt[c]. † Huiusmodi tamẽ interpretatio à cõmuni usu loquendi abhorret: quandoquidem tigna solent trabes appellari, quibus summa domus contegitur: hinc & contignationes dictæ, quorum uocabulorum frequens mentio est M. Vitruuio: ut hinc argumentum colligi possit, posse dictionẽ quamlibet, quoties deriuatio cum ratione legis conueniat, secundum eam accipi, tametsi communis loquendi usus repugnet. Sanè uerborum legis XII. tabul. in iure quoque mentio est, ubi dicitur, quemadmodum
d l. qui res. in fi. de solut. ea lex tignum ædibus iunctũ uendicari posse scisscit, sed interim id solui prohibuit, pre-
4 ciumq; dari uoluit[d].†Quo in loco Accursius, si scit separatim legit, nimirũ ignorans, idem esse scisscere, quod confirmare: unde & plebiscitum dicitur.

1 *Penes se, & apud se rem habere, quomodo differant.*
2 *Hæc duo aliquando confundi.*

CAIVS LIB. XXVII. AD EDICTVM PROVINC.

LEX LXII.

TIgni appellatione in lege XII. tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur.

VLPIANVS.

LEX LXIII.

PEnes te, amplius est, cq; apud te: nã

1 PENES.)†Qui penes se rem habet, plus iuris in ea habere uidet, quàm qui apud se: idem enim est penes se habere, quod penitus apud se, id est, in potestate, iure, dominioq; suo, cùm dictio apud, ad personam uel locum simpliciter referatur: quod & Festus Pomp.
e l. Titia. §. Caius. de leg. ij. probat, & Laur. Valla. Depositarius igitur, cõmodatarius, & colonus apud se habet, dominus penes se[e]: † licet confundi hanc differentiam plerunque animaduerterim[f]. Quapropter si lege indicatur pœna illi, penes quẽ furtiua res reperiatur, putauerim etiam, qui simpliciter sciens detineat, obligari: tametsi ex hoc responso, is non penes se rem habere,
f l. si quis in tantũ. C. unde ui. sed potius apud se dicatur: nec enim uerisimile est legislatorem ad huius tam subtilis differentiæ modulum uerba sua redegisse.

1 *Verbum, testari, quid significet.*
2 *Intestatus tripliciter quis dicitur. & num. 4. & 5.*
3 *Participij natura est, ut potentiam ponat, actum neget.*
6 *An etiam intestabiles, intestati dicantur. & num. 7.*

INTESTATVS.) †Testari uerbum inter alia significat suam sententiam etiam expro-
1 mere: unde testimonium, & testamentũ deducitur: & intestabilis, qui nec testimoniũ dicere, nec testamentum facere[g], ex te-
g l. cum lege. de testa. stamẽtóue aliquid consequi potest.

VLPIAN. LIB. LXVI. AD EDICTVM.

LEX LXIIII.

INtestatus est, non tantum qui testamentũ non fecit, sed etiam is, cuius ex testamento hæreditas adita non est.

apud te est, q̃d quali tercunque à te tenetur: Penes te est, q̃d quodam modo à te possidetur.

2 †Tertio intestatus dici potest etiam is, qui testamentum facere iure non potuit, ut pupillus, & furiosus: & ideo si filio intestato constitutum sit agnatos succedere, pupillo mortuo nihilominus succedent, matremq; excludent: †quoniã cõmuni usu etiam intestabiles
6 intestati dicuntur: idq; aliqui cum Bart. sentire[l]. Sed frequentius in contrariam sententiã itum est, quòd intestati impropriè hi appellentur, nec de hoc cõmuni usu quicquã appareat: uideturq; agnatos in eius, qui testamen-
l Alex. l. generaliter. C. de instit.

tum facere posſit, hæreditatẽ facilius admittendos, ex defuncti præſumpta uolũtate, qui cùm teſtamentũ nullum fecerit, uoluiſſe illis hæreditatem relinquere cenſetur. At in eo, qui etiam ſi aliter diſponere uoluiſſet, nõ potuit, præſũpta nulla pro agnatis eſt uoluntas. Nobis Bart. ſententia potior uiſa eſt, cũ de cõmuni luriſcõſultorũ uſu ex cõpluribus legib. cõſtet[a]: nec præſumpta uolũtas teſtatoris probabilis cauſa differentiæ eſt, cùm lex eam non ſequatur, ſed ipſa legem. Voluntatem enim ſuam ſecundũ leges regere & moderari quiſq; præſumitur: alioquin, ſi quis de facto impeditus teſtari non potuiſſet, agnati fuiſſent excludendi, quod abſurdum eſt. † Sanè dubium nõ eſt, rectè proprieq; de inteſtabilibus dici[b], eos ſine teſtamento, uel etiam ab inteſtato deceſsiſſe, quamuis proprie inteſtati non dicantur.

a l. qui duos. l. Lucius. de uulga. l. diuus. l. credentes. qui pet. tut.

b Alex. d. l. generaliter.

1 *Hæredis appellatio ultra proximum hæredem extenditur.*
Ibid. *Hæredis hæres, teſtatoris quoq; hæres eſt. & num. 5.*
2 *Si ſcripti hæredis mẽtio fiat, ſecundus hæres non cõtinebitur, ex ſermonis proprietate.*
3 *Quoties appellatio hæredis extraneos nõ continet, ulteriores extranei excluduntur. Fallit hoc, ut num. 4.*

VLPIAN. LIB. LXII. AD EDICTVM.

LEX LXV.

HAeredis[a] appellatio nõ ſolùm ad proximum hæredem, ſed ad ulteriores[b] refertur: nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

IDEM LIB. LXVI.

LEX LXVI.

MErcis appellatio ad res mobiles tantũ pertinet.

1 HAEREDIS.) a ¶ † Hæredis appellatio etiam ultra proximum hæredem extenditur[c]: unde ſolemus dicere, hæredis hæredem teſtatoris hæredem eſſe: quod ex proprietate ſermonis, atq; etiam in pœnis procedit, ut apud pleroſq; tractatum eſt[d]. Quapropter cõditio, ut hæredi Titio detur, adimpleri in hærede hæredis poteſt[e]. Hinc & pater iure caſtrenſis peculij rem filij mortui occupans, eius hæres dicitur[f], cui filius ipſe miles iam ſucceſſerat: quod & Põtanus annotauit[g]. Sed & ſi de ſcriptis hæredibus mentio facta ſit, etiam hæredem hæredis contineri, tametſi ſcriptus non ſit, plericq; contendunt[h]. Verùm id ipſe non ex ui uerborum, ſed propter utilitatem receptum eſſe arbitror: quando nulla ueriſimilis affectio magis in ſcripto hærede conſiderari poteſt, quàm in non ſcripto[i]. † Et ideo generaliter ſecũdum hæredem non contineri, ego ex ſermonis proprietate ſentio, quoties ſcripti hæredis mẽtio fit: idẽq; ſi infraſcripti, uel ſupraſcripti dicatur[k]: ſed & ſi ſuum hæredem, uel ipſum quis addiderit, non uideri de hærede hæredis agi aliqui dixerunt[l], quoniam huiuſmodi pronomina ſpecialiter ad perſonam referuntur. Quod ego nõ ſufficere arbitror, niſi alia mentis conjectura concurrat. Vnde cùm teſtator, quiſquis ſibi hæres erit, filio ſuo ſubſtituit, de primo hærede intellexiſſe uidetur, quia illi non parum affectus fuiſſe creditur[m]. Quæ præſumptio in eo ceſſat, qui extranei alicuius hæredibus relinquit: nec enim maiorem obſeruationem priorum habuiſſe, cũ ſequentiũ ueriſimile eſt: quod inferius diffuſius attingã[n]. Cæterum & quoties Titio eiusq; hæredibus uſusfructus legatur, de primo tantùm hærede accipiemus[o], ne proprietas inutilis ſublata conſolidatiõis ſpe reddatur. † Idem eſt quoties appellatio heredis extraneos nõ cõprændit: non enim ulteriores hæredes extranei admittentur, cùm etiam primus reijciat. Hoc autem aliquibus caſibus procedit, † ut cùm Titio hæredibusq; ſuis, donec ipſe uixerit, aliquid legauero: cùm enim uiuentis nulli ſint hæredes, meritò de filijs intelligemus[p]. Idem cùm mentio hæredum fit in materia, ex cuius natura ſit, ut extranei excludantur: ut in emphyteoſi eccleſiaſtica, & feudo[q]. Idem etiam ſi de hæredibus maſculis dictum ſit: uidetur enim ad proprios deſcendentes reſpexiſſe. Sed & ſi iniquũ aliquid ex generali interpretatione ſequeretur, hæredis appellationem reſtringemus: ut ſi quis hæreditatem reſtituere debeat, ſi ſine hæredibus deceſſerit[r]: ut enim conditio aliquando euenire poſsit, de deſcẽdentibus intelligimus, alioquin quilibet extraneus, & tandem fiſcus fideicommiſſarium excluderet. Et eadem ratione, ne extraneos ſubſtituti hæredes cenſeatur teſtator extraneis hæredibus filij ſui, quem prædilexerat, prætuliſſe[s], hæc dictio reſtringetur: non uidentur autem extranei hoc in caſu, qui eiuſdem agnationis ſunt. Quapropter ſi pater filio ſine liberis decedente Titium agnatum eiusq; hæredes ſubſtituerit, euenientе conditione, hæredes Titij agnati non reijcientur, ut Ang. ſcripſit[t], cui aſſentio: ſecus ſi omnino extranei ſint.

c l. fin. C. de hæred. inſtit.

d Iaſ. l. ſi quis filium. §. fin. de acquir. hære.

e l. cum ita. in fin. de cond.

f l. j. de caſtren. pecul.

g Rom. ſingul. 602.

h l. j. C. quorum lega.

i Corn. conſil. 69. in iiij.

k Bart. l. qui liberis. §. j. de uulg.

l Old. cõſil. 21. Bal. 304. in 5.

m d. l. qui liberis.

n l. in animalib. C. de leg.

o l. antiquitus. C. de uſufr.

p l. in ſuis. deliber. & poſth.

q c. fi. ſi de feud. fiu. cont. inter dom.

r l. ex facto. in fi. ad Trebel.

s Bart. d. l. Gallus. §. etiam.

t d. §. etiam.

b ¶ VIteriores.) † Etiam per longiſsimã ſucceſsionem, ut alibi dicitur[u]: unde & pontifex Romanus Petri ſucceſſor dicitur, cuius maximo numero alij medij interceſſerint[x].

u l. qui per ſucceſſ. j. tit. j.

x c. j. de homicid. in 6.

1 *Mercem de rebus mobilibus dici.*
2 *Mercatus à merce dictus, uel potius à uerbo mercari.*
3 *Mercatores & artifices qui dicantur.*
4 *Mercatores officium habere dicuntur.*

MERCIS.) † Mercem de rebus mobilibus dici, ita ut uenalitij ſerui non comprændantur, uarijs locis proditum eſt: qua ratione de facto conſultus Alexander[y], non eſſe abſurdum reſpondit, ſi legem municipalem, quæ à ſocio initum mercatum ratum haberi mandat, de re tantùm mobili intelligere mus: † quandoquidem mercatus à merce deducitur: per locum ergo, qui à coniugatis dicitur, ubi merx non eſt, ibi nec mercatus. Sed ipſe à uerbo mercari potius trahi id nomen

y Cõſil. 36. in 4

crediderim: quod uerbum ſimpliciter emere plerũq; ſignificat, atq; ita uulgaris loquendi uſus ſeruat: † inde enim & mercatores dicuntur[a], qui res emunt, quas in eadem ſpecie carius uendant. Nam qui emũt, ut ipſi in aliã formã uertãt, quia manuum operam adhibent, artifices ſunt. † Mercatores autem ipſi non artificiũ facere, ſed officiũ habere dicuntur, ſi uera Bar. ſentiſt[b]: tametſi nemo dubitet, exercitiũ utriuſq; commune uerbum eſſe.

3 *a Rom. l. ſi publicanus. §. j. de pub.*

4 *b Bart. tract. de teſte. uerſ. 62.*

IDEM LIB. LXXVII. AD EDICTVM.

LEX LXVII.

ALienatum[a] nõ propriè dicitur q̃d adhuc in dominio uenditoris manet: uenditum tamẽ periculo emptoris pereat: & ita ſe habet omnium ferè conſenſus[n].

1 *Alienare quis dicatur.*
2 *Vendens rem, ante traditionem alienaſſe non dicitur.*
3 *Ex duobus emptoribus is, cui prius res tradita eſt, præfertur.*
4 *Si ius aliquod ex uenditione transferatur, cenſebitur alienatũ.*
5 *Qui pignorat, alienare dicitur.*
6 *Emphyteota uendens emponemata inconſulto domino, ante traditionem à iure ſuo non cadit.*
7 *Ante traditionem uenditio perfecta non eſt.*
8 *Donatio & generice & ſpecificè accipitur.*
9 *Donatio ſub conditione, quando propriè dicatur donatio.*
10 *Donatio propter benemerita, quando propriè donatio.*
11 *Quicquid ultra precium receptũ iuſti ualoris eſt, propriè donatum cenſetur.*
12 *Donationis uerbo an legatum contineatur.*
13 *Donatio cauſa mortis ex Homeri carmine inducta.*
14 *Reſtitutus locus Inſtit. de donat. in prin.*

1 ALIENATVM.) a ¶ † Alienare dicitur,
2 qui ius aliquod dominij transfert: † ſed qui rem uendit, antequam tradat, nullum ius dominij transfert (traditionibus enim dominia rerum transferuntur[c]) meritò non dicitur alienaſſe, cùm ſola perſonali actione poſsit conueniri. † Et ideo ex duobus emptoribus, is, cui prius res tradita eſt, præfertur[d]. † Si igitur aliquod ius ex uenditione
4 transferatur, cenſebitur alienatum, nec lex noſtra procedet: ueluti in eccleſia emente, cui ex priuilegio competit, ut abſque traditione in eam tranſeat dominium[e]. Idem in principe uendente, ut aliqui exiſtimauerũt[f]. Sed & ſi emptoris nomine poſsidere ſe uenditor conſtituerit, dubium non eſt eſſe alienatum: per huiuſmodi enim conſtitutionem poſſeſsio uera transfertur[g]. Idem ſi ſpecialiter rem uenditam pro contractus obſeruatione uenditor hypothecæ obligauerit[h]: dicitur enim alienaſſe: † quandoquidem qui pignerat, alienare dicitur[i]. In generali autem obligatione bonorum de his, quæ uenduntur, actum non uidetur, utpote quæ non obliganda à uenditore, ſed tradenda ſunt[k]. Et
6 ex hac lege argumentum colligitur, † emphyteotam, qui emponemata inconſulto domino uendidit, ante traditionem à iure ſuo non
7 cadere[l]: nam & uendere cum effectu accipi debet: † ante uerò traditionem uenditio omnino perfecta non eſt[m], licet tum quoque res

c l. traditionib. C. de pact.

d l. quoties. de rei uend.

e l. fin. C. de ſacroſan. eccle.

f Iaſ. d. l. quoties.

g l. quod meo. de acqu. poſſ.

h But. conſ. 34.

i l. fin. C. de rebus alien.

k Rom. ſingu. 605.

l l. fi. C. de iur. emph.

m §. uenditæ. Inſtit. de rer. di.

n l. quod ſæpè. §. ſi reſ. de contrab. empt.

9 b ¶ §. DONATIONIS.) † Donationem generale nomen eſſe pleriq; autumant, & ideo ſub ſe continere etiã cauſa mortis donationem, & quaſcunque alias. cùm uerò ſpecialiter accipitur, propriè eã donationẽ ſolùm dici, quæ pura eſt, & protinus ſine ſpe recuperãdi dñium tranſfert[o], & de hac in dubio, ſiue in di ſpoſitiõe hominis, ſiue legis accipiendum. Quapropter qui filio permittit, ut donare poſsit, nec cenſetur de ea donatione ſenſiſſe, quæ cauſa mortis fit[p]. Sed hanc ego declarationem nõ probo, quæ legẽ noſtrã coarctat, & nos dubios relinquit, quãdo in ſpecie uel genere dictio hęc ſit accipienda. Donationis igitur uerbum quamlibet donationem comprændere exiſtimo, ut hîc dicitur, ſed diuerſis temporibus, diuerſo modo. † Nam quæ 9
ſub conditione collata eſt, poſt euentum conditionis propriè donatio fuiſſe cenſenda eſt: ante euentum, propter dubietatem, impropriè. Quæ uerò ſub conditione reſolui poſſet, ut in mortis cauſa donatione, ubi ſpes reſolutionis nulla ſubeſſe amplius poterit, & ipſa propriè fuiſſe donatio cenſebitur, interim non: & ideo conceſsio patris non uidetur ad eam trahenda, niſi ex eius uerborum magna generalitate, uel ſimili ratione aliud præſumamus[q]. † Sed & donatio propter benemerita eatenus propriè fuiſſe donatio exiſtimabitur, quatenus iuſtam remunerationis mercedem excedit[r]: quod & in qualibet remuneratione dicendum eſt[s], quæ modico precio facta proponatur[t]: † quicquid enim ultra precium receptum iuſti ualoris ſupereſt, propriè donatio cenſebitur[u]. Idem in indebito quod ſciens ſoluerit. Et ex his conſequens eſt, ut ſolennitates, quæ aliqua conſtitutione in donationibus requiruntur, etiam in prædictis ſpeciebus neceſſariæ ſint[x], ne quatenus diximus ueram eſſe donationem, contractus irritetur[y]. † Sanè & donationis appellatione etiam legatum contineri dubium non eſt[z]: quod procedit, ſi effectum conſideremus: uſus enim ſeparatam eſſe ſpeciem obtinuit. † Donationẽ autem cauſa mortis ex Homeri carmine inductam Marcellus Iuriſconſultus[a] cenſuit: apud eum enim Odiſſe. ρ. Telemachus ſic donat Piræo. Eius carmina ſunt:

Τὸν καὶ Πείραιος πρόσθεν πρὸς μῦθον ἔειπεν·
τηλέμαχ' αἴψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας.
ὡς δὲ καὶ ὣς ἀκρήεμνα, ἄδην μηλέα δ' ἔδωκε.
τὸν δ' αὖ τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Πείραι, ὁ γάρ τ' ἰδμεν ὅπως ἔσαι τάδε ἔργα,
εἴκω ἐμὲ μνησῆρδε ἀγαίεσθαι γὲ μιγαρόνδε

o l. j. §. de donat.

p l. filius. uerſ. ſed enim. de donat.

q Corn. conſil. 237. pen. col. in iiij.

r Imol. l. Aquilius. de don.

s Alex. cõſil. 21. in iij.

t l. nõ amplius. de leg. j.

u l. quod ſi adipiſc. de do. int. uir. Calca. conſil. 24.

x Imol. d. l. j.

y Cal. d. conſ.

z l. legatum. de leg. iij.

a l. j. de donat. cauſa mor.

λάθρη κτείναντὸν πατρῴα ταῦτα δάζονται,
αὐτὸν ἔχοντά σε βόλομ' ἐπαυρέμεν, ἤλυθε γὰρδε.
εἰ δέ κ' ἐγὼ τότοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
δὴ τότε μοι χαίρουσα φρὴν πρὸς δώματα χαίρῃ.

Hoc sermone uirũ Piræus cõmonet ultro, Telemache ad nostras famulas agè dirige sedes, Vtti bi quę dederat Menelaus dona reportent. Ad quẽ Telemachus sapiens ita farier orsus: Pirę haud equidem hęc possum dignoscere facta, Nanque procisi me spacioſa per atria furtim Occîdant, rapiantq́ sibi patrimonia fortes, His te malo frui donis, q̃ quemlibet horum. Quòd si illos fato merita & mulctauero morte, Tum mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.

14 †Quorũ carminũ eò libentius mentionẽ feci, quòd & in Institutionib. corruptus locus ille pro Pyrẽo Pyrrhũ habet, relicta insigni lacuna, quam hisce carminibus replendam duxi.

1 *Arbitrorum duo sunt genera, arbitri & arbitratores.*
2 *Seruus nec arbiter nec arbitrator esse potest.*
3 *Lex seruos ad ea, quæ iuris sunt, non admittit: & quare.*
4 *Arbitria quomodo iuris esse dicantur.*
5 *Deportati arbitratu an aliquid committi possit.*
6 *Excommunicatus arbitrator esse non uetatur.*
7 *Excommunicatus ab omni iudiciario actu repellitur, præterquàm si se defendat.*

1 ILLA VERBA.) †Arbitrorũ duo sunt genera: nam alij ex compromisso adeuntur[a], quorum sententiæ metu pœnæ paretur: alij, quos arbitratores uulgò appellamus, sunt qui tanquam boni uiri arbitrari & constituere aliquid debent, iuris dispositioni minimè obnoxij, nec cõminatione pœnæ formidabiles: quorum sententia magis transactioni, q̃ iudicio conformis est[b]: uidentur enim partes transigere arbitratu illius, cùm priores arbitria sua instar iudiciorum dirigant, & non
2 multum ab ordinarijs differant[c]. †Igitur in prima specie indubitati iuris est, seruum arbitrum esse non posse: sed nec arbitratorem[d] Vlpianus ex cõmuni omnium expositione hîc existimauit: quoniam illa uerba, arbitratu Titij fieri, ad ius referuntur. †Lex autem
3 non censuit ad ea, quæ iuris sunt, seruos admittendos, tum quòd in personam serui ius residere nequit, sed merũ factũ[e], tum quòd quo ad ea quæ iuris ciuilis sunt, serui pro nihilo habentur. Sed dubiũ est, quomodo huiusmodi uerba ad ius referantur: arbitrari enim uidetur facti esse. † & Accursius ideo arbitria iuris esse existimauit, quoniam non ni
4 si in legitimã personam compromitti queat: itemq́ quia arbitrator tanquam bonus uir iudicare debet: quę ratio mihi magis placet: q̃uis enim secundum iuris tramites incedere omnino arbitrator non compellatur, tamen

a l. societatẽ. §. arbitrorũ. pro socio.
b c. quintauallis. de iureiur.
c l. j. de arb.
d l. Pedius. de arbit.
e §. sed cum factum. Instit. de inutil. stip.

IDEM LIB. LXVIII.
LEX LXVIII.

ILla uerba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius significant, & in seruum non cadunt.

IDEM LIB. LXXIII. AD EDICTVM.

ex bono & æquo decidere negociũ debet, ut effectus iuris ex eius sententia oriatur: meritò hoc officium in seruum hominem conferri nõ debuit. † Sed quid in deportato, an eius 5
arbitratu aliquid committi potest? & omnes sentiũt posse[f], nisi anteq̃ deportaret, mandatũ sibi fuerit: uidentur enim partes propter status mutationẽ mãdatum reuocasse[g]: quod tamẽ in testatore, qui electionẽ aliquam Titij arbitratu fieri iusit, nõ procederet[h]: cùm enim is testator mortuus sit, fingi non potest reuocasse mandatum. † Sed & quod in deportato diximus[i], ad excõmunicatum quoque communi calculo producitur, ut quò minus arbitrator sit, nõ censeatur prohibitus: quod intellige, nisi ex municipalibus statutis iudicialem aliquam formam arbitramenta habeãt: † ab omni enim iudiciario actu, præterquam si se defendat, excõmunicatus repellitur[k]. Idem si arbitria hæc paratã habeant executionem: uidentur enim iudiciorum instar tunc obtinere.

f l. cum pater. §. hæred. delegat. ij.
g l. cum quis. de solut.
h l. ex facto. §. quis rogatus ij. ad Trebel.
i Bart. l. si arbitratu. de uerb. oblig.
k c. ad probandum. in fin. de re iud.

1 *Facti species ad hanc legem adaptatur.*
2.3 *Hæc uerba, Cui rei dolus malus aberit, dupliciter accipi.*

HAEC VERBA.) †Finge: Promisisti mihi aliquid per stipulationẽ, & ab ea stipulatione dolum malum abesse: cui rei, nisi dolus malus abfuerit, promisisti centum: declarat Iurisconsultus † hæc uerba generaliter accipi: quod duobus modis explicari potest. Etenim respectu personarum stipulatio hæc generalis est, quia non solùm factũ suum hæredumq́ promisisse contrahens uidetur[l], sed etiam cùm stipulatio pœnalis sit, factum extranei[m]: & ita frequentius proditum est, licet dissentiente Bartolo: nam & cùm quis Titiũ daturum & facturũ promiserit (quamuis stipulatio non ualeat, quia factum alienum uidetur promisisse) si tamen subdiderit, dolum malum abesse, abfuturúmue esse, nõ simplex abnutiuum promissum lex interpretatur[n], ne corruat stipulatio, sed potius ex præcedentibus curaturum eum promisisse intelligit, quod Titius dabit & faciet: alioquin stipulator deceptus remaneret. † Cæterum respectu 3
quoq́ rei ipsius stipulatio generalis est, quoniam dolus uox est generalis, dolum uerũ & præsumptũ cõtinens, sed & latissimã culpã, & plerũq́ latiorẽ[o]. Fraudẽ quoq́ dolo inesse Labeo ait, qua de re infrà latius disputabo[p].

1 *Hæredis appellatio proximum tantum continet in stipulatione impuberis: & quæ sit huius exceptionis ratio.*
2 *De Sentia familia Romæ.*
3 *Lex Aelia Sentia.*
4 *In lege Aelia Sentia filius hæres tantum proximus potest libertum paternum ingratitudinis accusare: huiusq́ ratio traditur.*

l l. nouissima. iudic. sol.
m l. stipula. ista. §. si quis dolum. de uerb. oblig.
n l. inter. 5. de uerb. oblig.
o Bart. l. quod Neruа. dep.
p l. iuris gent. § sed si. de pact.

5 *Operarum duplex species, officiales scilicet & artificiales.*
6 *Patrono operas sibi præstare stipulanti, talis stipulatio ad hæredes hæredum non transit.*
7 *Obsequialis reuerentia, operæ fabriles, ad hæredem hæredis transeunt.*
8 *Quid obtineat in officialibus operis.*
9 *An in casibus quibus testator mẽtione hæredis facta de filio censetur intellexisse, eundẽ requiratur hæredẽ esse.*
10 *Verba hæc, Is ad quem ea res pertinet, quid importent. & num. 12.*
11 *Personalis actio ad particularem successorem non pertinet.*

SCIENDVM.) Superius diffuse uidimus hæredum[a] appellationẽ per multas successiones accipi, declarauimusq́ quomodo hoc intelligendum sit: hîc uerò prosequitur Iurisconsultus tres casus, quibus ea regula non procedit.

1 a ¶ †Substitutione impuberis.) Sed quæ ratio est, quòd hoc casu à regula recedimus? & alibi dicitur, hæredis hæredem non admit
b l. qui liberis. §. j. de uulg. ti[b], quia ex iudicio testatoris nõ uenit: per huiusmodi autem substitutionem hi demum uocati uidentur, quos affectione aliqua testator prosequitur. Quæ ratio ut uera sit, indiget tamen secretiore doctrina, quæ hîc unico uerbo attingitur: cùm enim huiusmodi uerba de certa persona intelligi possint, non debent extendi, ut incertas quoq́ contineant. Cùm ergo hæres aliquis instituitur, siue etiam seruus, siue filiusfamiliâs sit, non debet intelligi de hærede hæredis, qui ipsi testatori incertus est. Eodem modo nõ intelligemus de patre aut domino, cùm potuerit filiusfamiliâs emancipari, & seruus uel manumitti, uel uendi, quo causa hæreditas patri aut priori domino lucrifacta non esset: non ergo uerba testatoris accipiemus, ut ad incertos hosce casus porrigantur, sed ut eas tantùm personas contineant, de quibus nominatim actum est.

2 b ¶ Item in lege.) †Sentiam familiam Romæ fuisse, ostendunt Sentius Gallus, & Sentius Augurinus, quorum in epistolis meminit Cæcilius Plinius, & etiam Sentius Saturninus Vetulio apud Valerium Maxi. libro
3 VIII. †Igitur Aelius Sentius legem tulit, quæ ab eius nomine Aelia Sentia appellata est. Cuius Cicero in Topicis, & Boëthius mentionem faciũt: ea plurima capita habuit, quæ hîc referre non attinet.

4 c ¶ †Hæres proximus.) Interpretatio hæc ex uerbis legis descendit: cùm enim filiũ hæredem proximum dixerit, consequens est, de eo intelligi non posse, qui post aliquas successiones sit hæres. Placuit autem legislatori hanc ingrati accusationem coarctare, quæ tanquam libertatis peremptoria odio non caret, quod etiam libro historiæ XIII. Cornel. Tacitus tradit, unde non nisi proximo hæredi[c], eidemq́ filio, id iuris concessum est, cùm etiam si proximus hæres non sit, bonorum possessionẽ contra tabulas liberti filius impetret[d]: nec enim id beneficiũ ita odiosum est: nã & qui manumittere compulsus est[e], ingrati actionẽ nõ habet, & tamẽ præ tertius contra tabulas possessionem petit[f].

d ¶ Idẽ dicitur.) †Operarũ duplex est species, quę officiales dicũtur, & quæ artificiales[g]: illę personã patroni respiciunt, cui officiosum esse libertum naturalis ratio admonet, ut patronum comitari, cantu, sono, saltatione oblectare, suntq́ huiusmodi ut plurimum incertæ: hæ uerò ad artificium pertinent, inde operæ pictoriæ, fabriles, & si quæ similes, & sunt plerunq́ certæ, quia sub certo numero solent promitti: alioquin incerta promissio arbitratu patroni secundum consuetudinem, aut qualitatem liberti, declarabitur. Quæ autem exercitium aliquod, assiduitatemq́ nõ complectuntur, ad obsequium attinent, nec operarũ nomen habent. †Igitur si patronus operas sibi præstari stipulatur, regula est, ut ad hæredes hæredum talis stipulatio nõ transeat[h]. †Obsequialis tamen reuerentia ad hæredem hæredis transmittitur[i]. Idemq́ in his operis fabrilibus, quarum æstimatio hæredi ex iudicato præstanda fuit: eius enim hæres rectè eam pecuniam petet[k]. † In officialibus uerò operis hæc non procedunt, quoniam hæ ad extraneos hæredes regulariter non transeant[l], sed ad filios tantum, etiam si non sint hæredes[m], & ideo parum refert, quota parte hæredes sint instituti[n]. Atque ita hanc materiam ego extrico, licet alij aliter. Sed hic quæri potest, † an in casibus quibus testator mentione
9 hæredis facta de filio censetur intellexisse, eundem requiratur hæredẽ quoq́ esse? & in cõtractibus dubium nõ est, filium nõ admitti, nisi sit hęres: quapropter si quis sibi & filijs & hæredibus emphyteosim stipuletur, nisi filius sit hęres, excludet[o]. In testamentis quoq́ idem crebriore calculo responsum est, in ea specie, cùm testator filio, si sine hærede moretur, substituisset: nõ enim sufficit, si filiũ reliquerit, nisi si quoq́ hæres sit: quod & in eo casu Paulus Castrensis respondit[p], cùm filio sine liberis moriente Titius & eius hæredes substituti sunt: non enim ad fideicommissum Titij filij admittentur, nisi hæreditatem pa-

c §. illud. in Authen. ut lib. de cæte.
d l. si filius. §. Paulus. de bo. lib.
e l. ij. C. de ope. lib.
f l. j. C. de bon. poss. contra tabul. lib.
g l. & si non. §. libertus. de cõ dict. indeb.
h l. cum patronus. §. j. de ope. lib.
i l. sed si hac. §. liberos. de iniust. uoc.
k l. qui libertinus. §. pen. de ope. lib.
l l. fabriles.
m l. si operarũ. eod. tit.
n l. ut ius. §. fin. eod. tit.
o Bart. d. l. ut ius. §. fin.
p l. ex facto. §. si. ad Trebell.

a Paul.l.gallus. §.j.

tris adiuerint[a]. Sed quid si legitimi hæredes uocati sint? & cùm de his intelligatur, qui intestato succedunt, fortè etiam si Titio hæredes non fuerint, admittent, ne testator uidea tur fideicõmissum Titij arbitratui reliquisse, q̃d infrà attingam.

f ¶ §. VERBA hæc.) †Quoties in lege hæc uerba reperiuntur, considerandũ est ob quã causam sint adiecta: nam si prætor actionẽ puta redhibitoriam emptori, eiq̃, ad quẽ ea res pertinebit, daturũ pollicet, de particulari successore intelligi nõ poterit, sed de uniuersali tãtum, ut hîc dicitur: †personalis em actio ad particularẽ successorem nõ pertinet[b]. Quòd si de ea quæ in rem scripta, uel simpliciter in rem sit, loquatur, tunc aliud erit[c]: idemq̃ cùm etiã particulari successori ut succurratur, eadẽ æquitas suadet[d]: sed & in iure excipiendi dubium non est, quoniam id ad quemcunq̃ indistinctè transit[e], ut etiam si beneficium sit personale, nihilominus eo, cui concessum est, uiuente, donatario proficiat[f]. †Accipient igitur hæc uerba ex subiecta materia interpretationem, alioquin ex sui proprietate successorem particularem comprændere putauerim: ad eum enim etiã pertinet, nedum ad hæredem. Quòd maximè erit obseruandum, si materia sit fauorabilis, ut beneficia principum, uel additum sit generale pronomen, quicunq̃, & similia, quæ de nomine successoris recentiores tradiderunt[g]. Sanè quæ iura successoribus particularibus dentur, quæ'ue contra eos competant, latior est articulus, quàm ut hîc perstringi possit[h].

b l.sciendum. §. deinde. de æd.
c l.si Titius. §. si quis tert. de aqua plu.
d l.his uerbis. de adopt.
e l.ait prætor. de iureiur.
f l.si tibi. §. pactum. de pact.
g Iaf.l.quædam. §. j. de edend.
h Bartol. d. §. si quis tertius.

1 Capere uerbum ad acquisitionis effectum pertinet.
2 Capere non uidetur, qui restituere cogitur.
3 Capere dicuntur filius fam. & seruus, quamuis restituere teneantur.
4 Qui accipit, non semper acquirit.
5 Capere quandoq; dicitur, qui aufert.
6 Accipimus aliena autoritate, capimus nostra.
7 Legatarius fundum à testatore accipit.
8 Verba cum effectu accipienda.
9 Qui acceptum erogat, non capit.
10 Peruenit, quod remansurum est.
11 Cautio, his rebus rectè præstari, conuento rei uendicatione & emptori securitatem præstat.
12 Rectè, periculum & damnum excludit.
13 Pro sui defensione cautio interponi potest.
14 Cautio stipulatoria, emptioni indomitorum boum, apponi solita.

i l.non uidetur quisquã. j. tit. j.

non lõga successione effectus. ¶ Verba hæc[f], is ad quẽ ea res pertinet, sic intelligũtur, ut qui in uniuersum dominiũ uel iure ciuili, uel prętorio succedit, cõtineatur.

VLP. LIB. LXXIX.
LEX LXXI.

ALiud est capere[d], aliud accipere: capere cum effectu[b] accipitur: accipere & si quis nõ sic accepit, ut habeat. Ideoq̃ non uidetur quis capere, q̃d est restituturus[i]: sicut peruenisse[c] propriè illud dicitur, quod est remansurum. ¶ Hæc uerba[d], his rebus rectè præstari, hoc significãt, ne quod periculum uel damnũ ex ea re stipulator sentiret.

k l.si is qui. de uulg.
l l.cepisse. j. eo.
m l.naturalis. §. j. de præscri. uerb.
n l.j. de fid. tu.
o Mod. d.l. ma uidetur.
p Bart.l.cen sorio. iij. col.i uulg.
q Iaf.l.j. §. fi. quod quisq; iuris.
r l.ciuitatib. in fin. de leg.j.
s l.nõ amplius. de leg.j.
t l.si ipsa. quod met. cauf.
u l.peruenisse. cod.

c ¶ Peruenisse.) †Propria hæc huius uerbi est significatio, ut id quod remansurũ est, peruenisse dicamus[t]: licet plerunq̃ ex subiecta materia aliter etiam non impropriè interpretemur, quod alibi attingam[u].

d ¶ §. HAEC uerba.) †Quod conuentus rei uendicatione propter eam rem alteri promisit, ut ab actore indemnis seruetur, ita cautionẽ accipit, quas res tibi tradidero, pro his rebus rectè præstari spondes? quam cautionem etiam emptor recipit[x], qui redhibitoria aduersus uenditorẽ experitur, si eius rei nomine, quæ redhibenda est, alteri aliquid soluere damnatus est[y]. †Interpretamur enim rectè, id est, tutò & securè, hoc est, sine periculo & damno. Periculum autem ad personam, damnum ad res seu pecuniam referri Accursius credidit. † Hincq̃ argumentum accipitur, pro sui defensione cautiones interponi posse. Quare si malè ab aduersario tuo metuis, licitum erit iudicem adiri, qui eum ex officio cõpellet, ut caueat, per se non fieri,

x l.ipsi. de reiuend.
y l.redhibere. §. cauendũ. de ædil.edi.

a Mod. l. si super. C. de trãsact.

fieri, ut uis aliqua tibi inferatur[a], idq̃ etiam sub pœna, & datis fideiussoribus. Sanè & M. Varro Rei rusticæ libro II. solitos tradit eos, qui indomitos boues emunt, sic stipulari: †Illoscе iuuencos sanos, deq̃ pecore sano esse, noxisq̃ solutos rectè præstari spondes? atq̃ hanc formã M. Manilij actionib. contineri, quæ uerba hoc ex responso interpretationem recipiunt.

1 Quod de re quapiam constituitur, de qualibet eius parte constitutũ censetur.
2 Totũ non propriè de parte dicitur.
3 Fundus quandoq; de parte dicitur, communi tamen & indiuisa.
4 Argumentum de parte ad totum ualet.
5 Pars trifariam dicitur.
6 Generalis enumeratio æquiualet particulari omniũ partium.

PAVL. LIB. LXXIII.
LEX LXXII.

APpellatiõe rei, pars etiam continetur.

VLP. LIB. XXX.
LEX LXXIII.

HAec uerba in stipulatione posita, eam rem rectè restitui, fructus continent: rectè enim uerbum, pro uiri boni

1 APPELLATIONE.) †Quí de aliqua re quicquam constituit, ut de domo, insula, fundo, de qualibet eius parte constituisse intelligitur, & id quidem propriè, sicut in genere species, in maiori summa minor continetur. † Alioquin quæ uox totum significat, propriè de parte dici nõ potest: quare si quis de domo loquatur, aut insula, de toto, non de parte locutus intelligetur[b]. †quapropter si testes actoris fundum ab eo possideri dicãt, de integro accipiat, nisi alij testes omnino prioribus æquales, idem de eo dicãt: tunc enim, ut à periurio soluantur, fiet interpretatio tam actorem, quàm reum eum fundum cõmuniter pro indiuiso possidere[c]: atq̃ id plerisq̃ omnes tradidere. † Sanè hinc colligitur, de parte ad totum ualere argumentum[d]: quod uerum est, nisi alia ratio sit in toto, q̃ in parte. † Pars autem tripliciter accipitur, quædam numeralis, alia integralis, alia quota. Exempli causa, tres arithmetica pars est nouem[e]: ususfructus pars integralis dominij est, sicut paries, domus: at triens, quadrans, semis, quota pars est assis. †Percipitur etiam alia hinc regula, nimirum idem pollere generalem enumerationem, quod particularem omniũ specierum[f]: quod ita intelligimus, dum sub generali sermone ea nõ accipiamus, quorum specialem mentionẽ fieri opus est[g]: etenim dubium nõ est de generali sermõe multa accipi uariis exrationibus, quas hîc referre nimiæ curiositatis esset.[h]

b l.Titia. §. j. de leg. ij.
c in l. si duo. uti possid.
d l.quæ de tota. de rei uend.
e Bart. l. si mater. §. si inter. de exc. rei iu.
f l.omnes. C. de præscri. xxx. annorum.
g l.quod trãslatum. de off. lc.
h Rom. §. de uiro.

1 Restituendi uerbum simpliciter in stipulationibus positũ, fructus non continet.
2 Rectè ad iustitiam causæ, ritè ad solennitatem refertur.
3 Causæ cognitio recta, omnem quæstionem continet.
4 Rectum est, quod ritibus traditur.
5 Rectè, uerborum: uerè, sententiæ excludit uitium.

1 HAEC VERBA.) †Restituendi uerbum ad fructus quoq̃ pertinere, suprà ostensum est: quare cùm Iurisconsultus in hac stipulatione fructus cõtineri, propter dictionẽ, rectè, sentiat, uidetur in stipulationibus id uerbum simpliciter positũ, fructus non cõprænderе[i], quod Iacobus & Oldradus sentiunt.

i l.in condem. §. j. ff. j.

arbitrio est.

PAVLVS LIB. II. AD EDICTVM AEDIL. CVRV.
LEX LXXIIII.

SIgnatorius anulus ornamenti ab pellatione nõ continetur.

IDEM.
LEX LXXV.

REstituere uidetur is, qui restitutum, id est, solennitatem[k]. †Atque hinc aliqui existimauerunt, si iudici demandatũ sit ut cognoscat, an Titius rectè captus sit, non posse eum discernere, an feriato licito'ue tẽpore sit captus, sed an iusta causa subesset, propter quam capi debuerit. Quæ decisio prudentib. uiris meritò displicet: demandantis enim mens fuit, omnem quæstionem cõmittere. Et Iurisconsulti differentia hac nimis subtili abutuntur, & doctissimi grammaticorum aliter tradiderunt. Varro: Ritè à ritu, nam quod secundum ritus fit, id ratum & rectum est. Priscianus: †Ritè pro rectè, quia nihil traditur ritibus, nisi quod rectũ esse credatur. Donatus: †Rectè dicitur, quod nullo uitio uerborum dicitur. Verè, ad rei seu sententiæ ueritatem refertur: hinc Terentius in Adelphis, Rectè & uerè dicis.

Sed ita generaliter suprà sequutus nõ sum: quãuis enim ex huiusmodi contractus forma fructus debeant, uerbum tamen rectè, non parui momenti est, cùm deberi eos arbitrio boni uiri ostendat. † Sanè hinc probat dictionẽ hanc rectè, ad iustitiam causæ referri, sicut ritè ad

k Bart. l. lecta. ff cert. pet.

1 Signatorius anulus quid.
2 Plurimus signatorij anuli usus apud ueteres.
3 Signatorius anulus inter ornamenta non refertur.
4 Quinq; aurei hodie non leuis summa.

SIGNATORIVS.) †Signatorius anulus est, qui charactera, id est, sculpturam habeat, quo utimur, ut signum imprimamus[l]. †Erat autem id genus anuli plurimo in usu apud antiquos: nam propter multitudinem seruitiorum recluſa omnia, obsignataq̃ à dominis tenebantur, sicq̃ à rapina, ut Plinius inquit, uendicabant. †Cũ ergo huiusmodi non ornamẽti causa, sed custodiæ principaliter fierent, meritò appellatione ornamentorũ non cõtinebant[m]: quod maximè in his procedit, qui leuis precij essent, utpote aureos quinq̃ nõ excedentes, & ita iure cautũ est[n]. †Sed hãc ego summã hodie leuẽ nõ arbitror, idq̃ propter nostrorũ temporũ paupertatẽ: nam constat ueteres Romanos fuisse ditissimos.

l l.ad testium. §. pen. de testa.
m l.arg. §. ornamenta. de auro leg.
n l.diuus. de bo. eorum.

1 Restituit, qui rem retrò statuit.
2 Propriè restituimus accepta.
3 Maritus tum datam tum acceptam dotem lucratur.

RESTITVERE.) †Restituere, est retrò statuere, id est, in eum casum rem consti

tuere, in quem fuisset, si nihil aduersus quod facienda esset restitutio euenisset: de quo uerbo latius suprà attigimus. Generalius autem est, quàm reddendi: reddit eñ qui retrò dat, id est, transfert dominium: at restituere etiam ad facta pertinet.

2 †Propriè autẽ restituere dicimur, q̃d accepim⁹: quapropter si lex dicat, soluto matrimonio marituꝰ tertiã partẽ dotis restituere debere, reliquã lucrari, de dote ꝺata intelligeť, nõ de promissa[a]. †Sed id ego non ꝓbo, cùm nulla ratio sit, cur promissam minus lucrari debeat, q̃ꝫ datam: & restituere satis dicit[b], qui actionẽ remisit, rẽq̃ꝫ in eum casum constituit, ac si promissa nõ esset: atq̃ ita Salic.[c] censet, nec omisit Iason[d].

3 *a Ang. consil. 158.*

b ĵ. l. seq.

c Sal. l. si const. C. de don. ante nupt.

d Ias. rub. sol. matr.

1 *Dat propriè qui rei dominium transfert.*
2 *Qui permutat compensátue, dare dicitur.*
3 *Qui remittit, acceptumq́; fert, dare dicitur.*
4 *Conditiones adamußim implendæ.*
5 *Remißio ultra quingentos aureos insinuanda.*
6 *Qui remittit sine aliquo commodo, iure non dicitur dare.*
7 *Facilius quis inducitur ad remittendum, quàm dandum.*
8 *Parata pecunia solutiõis, facit remißionẽ dationi æquiualere.*

1 DEDISSE.) † Quãuis uerbum dare propriè de eo intelligatur, qui per traditionem dominiũ transfert[e], † tamen interpretatione legis etiam qui permutat, uel compensat, dare dicitur[f]. Vnde homo liber sciens qui tanq̃ꝫ seruus ueneat, emptori tenetur, non solùm in eo, quod datũ est[g], ut uerba legis indicant, sed etiam quod ea causa permutatũ, uel compensatum fuit. †Nam & qui remittit, seu accepto fert, dare dicitur[h]: æquiparantq̃ꝫ Iurisconsulti dantem accepto ferenti. q̃d procedit etiã in cõditionibus, † quę ad amussim implendæ sunt[i]. & quamuis ex ui sermonis qui remittit, nõ det, cùm tamen uerba omnino non repugnent, propter effectum lex dedisse interpretatur[k]: † qua ratione remissio, quæ ultra quingentos aureos transfert, insinuatione indiget[l], idq̃ꝫ cõmuniter approbat. † Quandoq̃ꝫ tamen non fit huiusmodi interpretatio, ut cùm per remissionem nihil iuris seu cõmodi acquiritur[m]: uel aliam ob causam quis remittit, quàm ut donet: uel cùm debitũ quod remittitur, liquidò non apparet[n]: id enim facto magis, quàm dationi accedit: nam & quandoq̃ꝫ donare licet[o], remittere non licet, ut quia lex extorqueri remissionem præsumat: † quia facilius inducitur quisq̃ꝫ, ut remittat, quàm ut det[p], quod & Bart. annotauit[q]. †Sanè cùm pecunia solutioni præparata est, remissio alia quoq̃ꝫ ratione uim dationis habet, quòd uidelicet lex restitutam fingit, & incontinenti rursus datam[r].

2 IDEM. LEX LXXVI.

DEdisse intelligẽdus est etiam is qui permutauit uel compensauit.

IVLIANVS. LEX LXXVII.

FRugem pro reditu[a] appellari non solum quod frumentis aut leguminibus, uerum & quod ex uino, uel syluis ęduis, cretifodinis, lapicædinis capiť. ¶ Iulia. scribit, fruges omes esse, quib. homo uescatur, falsum esse: non enim carnẽ, aut aues ferásue, aut poma fruges dici. ¶ Frumentum[b] autẽ id esse, q̃d aristа in se teneat, rectè Gallum diffinisse. ¶ Lupinũ uerò & fabam fruges potius dici: quia nõ aristа, sed siliqua[c] cõtinentur: quæ Seruius apud Alphenũ compręndit autem omnia iura seu utilitates, quæ percipi possunt. quam significationem etiam frugem habere aliqui dixerũt. †Contrà Iulianus, qui fruges esse, quibus homo uescatur censuit, præter carnes & poma: quæ sententia uerior est, atq̃ ita usus obtinet. Vnde & Plin. duplex frugũ genus agnoscit, quod aristam habeat, ut frumenta, & quod siliquã, ut legumina. †Antiquiores tamẽ latius accepere, ut fruges sint, quicquid ex fructu terræ in alimoniã uertimus: qua ratione idem Plinius frugiferas arbores omnes appellat, quæ fructiferæ sunt, oliuam, pyrum, pomũ. † Dicuntur enim fruges à fruendo, ut Varro: uel à frumine, quod summa pars gulæ est, per quam cibus in uentrem demittitur, ut Donatus & Seruius scribit.

a Ulpian. l. ult. de rei uend.

b Plin. l. 18. c. 7.

c Plin. l. 18. c. 12.

1 *Reditus omnia iura & utilitates continet.*
2 *Fruges sunt quibus homo uescitur, præter poma & carnes.*
3 *Veteres fruges dixerunt fructus alimoniæ seruientes.*
4 *Fruges à fruẽdo dictæ.*
5 *Frumentum per excellentiam triticũ intelligimus.*
6 *Siliquæ multiplex acceptio.*
7 *Siliquæ quarta pars unciæ.*
8 *Siclus semuncia.*
9 *Frumentũ & fruges nõ comprehendunt in agro existentia.*

FRVGEM.) a ¶ †Reditus nomẽ generale est sicuti prouentus[s], seu obuentiones:

§. notarius. de reser. in c.

s Card. clem. de exc. pra.

b ¶ FRVMENTVM.) Aristã habẽt triticũ, auena, ordeum, siligo Laconica. Siliquam, id est, folliculum, omnia legumina. sisama uerò & papauer uasculis continentur: at miliũ & panicũ nullis defenduntur integumentis, paruarũ uolucrũ iniuriæ expositа. † Sanè q̃ꝫ uis frumenti appellatio amplior sit, tamen κατ' ἐξοχὴν de tritico intelligimus: atq̃ hoc cõmunis loquendi usus in Italia obseruat, & ita etiam Iacobus & Bart. existimauere.

c ¶ Siliqua.) Id est, † membranula seu folliculo. Significat etiam fructum arboris dulcis, longum, & coloris atri, cuius Plin. quoq̃ꝫ meminit: & Horat. Viuit siliquis & pane secundo. L. Columella fœnum græcum sic appellari quoq̃ꝫ censet. Capitur etiã in iure alio significatu[t], nimirũ pro certo pondere: nam quatuor grana siliquam pendũt[u], hoc est q̃d Græci uocant ceration, Aurifices nostri corrupto sermone caracton, est autẽ LXXIIII. pars

t Auth. sed hodie. C. de epi. & cler.

u Auth. ad hæc. C. de usur.

pars solidi, & XVIII. drachmę. Theodosiani codicis interpres, Centesima, inquit, usura est, qua in anno tres siliquas pro solido habemus. †Sicilicus uerò duplici drachma cõstat[a]: quo fit, ut quarta pars sit unciæ: licet plerique inemẽdati codices pro sicilico siliquã scriptum habeant.

7 *a L. liberto. §. filiũ. de an. leg.*

8 †Est & Siclus apud Hebræos maioris ponderis: sic enim ipsi stateram, id est semunciam appellant: in quem sensum uidetur etiam L. Columellæ capi, & Græcis quibusdã autoribus.

9 d ¶ Putauit.) †Et malè: colligiť autẽ hinc, legato frumẽto, uel frugibus, etiam contineri q̃d adhuc in agro, in aristа, uel siliqua est.

d Ias. l. ĵ. de acq. poss. in prin.

1 *Possessio pro proprietate & prædio capitur.*
2 *Possessio legata proprietatem importat.*
3 *Possessio ad mobilium proprietatem non extenditur.*

1 INTERDVM.) †Nõ solùm apud Iurisconsultos[b], & in constitutionib. possessio pro proprietate ipsa seu prędio capitur, sed etiam apud alios autores. Vnde possessiones urbanæ & rusticæ Ciceroni in Philippic. Et idem in Paradoxis, Callidi, inquit, æstimatores prata & areas magni æstimant, quòd ei generi

b l. fi. C. de præmino. l. cũ res. C. de contrah. empt.

2 possessionum à nemine noceri potest. † Meritò igitur si quis dicit se possessiones suas legare, uel donare, uel aliter alienare, de ipsa proprietate intelligimus: nec enim de nuda possessione actum uidetur, cùm ea nõ soleat à proprietate his uerbis separari: alioquin usum quis uel usumfructum legaret, non possessionem[c]. †Ad res tamen mobiles hoc legatum non extendetur: quoniam communis loquendi usus repugnat, ut proprietatem mobiliũ possessionis nomine designemus: tametsi dubium non sit etiã propriè mobilia possideri[d]. Ad hanc rem pertinent, quæ Festus quoq̃ꝫ scribit: Possessiones appellantur agri latè patentes, publici, priuatiq̃ꝫ: quia nõ mancipatione, sed usu tenebantur, & ut quisq̃ occupauerat, possidebat.

3 *c Bart. l. uxorẽ. §. legauerat. de leg. ĵ.*

d Ias. l. ĵ. de acq. poss. in prin.

1 *Impensæ necessariæ sunt, quæ sine detrimento rei non præmittuntur.*
2 *Impensas necessarias quilibet deducit.*
3 *Impensæ utiles rem faciunt meliorem.*
4 *Impensæ utiles non debentur marito, nisi consensus adfuerit.*
5 *Impensæ utiles deducuntur.*
6 *Malæ fidei possessor utiles impensas deducit.*
7 *Ædificans in alieno solo uidetur donare.*
8 *Pistrini & horrei impensa in magno fundo est necessaria.*
9 *Voluptariæ impensæ ad ornamentum pertinent tantum.*
10 *Voluptariæ impensæ à nemine deducuntur.*
11 *Auferri tamen possunt, quæ separantur à rebus.*

IMPENSAE.) a ¶ †Necessariq̃ꝫ impensæ dicuntur, quæ impendendi necessitatem habent, ne res uel pereat, uel deterior fiat: sed & quæ ex consuetudine regionis sine dedecore omitti non possunt, necessariæ existimantur[c]. Harum plura exempla in iure habẽť, ut si quis aggeres coërcẽdo torrenti faciat, in demortuarũ locũ alias arbores surroget, ædificiũ ruens instauret. Sed quid si iam casũ dirutũ sit, ut quia ab ignẽ correptum, uel ui bellica? Et aliq̃ scribunt esse necessariam impẽsam: quibus assentio, si ad uillæ necessitatẽ ille locus ptinebat. Quid enim si casa agrestis nõ necessaria utilitati prædij esset? † Sanè has impensas & marítus deducit, & quilibet bonæ fidei possessor, itemq̃ꝫ malæ[f]: nisi sint impensæ quæ rei utilitatem perpetuam non respiciant, sed solummodo impendentis pro tempore commodum[g]: tunc enim nemo deducit, sed fructibus imputat.

a Ulpian. l. ult. de rei uend.

c Bart. l. pec. in fi. ĵ. de an. leg.

f l. domum. C. de rei uend.

g l. iij. & seq. ĵ. de impens.

b ¶ VTILES.) †Impensæ quæ rem meliorẽ faciũt, ut arbusti pastinatio, doctrina puerorum, stercoratio, nouelletum, pistrinum, horreumq̃ꝫ adiectitium, & his similia. Est autem arbustum, locus quo certo ordine arbores uitium causa plantantur: hæ sunt, populus, ulmus, attinia, ornus. Debet autẽ saltem bis in anno pastinari, id est, pastino, quod ferramentum bifurcum est, fodi: huiusmodiq̃ꝫ impensa necessaria est: quòd si tertio quoq̃ꝫ fodiatur, erit utilis: atq̃ ita M. Columella lib. IIII. cap. XXVIII. præcipit. † Has utiles impensas maritus non consequitur[h], nisi uolente uxore fecerit, aut mulier eas commodè restituere possit aliunde, quàm ex fundo dotali: satisq̃ꝫ est soluendo eam esse, uel tempore quo impensæ fiunt, uel quo repetuntur[i]. † In cæteris uerò bonæ fidei possessoribus, quatenus dominus est locupletior, eatenus deducuntur, tanquam eorum negocium utiliter sit gestum, idq̃ꝫ nisi dominus ipse non fuisset eas facturus[k]. Quid enim si pauper erat, qui re qualisqualis fuisset erat usurus? nec curaret pretiosiorem facere, ut qui uenalem eam non haberet? Permittetur tamen possessori hoc casu de impenso id tollere[l], quod sine detrimento dñi potest, sibiq̃ꝫ utile futurũ sit. † Idemq̃ꝫ in malæ fidei possessore[m]: sed in hoc differentia est, quòd prædo, si impensa quam utiliter, uel etiã necessariò effudit, euanescat, ut quia res perimatur, nihil deducit[n]: quod in bonæ fidei possessore aliter obseruatur, præterquã

h l. ĵ. §. sed nec. C. de rei uxo. actio.

i Dyn. l. ĵ. ff. de imp.

k l. sin autem. in fi. de rei uend.

l l. in fundo. ff. de rei uend.

m d. l. domum.

n l. plane. de petit. hæred.

cùm rei uendicatione agit*. Sed & si ędificiũ aliquod à fundamẽtis cõstruat, sciens se in alieno ædificare, uidet dño donare [a], & nil repetit, nisi tanc negociorũ gestor fecerit [b], uel dñs is sit, in cuius persona consistere donatio nequeat, ut cũ uir in hereditario uxoris fundo ędificat [c].

c ¶ Horreum.) †Meritò addita est dictio plerũc: nã si magnus fundus est, & frugũ ferax, & plurima familia colatur, & pistrini & horrei impensa necessaria est [d]: si uerò modicus fundus sit, pistrinũ & horreũ ad utilitatẽ solũ pertinet, quia locari potest.

d ¶ Voluptarię.) †Ad ornamentum solũ pertinẽt [e], præterquam in re promercali: quapropter in prædio urbano si maritus cœnacula, quæ locari solent, picturis exornet, pictura erit utilis, non simpliciter uoluptaria: tanto enim pluris cœnaculũ locabitur, quia ornatius. † Has impensas nisi dñs ipse facturus fuisset, nec maritus, nec bonæ fid. possessor deducit [f]: licitũ tamẽ eis est auferre, quod cõmodè separari potest. In malæ uerò fidei possessore distinguimus, ut si impẽsa in re facta sit, † quę separationẽ sui natura nõ admittat, uideatur donasse [g]: at si aliquo casu separentur, auferre tamen ei nihil liceat: si uerò sui natura res sit separabilis, licitum est ei auferre: nec enim donasse uidetur [h], quod auferre potest: & ita ipse extrico, licet alij differentiam in modo agendi constituant [i].

e ¶ Incrustationes.) Tectoria sunt parietũ, ex crustis marmoreis.

f ¶ Loricationes.) Sũt superficies integendi causa, quæ ad pauimẽta maximè pertinẽt, fiuntc ex calce & arena: qua de re Vitruuius lib. VII. plura. Est & lorica quę uallis castrorũ, uel podijs apponebatur alio significatu.

1 Ex lege XII. tab. generaliter tributa potestas legatarijs, legata petendi.
2 Peti & libertas potest.
3 Generalis dispositio etiam specialia priuilegia continet.

IN GENERALI.) Verba legis XII. tab. erant [k]: Is uti legassit rei suæ ita ius esto.

1 †Quibus uerbis generaliter tributa est potestas legatarijs, legata sua petendi. †Sed an idẽ sit in his, quib. libertas testamento legata est: & ex uerbis uideretur nõ esse idem: qui enim libertatem legat, rem suam nõ legat, quippe libertas in bonis testatoris non est: & id nec uerè, nec ut Bartolus inquit [l], causatiuè: sed tamen ex mente legis idem dicendũ est. Accurs. hîc uerbũ petitione, intelligit pro repetitione, quod mihi nõ placet, cuis in iure uerum sit, sub generali repetitione legatorũ in substitutione facta, etiã libertates cõtineri [m]. †Quæ res argumento est, generali in dispositione etiã ea intelligi, quæ speciali priuilegio insignita sunt, ut libertates, dotes, testamenta militũ, & similia [n]. Quod uerũ, nisi priuilegiũ illud tolleretur: non enim uerisimile est generalib. uerbis uoluisse legislatorem corrigere ea, quæ fauore specialis causæ indulta sunt: ut hac in re ridiculi sint, qui contraria prodiderũt [o].

1 Vi clámue factum, & spreta nũciatione, restituatur.
2 Restituit qui non modò opus, sed etiam omne damnum resarcit.
3 Cui damnum debet restitui, omnis utilitas resarciri debet.
4 Lucri uerisimiliter facti ratio habenda est.

CVM PRAETOR.) † In interdictis (inquit prætor) quod ui aut clàm factũ est, restituas: item, quod quis spreta nunciatione noui operis fecit, restituat, & id genus similia. † Explicat Iurisconsultus quid restituendum sit, & non solùm opus [p], sed etiam omne damnũ resarciendũ esse testatur: hanc enim esse uim huius uerbi restitutionis [q]. Sed dubium est, cùm hîc dicitur damnũ restitui, an etiam ratio lucri cessantis habenda sit. Et extat responsum apud Baldum [r] in simili specie, eius qui conuenerat damnũ restituere: existimat enim huius lucri rationem non habendam: aliud est enim damnũ, aliud cessatio lucri. † Sed hæc sententia hoc responso confutatur, quo omnẽ utilitatẽ resarciendã ei esse testatum est, cui damnũ debet restitui. Itaq; ego hęc uerba secundum legis dispositionem interpretor, ut in casibus, in quibus de iure, cessantis lucri ratio habetur, qui damnũ restituere promittit, etiam ad id lucrum teneatur. † Regulariter autẽ traditur, lucri quod quis uerisimiliter fecisset, rationẽ habendam, præterquam si cum alterius iniuria lucrum illud acquireretur [s]. Idem in emptionis contractu seruatur [t]: cùm enim emptor, si pecuniã non det, in legitimis solùm usuris condemnetur, non fuit æquum ut uenditor, si rem non tradat, grauius puniretur, cessantisq; lucri rationem resolueret.

1 Cõparatiua amplius & minus, ex subiecto argumẽto uim suam amittunt.
2 Amplius, partem continet.
3 Amplius, cum pronomine, rerũ repetitionem facit: cõtrà simpliciter positum.
4 Minus cum positiuo, contrariũ comparatiuum designat.

1 VERBVM AMPLIVS.) † Amplius, & minus, comparatiua quãuis sint, tamen ex subiecto argumento uim comparationis quandoq; amittunt [a], ponunturq; amplius pro toto, minus pro nihilo. uerbi gratia: Quis promisit se restituturum, si quid legatorũ nomine cepe rit amplius, quàm per legem falcidiã liceat: emergit ingens æs alienũ, per q̃d legata omnium extinguuntur [b], certè totum restituere debebit, † licet ea dictio ex proprietate sermonis partẽ tantùm cõprænderet. Finge cõstitutum esse, ut si prætor alìquem condemnauerit, amplius q̃ debeat [c], ipse certa pœna afficiatur: quamuis in tota summa quis indebitè fuerit damnatus, prætor uerbis legis punietur. † Illud non prętereundum, hanc dictionem si pronomẽ illi addatur, rerũ repetitionẽ facere [d]: ueluti cùm dicit, hoc amplius, uel eo amplius, uel amplius q̃ talem rem. Si uerò simpliciter apponatur, actum legandi solùm repetere, non ipsam rem [e]. † & ita frequentius traditur. Cæterum & minus aduerbium, positiuo adiunctum, contrariæ significationis comparatiuũ demonstrat: ut, minus stultus, id est, prudentior. Terentius in Eunucho: Hoc nemo fuit minus ineptus, id est, aptior, ut Priscianus interpretatur.

a ẽ l. minus. ẽ l. si ita.
b l. j. §. hæc uerba. si cui plus.
c Bart. l. si seruus. §. si ita. de leg. j.
d l. si sic. de leg. iij.
e d. §. si ita.

1 Non omne æs alienum, sed etiam omne incommodum excludit propriè bonum.
2 Aes alienum & maioris incommodi res nonnunquam in bonis sunt.
3 Legata non sunt æs alienum testantis, quare nec deducuntur.

IDEM LIB. IIII. AD PLAVT.

LEX LXXXII.

VErbũ, amplius, ad eum quoq; pertinet, cui nihil debetur. Sicut è contrario, minus solutũ uidetur, etiam si nihil esset exactum.

IABOLENVS LIB. V. EX PLAVT.

LEX LXXXIII.

PROPRIÈ bona dici non possunt,

1 PROPRIE.) ¶ † Cùm superius dictũ sit, bona intelligi ære alieno deducto, ostendit hîc generaliter Iurisconsultus, qualecũq; incõmodum sit, etiam si aliud quàm æs alienum, eius respectu propriè bona non dici. Quotiescunq; ergo alicui sunt prædia maioris incommodi, quàm utilitatis, is bona ea rectè non appellabit: & ideo permittitur ecclesiæ sine aliqua solennitate huiusmodi prædia alienare [f], tanquam bona non sint: quod & in minore pleriq; senserunt [g]. † Quandoq; tamẽ appellatione bonorũ etiam æs alienum comprænditur, itemq; ea, in quibus plus incõmodi est, ut in bonorum possessione. † Sed quid in legatis? pone eum qui L X. habet, alijs XXX. mihi tertiam partem bonorum legasse, XX. ne, an X. consequar? & XX. me consequi, nec quæ alijs legata sunt, deduci Bartolus censuit [h], quamuis enim deducto ære alieno bona intelligantur, quæ tamen legata alijs sunt, æs alienum ipsius testantis non erant: quòd si ea huiusmodi fuissent, ut in illis lex falcidia locum non haberet, qualia sunt quæ ad pias causas transferuntur [i], de mea solùm portione fiet deductio: unde in proposita specie cæteris legatarijs XXX. mihi decẽ, hæredi XX. relinquentur, & ita plerìq; tradiderunt.

f §. pe. in auth. de non alie.
g Iaſ. l. ij. ẽ. de offi. eius.
h in l. ſi quis ſeruum. §. fin. de lega. ij.
i Auth. similiter. C. ad l. fal.

1 Filius ab amore dictus.
2 Nomen filij nepotẽ per interpretationẽ continet.
3 Interpretatio in dispositione legis generaliter procedit.
4 Dispositio hominis loquens de filio, excludit nepotem.

PAVL. LIB. III. AD VITELLIVM.

LEX LXXXIIII.

FILIJ appellatione omnes liberos intelligimus.

MARCELLVS LIB. I. DIGEST.

LEX LXXXV.

NEratius Priscus tres facere existimat collegium: &

1 FILII.) † Filiũ plerìq; ab amore dictũ uolũt, quasi φίλιον, sed syllaba refragatur. Ipse magis à græco sermone υἱὸς dictum arbitror, addito ex more Aeolico digammate ϝυἱὸς, sicuti ἕλκω ϝέλκω dixerunt. Aeolico autẽ sermoni nostrũ simillimũ esse Fab. Quintil. tradit. Prior tamen derivatio à cęteris approbatur, atq; hãc esse rationẽ existimant, quòd etiam nepotes filij dicunt, cùm & in illis sit mutuus aui amor. † Ipse ex sermonis proprietate appellatione filij nepotem contineri non arbitror [k], sed ex interpretatione, † quę in dispositione legis generaliter procedit [l], & id etiam in odiosis, nisi ratio diuersa aliud suadeat. Ecce, miles à tutela prætq; filij cõmilitonis excusationem habet, quid si sit nepos? certè in eo est diuersa ratio: quia pater non militauit, licet auus fuerit miles [m]. Rursus: Filij fidei cõmisso grauati tamets uolente testatore fructus in rationẽ quartæ non imputant [n], quod in solatium grauaminis lex illis specialiter indulsit, ergo ad alios trahendũ non est. † At in dispositione hominis, qui de filio loquitur, de nepote nõ intelligetur [o]: nec enim in eiusmodi materia fit extensio, nisi alicũde de mente cõijciamus [p], ut cùm alioquin dura separatio induceret [q], uel extranei suis præponerentur, uel usus testatoris hoc suaderet [r]. Idem si natura contractus, ut cùm cliens beneficiarium fundum pro se & filijs accipit [s]: natura enim huius contractus est, ut in nepotes transmittatur.

k l. quod si nepotes. de teſt. tut.
l l. filius. ad Mac. d. l. ſenatus. de rit. nupt. l. ij. §. ſi mater. ff. ad Tertull.
m l. ſed & milites. de excuſ. tut.
n l. iubemus. C. ad Trebell.
o §. ſi. Inſtit. qui dar. tut.
p l. liberorũ. ẽ. eod.
q l. Lucius. de hære. inſtit.
r l. alimenta. de alim. leg.
s Iaſ. §. inſtitutus. in l. Gallus.

1 Non duo, sed tres, collegium faciunt.
2 Voces uniuersitatem significantes multæ.
3 Collegia sunt prohibita, nisi iure expresse permissa.
4 In dubio pro admissione in collegium pronunciandum.
5 Collegium trium cogi ut plures subsituat non potest.
6 Negligentes & fures episcopus amouere potest.

NERATIVS.) † Fuerunt fortasse, qui crederent duobus constare collegiũ, quan doquidem & collegæ dicantur, duo ad idem officium electi. Neratius tamen tres mauult, cuius sententiã tanquam probabiliorẽ Mar-

cellus probat. Cùm enim collegiũ sit uniuersitatis nomen, aliquid ultra dualem numerũ requirit. Sunt autem uaria collegia, sicut fabrũm, qui arcendis incendijs instituti sunt: dendrophororũ, qui arbores cædunt, & torrent: centonariorũ q uilia artificia exercent, quorum artificum quãplures alibi nominãtur[a]: qui quòd tenuiores sint, possunt se collegijs cõgregare, & stipem cõferre. Permissa etiam sunt mastigophororum, quos disciplinatos uocãt, collegia, quòd rei sacræ causa conueniant: ea & scholę, et cõfratrię appellantur,† quippe uaria sunt nomina, collegium, corpus, militia, commilitium, societas, thiasus, ordo, conuenticulum, sodalitium, quæ eandem ferè uniuersitatem significant.† Sunt autem iure quæcunq; collegia prohibita, nisi permissa expresse reperiantur: habuere enim maiores nostri ea suspecta, nec multitudinem coire sine legitimo rectore uoluerunt: nam uidimus plerũq; etiam sub sacri cõuentus prætextu, multa improbos aduersus pudicitiam & leges moliri, quod T. Liuius lib. XXXIX. eleganter prosequitur. Extat etiam hac de re Traiani Imp. rescriptum ad C. Cæcil. Plinium. Sanè quod de collegio hîc traditur[b], de familia quoque dici suprà uidimus.† Vbicunq; autẽ dubitatur, aliquis in collegiũ admittendus sit, an id minus, pro admissione pronunciandum Baldus[c] respondit: id enim esse fauorabilius. Sed finge scholares seu collegas certæ ecclesię neminem aliquo defuncto subrogare, ut quò pauciores sunt, eò tutius in suos usus reditus pios uertãt, quomodo prouidebitur?† Et puto si nõ minori quàm trium numero sint, non posse cogi ut alios substituant, uel eligant, & id huius responsi argumento, nisi tam ampli sint reditus, ut rectè administrari à tam paucis nequeant.† Illud constat, negligentes, uel fures, ab episcopo amoueri posse[d].

a *l. fin. de iur. immu.*

b *l. deteſtatio. §. fin.*

c *Bald. conſil. 183. in ij.*

d *l. nulli. ubi Baldus. C. de epi. & cler.*

1 *Iura prædiorum quorumlibet ſeruitutes ſunt.*
2 *Prædia cum iuribus reſtituit, qui æqualia bonitate, ſalubritate, amplitudine reddit.*
3 *Seruitus eſt accidentalis habitudo, & extrinſeca qualitas prædij. Bald. deſi.*
4 *Seruitus eſt quoddam ius prædio inhærens, quod eius utilitatẽ reſpicit, uicini diminuit. Bart. deſi.*
5 *Ius qualitatẽ rei inhærentẽ, cõmoditatem, facultatẽ ſignificat.*
6 *Conceſſa alienatione omniũ iurium prædiorũ, etiam fructus licet diſtrahere.*

hoc magis sequendum est.

CELSVS LIB. V. DIGESTORVM.
LEX LXXXVI.

QVid aliud sunt iura prædiorũ, quàm prædia æqualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo?

MARCELLVS LIB. V. DIGESTORVM.
LEX LXXXVII.

1 QVID ALIVD.) Iura prædiorũ seruitutes esse, siue de rusticis, siue de urbanis 2 loquamur, dubiũ nõ est.† Sed Iurisconsultus hîc interpretatur clausulã, quæ in instrumentis apponi consueuit, cùm quis prædia cum iuribus suis restituere promittit: intelligitur enim, ut eius æqualitatis reddat, cuius acceperit, eiusdem scilicet bonitatis, salubritatis, amplitudinis. Quapropter legendũ hîc est, æqualiter, nõ aũt, qualiter: nã ratio sensus & recti sermonis nõ cõstaret. Illud tamen nõ negauerim, seruitutes ipsas qualitatem prædiorum, nõ autem substantiã respicere[e]: quapropter eas sic describit Baldus[f]: ſiut seruitus sit accidentalis habitudo & extrinseca qualitas prædij. Bartolus uerò subtilius definiuit[g],† Seruitus est quoddã ius prædio inhærẽs, q̃d eius utilitatẽ respicit, uicini diminuit.† Planè hoc in responso, ius pro qualitate rei inhærente ponitur, sicut & alibi pro cõmoditate[h]. Sed & pro nuda facultate plerunq; usurpatur: ut si dicã, Ius mihi est per uiam publicam eundi: uel filiusfamil. seu seruus aduendi ius habent: fit enim interpretatio, ius aduendi, id est, facultatem, ut Aretinus sensit[i].† Sanè Alexander eum, cui ex iuribus prædiorum quicquid uellet alienare, concessum erat, posse reditus ex fructibus perceptos distrahere, huius legis argumento respondit[k].

e *l. pe. de extr.*

f *Bald. auth. qui. C. de ho. aut. iud.*

g *Bar. l. j. deſi.*

h *l. quod dicimus. j. eod.*

i *Aret. l. legã. de lega. j.*

k *Cõſil. 18. in.*

1 *Vrbs ſolum dicitur quod muro clauditur, ab urbo aratri*
2 *Vrbs ſancta Roma dicitur.* (parte.
3 *Verba iuxta communem uſum accipienda etiam in pœnalibus & odioſis.*
4 *Vſus à peritis deducitur.*
5 *Vſus unius anni non retrò trahitur.*

1 VT ALPHENVS.) †Quoniam urbs ab urbo parte aratri dicitur, quo solebãt in condendis ciuitatibus maiores uti, sicq; muros deliniebant, meritò urbs solùm dicitur, quod muro tenus ambitur. Roma uerò etiã continentia urbi ædificia significat, quod suprà latius attigimus[l].† Sanè cùm urbem sacram appellamus, sunt qui Hierosolymitanã accipiant, ut Baldus[m]. Ego Romam potius intellexerim, sicut & cùm æternã dicimus[n]: Ausonius: Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino. Vt mirum sit, quòd literatores quidam ibi legunt, Hectoreæ. Ostendit & id uarijs locis Ammianus.† Cæterũ cùm Iurisconsultus consuetudinẽ loquendi in testimoniũ adducat, hinc apparet secundum cõmunem usum uerba potius accipi, q̃ secundum proprietatis originẽ: quod etiã in pœnalibus & odiosis receptũ est.† Sed hęc ita plerisq; declarant, ut in dispositionib. peritorũ, eorum usus attendatur[o], sicut in idiotarum sermone, consuetudo

2 *l. ij. ſ. cod.*

m *l. ij. C. de naufœn.*

n *l. j. C. de ſtatu. lib. xj.*

3

4

o *Bald. c. j. de ſuc. feud.*

suetudo imperitorum: quod nõ displicet. In dubio autem unum eundemq; usum esse credemus, nec aliter loqui plebem, quàm patrítios[a]. Sed & si constitutum sit, ut uerba ad literam intelligantur, uel propriè, tunc cõmunem usum imperitorum nõ attendemus, eruditorũ uerò obseruabimus[b]: quandoquidẽ consensus eruditorũ, ut Fabius scribit, cuicũq; proprietati præualet: penes enim eorũ usum, arbitriũ est, & ius & norma loquendi, Horatio autore.† Probato autẽ usu præsentis anni, non sequitur eundẽ retrò fuisse obseruatũ: nisi ab eo tẽpore cœpisset, cuius initij nulla esset memoria: q̃d eẽ tãdiu uiguit, semp fuisse obseruatũ, etiã ante hominũ memoriã, creditũ: idq; plerisq; omnes scripsere.

a *l. ſi chorus. §. j. de leg. iij.*

b *Mod. in rub. de op. no. nun.*

1 *Res ſecundum pecuniam æſtimantur.*
2 *Ex reperta pecunia res æſtimantur.*
3 *In rerũ æſtimatiõe, quãti uendi poſſit res, nõ affectio cõſideratur.*
4 *Iuſtum preciũ ex ualore rei, non affectu conſtituitur.* (tur.

CELSVS LIB. XII. DIGESTORVM.
LEX LXXXVIII.

PROPEMODVM.)†Quæcunq; res secundum pecuniam æstimationem recipiũt, non autem pecunia secundum res: etenim iure gentium ea de causa signatus est numus, ut commercia rerum facilius celebrarentur, functionemq; ex eo reciperent: quæ in rebus nõ est, unde minus in usu cœpit esse permutatio[c]. Si igitur tu decem debeas, & pro his decem ego fide mea totidem modios tritici esse iubeam[d], tanquã de alia re promiserim, fideiusio nõ ualet: nec enim res pecuniæ loco succedit, sed pecunia quibusdam casibus loco rei[e]. Planè dubium est, cùm quis in censu habere dicatur, quantum pecuniæ ex bonis reflci potest, quomodo ineunda sit ratio, an ducto ualore secundum communem æstimationem[f], an secundum reditus, ut tanti res censeatur, quantũ uiginti annorũ reditus conferunt[g], an quanti uendi potest: quod uerius uidetur, responsi enim huius uerba hoc indicant[h].† Cùm enim res in pecunia functionẽ recipiant, tanti æstimari debent, quantũ pecuniæ reperitur: nisi de rescissione propter læsionẽ agamus[i], tũc enim is censetur læsus, qui à cõmuni cursu aberrat.† Sed & quoties rem æstimamus eius respectu, qui eam acquisiuit, siue titulo hæreditario, siue ex cõtractu, tantũ eum adeptum dicemus, quantũ cõmuni æstimatione res uendi potest[k]: nec enim affectionis ipsius ratio est habenda, nec etiã quid alius tunc sit oblaturus, cùm is qui eam est adeptus, ne licitantis affectio deinde minuatur, non sit compellendus eam quàmpri-

c *l. j. de contra. empt.*

d *l. ſi ita fide. de fideiuſſ.*

e *l. Imperator. in fi. de leg. j.*

f *l. precia. ad l. falcid.*

g *Auth. perpetua. C. de ſac. ſanct. eccleſ.*

2

h *l. mortis. iiij. in fi. ſ. de donat. cau. mor.*

3

i *l. ij. C. de reſc. uen.*

4

k *d. l. precia.*

mum uendere.† Vnde summa ratio est, ut tali casu communem ualorem potius æstimemus: in qua æstimatione redituum quoq; ratio habebitur[l]: quod autem communiter reperitur, id iustum preciũ est, utpote quod ex ualore rei, nõ ex affectu constituatur. Quapropter cùm in lege iusti precij fit mentio, de eo quod communiter percíperetur, intelligemus[m].

4

l *gl. in d. auth. perpetua.*

m *Alexan. l. qui Romæ. §. cohæredes.*

1 *Iumenta à iuuando potius, quàm iungẽdo dicta.*
2 *Equi & muli iumenta, boues armẽtorũ ſunt numero.*
3 *Sermo ſimplex primũ actum deſignat, affirmatiuè prolatus.*
4 *In fauorabilibus cauſis ad cæteros quoq; actus porrigitur.*
5 *Alimenta legata uxori, ſecundam quoq; reſpiciunt.*
6 *Priuilegia ſunt perpetua, non ſtatim finiuntur.*
7 *Fraus Othonis Moguntini antiſtitis.*
8 *Periurium fraude adſtringitur, non ſoluitur.*
9 *Edit qui exhibet, reddit qui poſt calculũ reliquũ præſtat.*
10 *Vbi duo propter unum, ibi unum.*
11 *Argentarij in tabernis pecuniã uolentibus dabant ſub fœnore.*
12 *Chirographa ſubſcripta, aq; proxeneta agnita, res probatur.*

1 PROPEMODVM.) †Quæcunq; res secundum pecuniam æstimationem recipiũt, non autem pecunia secundum res: etenim iure gentium ea de causa signatus est numus, ut commercia rerum facilius celebrarentur, functionemq; ex eo reciperent: quæ in rebus nõ est, unde minus in usu cœpit esse permutatio[c]. Si igitur tu decem debeas, & pro his decem ego fide mea totidem modios tritici esse iubeam[d], tanquã de alia re promiserim, fideiusio nõ ualet: nec enim res pecuniæ loco succedit, sed pecunia quibusdam casibus loco rei[e]. Planè dubium est, cùm quis in censu habere dicatur, quantum pecuniæ ex bonis reflci potest, quomodo ineunda sit ratio, an ducto ualore secundum communem æstimationem[f], an secundum reditus, ut tanti res censeatur, quantũ uiginti annorũ reditus conferunt[g], an quanti uendi potest: quod uerius uidetur, responsi enim huius uerba hoc indicant[h].† Cùm enim res in pecunia functionẽ recipiant, tanti æstimari debent, quantũ pecuniæ reperitur: nisi de rescissione propter læsionẽ agamus[i], tũc enim is censetur læsus, qui à cõmuni cursu aberrat.† Sed & quoties rem æstimamus eius respectu, qui eam acquisiuit, siue titulo hæreditario, siue ex cõtractu, tantũ eum adeptum dicemus, quantũ cõmuni æstimatione res uendi potest[k]: nec enim affectionis ipsius ratio est habenda, nec etiã quid alius tunc sit oblaturus, cùm is qui eam est adeptus, ne licitantis affectio deinde minuatur, non sit compellendus eam quàmpri-

POMPONIVS LIB. VI. AD SENATVSCONS. LEX LXXXIX.

BOues magis armentorũ, quàm iumentorum nomine appellant.¶ Hoc sermõe, dum nupta erit, primæ nuptię si

1 BOVES.) †Veteres à iungendo iumenta appellabãt, quòd curruí iungerentur: ea erant equi, & muli. boues uerò armenta potius dicebantur, ab arando[n], ut Varro inquit, quòd principalis eorum usus is esset.† Igitur legatis iumentis, nõ uidetur de bobus actũ[o]: & ædiles cùm de iumento mentionem fecere, subdiderũt etiam de pecoribus[p], ut boues comprænderentur. Lucius tamẽ Columella libro VI. iumenta appellari credidit, quæ nostrum laborem, uel onera subuectando, uel arando iuuarent. Sed aliter Iurisconsulti sentiunt: lege enim XII. tab. à iungendo, nõ à iuuando iumenta dicũtur, ut A. Gellius est autor. Videtur tamen nobis ex eruditorum usu Columellæ approbari sententia.

n *l. ſeruis. de lega. ij.*

2

o *l. legatis. §. fi. de leg. iij.*

p *l. ædiles. §. iumentorum. de ædi. edict.*

¶ §. HOC SERMONE.) Hæc dictio, dum, eam significationem habet quam donec, & quandiu: unde propriè hæc uerba interpretantur, donec, seu quandiu erit nupta: referunturq;, ut Pomp. ait, ad primas nuptias. Cuius rei rationem arbitror, quia eis dissolutis, uerba cessant: amplius enim nupta nõ est: & quod semel desinit, rursus non conualescit[q]. Communi tamen calculo aliter traditur[r], uidelicet regulã esse,† ut sermo simpliciter prolatus, de primo tantũ actu intelligatur[s], eam non procedere in sermone negatiuo[t], ut si testator mandet, ne filiæ suæ mercatoribus nubant: nam nec secundas nuptias cum eis cõ-

q *l. ſtip. de dote. ſ. de iur. dot.*

r *Iaſ. l. diuortio. §. quod in anno. ſ. ſol. mat.*

3

s *l. dotis promiſſio. de iur. do.*

t *l. ſi ſic ſtip. ſ. de uerb. oblig.*

trahere poterunt[a]. Idemq́ in diſpoſitione legis: nam ſi lex uelit cauſas inter agnatos compromitti, cõpromittendum ſemper erit, donec lis finiatur[b]. Sed & ſi prior actus ſit nullus, de ſecundo ita ſuadente æquitate intelligemus[c]. †Quinetiã ſi materia ſit fauorabilis, interpretatione eam adiuuabimus, ut ſequentes quoq; actus cõtineantur. † Vnde ſi uxori ſuæ quis alimenta legauerit, etiã de ſecunda intellígetur. Et ex facto ita reſpõdit Alexan[d]. Idem cũ pater filiæ, caſu quo uidua ſit, habitationem domus relinquat: nam ſi tertio & quarto uidua fiet, legatum cõſequetur: quoniam uerba hæc generalia ſunt, & ad rem natura ſui multiplicabilem referuntur[e]. † Sed & generaliter ex ſubiecto argumento aliter interpretabimur: quid enim ſi natura rei iterationem requirit? ut ſi ueſtitum teſtator uxori legauerit[f], uel princeps priuilegiũ aliquod mihi concedat: ſolent enim ea perpetua eſſe, non autẽ quàm primum finiri[g]. Quid ſi ex primo actu menti diſponentis non ſatisfiat? ut ſi procuratorem ad appellandum cõſtituam[h], an à prima ſententia ſolùm appellabitur? & hæc quidẽ cõmuniter approbantur. † Hincq́ Othonis Moguntini antiſtitis fraus iniuſta detegitur: is Alberto Francorũ Comiti ſub iuriſiurandi fide perſuaſit, ut relicta inexpugnabili, quã inſederat, arce, ſecum ad Ludouicũ regem, cuius filium occidiſſe inſimulabatur, deſcenderet: ſe enim uel eum regi cõciliaturum, uel ſoſpitem in arcem reducturũ: uixq́ egreſſo, tanquam melius eſſet prius prandere, iuſsit ut reuerteretur: mox finito prandio, ad regẽ duxit captiuum, cumq́ ad ſupplicium duceretur, antiſtitis periurium accuſanti reſpondit, ſe datæ fidei ſatisfeciſſe, religioneq́ exolutum, cùm eum prãdendi cauſa in arcem in columem perduxit. † Dignus perpetua nota ſacerdos, qui ignorauerit fraude periurium aſtringi, non ſoluí.

¶§. INTER RED.) †Edere, eſt rationes exhibere[i], & copiam deſcribendi facere. Reddere uerò eſt computare, & reliqua reſtituere[k]. quòd ſi ad reliqua quis non tenetur, nec quidẽ rationes reddere debet[l]. †Hincq́ eſt, quod uulgò dicimus, ubi duo propter unũ, ibi unum. † Edere autem tenẽtur argentarij, tanquam fides eorum publicè approbata ſit: habebãt enim argentarij tabernas in foro, & priuatorum pecunias ſub fœnore locabant, eligebanturq́ magnæ fidei homines, & eorũ codicib. fides dabatur. † Hodie uerò per chirographa debitorum manu ſubſcripta, & à proxeneta agnita res tractatur. at numularij, & trapezitæ, & mẽſarij, collectarijq́, inferioris gradus erant, nec tantæ autoritatis: quod etiam ex Plauto facilè eſt dignoſcere.

a Oldr. conſ. 16.
b Alex. l. ſi cum dotem. §. j. ſolut. matr.
c l. hæc cõditio. j. de cond. & demonſt.
d Conſil. 171. in ij. l. placet. ſ. de lib. & poſthum.
e But. conſil. 30.
f Bald. l. j. C. de fideicomm.
g Felin. c. ij. de treug.
h Bal. l. fideicõ. §. ſi quis decẽ. de leg. iij.
i l. j. ſ. de eden.
k l. cũ ſeruus. de cond. & dem.
l l. qui libert. §. j. de euict.

VLP. LIB. XXVII. AD SENATVSC.

LEX XC.

QVI, uti optimæ maximæ ſunt, ædes tradit, nõ hoc dicit, ſeruitutem illis deberi, ſed illud ſolũ ipſas ędes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire.

PAVLVS LIB. II. FIDEICOM.

LEX XCI.

MEorũ & tuorũ appellatiõe actiones quoq́ continentur. † Clauſula eſt in alienationib. rerũ immobiliũ poni ſolita, quum dicimus, nos prædiũ uti optimum maximũq́ eſt tradere: quæ clauſula nihil de eius bonitate, amplitudineq́ diminutum eſſe ſignificat, & ideo liberum dari: quia ſi ſeruitutem aliquam deberet, de eius iure dicere tur diminutum. † quamuis ergo hac clauſula fundum liberũ eſſe oſtendamus, non tamen ideo deberi illi aliquam ſeruitutem per uicinos pollicemur[m]. †Sanè qui fundum ſimpliciter uendit, ſi ſeruitutem debeat, talem, qualis eſt, præſtare debet[n]: competit tamen emptori actio quanti minoris, ſi ſeruitutis ignarus rem emit[o]: poterit etiã ex empto agere[p]. Quòd ſi additum ſit optimum maximumq́ uendi, tanquam fides ſeruata non ſit, nec uenditor parte ſua adimpleuerit, poſſe etiam ad reſciſsionem contractus agi uerius eſt. Sed & ſi uicinus ſeruitutem imponi aduerſus emptorem obtinuerit, per actionem de euictione prouidebit[q]: atq́ ita ego ſentio, licet Accurſius aliter, qui eo ſolùm caſu talem, qualis eſt, fundum præſtandum credidit, cùm uenditor expreſſe prædixit, ſe eum uti optimus maximus eſt nolle præſtare[r]: quæ interpretatio Iuriſconſulti uerbis non quadrat.

1 Res immobiles hac clauſula alienamus, uti optimæ maximæ, &c.
2 Hæc clauſula aliunde debitas ſeruitutes nõ cõtinet.
3 Emptor rei grauatæ ob ligatur, ſed damnum à uẽditore cõſequitur.

m l. pen. ſ. de uict.
n l. cũ uendor. de contrahe. empt.
o l. quoties. de ædil. edict.
p l. in uenditio. de act. emp.
q l. pen. de euic.
r d. l. cum uenderes.

1 Qui omnia ſua donat, etiã nomina debitorũ donaſſe intelligitur.
2 Meum & tuum, dominium uel quaſi important.
3 Biantis dictum.
4 Orphei oraculum.

MEORVM.) †Quoniam meum dicitur id, quod uendicare poſſum[s], conſtetq́ actiones tanquam res incorporales non uendicari, uidebatur hac appellatione eas nõ cõtineri: ſed Iuriſconſultus aliter cenſuit. Qui ergo omnia ſua, uel omnes res ſuas donat, & nomina debitorum donaſſe intelligetur, & ita cõmuniter traditũ eſt[t]: idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim, ſiue addito uniuerſali ſubſtantiuo, omnes res meas, ſeu bona mea dicam. † Sed ſi generale ſubſtantiuum appoſitum proponatur, ut ſi quis dicat, argentum meum, ueſtes meas, hæc pronomina ad dominium

s l. Quintus. j. de aur. & arg.
t l. ſi legatus. §. ſi quis. l. nam quod. §. fi. ad Treb.

minium, uel quaſi dominium referuntur[a]: niſi ſubiecta materia aliud uelit, ut cùm ſeruo uel monacho pecunia ſua legatur, nec enim illi quicquam in dominio habere poſſunt[b]: uel cùm de famulis ſuis quis loquitur: nam ſi in dñio eos ſuo haberet, ſerui eſſent, nõ famuli. Sed & cùm colonus uineas ſuas, armiger (quem hippagiũ uocant) equos ſuos dicit, ratione curæ intelligit, non dominij[c]. Quoties uerò ſubſtantiuo particulari id pronominis iungitur, demonſtrationem facit, præterquam ſi futurum reſpiciat: ut cum lego, Stichum qui meus erit, tunc conditionale legatum eſt[d]. †Celebre eſt Biantis illud dictum, cùm patria ſua capta, omnes cum rebus ſuis fugerent, ipſe interrogatus, cur ſolus bona ſua nõ aſportaret: Ego, inquit, omnia mea mecum porto. Inde oſtendens, bona animi propria & noſtra eſſe, non corporis. † Scribit Philoſtratus, Cyrum Perſarum regem, cùm exercitũ in Odryſios moueret, oraculum Orphei conſuluiſſe, reſponſumq́ accepiſſe, τὰ ἐμὰ ὦ κύρε σά, id eſt, mea ô Cyre tua: quod ille interpretatus eſt, tanquã Odryſios, quibus Orpheus imperauit, ſubacturus: cùm ad genus mortis alluderet. Sicut enim Orpheus à mulieribus interfectus eſt, ita Cyrus à Maſſagetarũ regina. Quibus exemplis conſtat has dictiones latiſsimæ ſignificationis eſſe.

a l. ſeruos autẽ. de leg. iij.
b l. iiij. de manumiſſ.
c Gl. l. ij. in prin. de orig. iur.
d l. iiij. de leg. j.

1 Superlatiuus in iure non præſupponit poſitiuum.
2 Primogenitus dicitur qui neminem ante ſe habet.
3 Primus caret anteceſſore.
4 Supremus eſt quem nullus ſequitur.
5 Tertiogenitus primo mortuo fit ſecundogenitus.

1 PROXIMVS.) †Superlatiuũ nomen eſt, & ideo ex natura ſua poſitiuum præſupponere deberet[e]: ſicut optimus præſupponit cæterorũ meliorem, & maximus ampliorẽ[f]: ſed tamen in iure hoc non ſeruamus. Et cùm lex proximo agnato hæreditatem deferat, ſi unus ſolùm ſuperſit, is proximus dicetur[g]. 2 †Quod & de dictione primus, obſeruandum eſt: unde primogenitus dicetur, quẽ nemo ſequitur, dum ante ſe neminem habeat[h]. Sed & lex, quæ primogenito regnũ defert, in eo locum ſibi uendicabit, cuius fratres maiores natu ante delatã hæreditatẽ deceſſere: ſd etiam approbat Bald.[i] quoties quis ſibi & primogenito emphyteoticũ ius acquirit[k]: ſatis eſt em ne aliquẽ ante ſe habeat. Quod & in pluribus recipiendum eſt, ut duo eiuſdem gradus, ambo ad ſucceſsionẽ admittantur. Et ſi corona muralis ab Imperatore illi promiſſa ſit, qui primus murum aſcenderit, ſi duo eodem tempore aſcenderint, utriq́ ſua debebitur: † uerũ eſt em eos primos, quos nemo anteceſsit, & ita obſeruaſſe P. Scipionem autor T. Liuius eſt, lib. XXVI. nec noſtrates Doctores omnino reclamãt[l]. † Et quod de proximo dictũ eſt, eadem ratione in ſupremo receptũ eſt, ut ſupremus dicatur, quem nemo ſequitur: ut

e l. ubi. de uerb. oblig.
f l. illa uerba. j. eod.
g l. j. §. proximi. unde cog.
h c. Ioſeph. extra eod.
i Bald. l. ſi quis. §. talem. C. de ſecun. nup.
k l. ij. col. ij. C. de iur. emph.
l l. qui filiabus. §. j. de leg. j.

LEX XCII.

PRoximꝰ eſt, quẽ nemo antecedit: ſupremus eſt, quem nemo ſequitur.

CELSVS LIB. XXIIII. DIGESTORVM.

LEX XCIII.

MOuentiũ, item mobilium appellatione idẽ ſignificamus, ſi nõ apparet defunctũ animalia dũtaxat, quia ſe ipſa mouerẽt, mouentia uocaſſe: ſd uerũ eſt. cùm prętor bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas ſupremas pollicetur[m]: fitq́ hac ratione, ut ſi unus ſuper eſt, idẽ proximus & ſupremus ſit. Quod annotandũ eſt, cũ quis ei, qui ſupremus morietẽ, ſubſtituit[n]. †His cõ ſequẽs eſt quæſtio, cùm filio teſtator ſubſtituit eum qui tunc ſecundogenitus erit filiorum ſororis ſuæ, & defuncto primo, collitigat ſecundus cum tertiogenito: putauerim enim tertium admitti, quia tunc is ſecundogenitus eſt filiorum ſororis: & ita ex facto reſpondi.

m l. j. §. j. de bo. poſſ. ſec. tab.
n l. qui duos. de reb. dub.

1 Mouentia & mobilia pro eodem accipiuntur.
2 Caſtigata lectio.
3 Iura nec mobilia nec immobilia dicuntur.
4 Iura impropriè immobilia bona dicuntur.
5 Dictio, quæcunq;, etiam impropria includit.
6 Reditus perpetui, bona immobilia: breui tempore duraturi, mobilia reputantur.
7 Iura mobilia habentur.
8 Mobilibus legatis, aurum & argentum non debetur.

MOVENTIVM.) †Licet mouentia actiuam ſignificationem reſpiciant, ſicut mobilia paſsiuã, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mẽte cõſtet: ut in edicto prætoris[o], in quo executionem rei iudicatæ non prius fieri debere in mouentibus, ut equis, mulis, aſinis, bubus, & ſimilibus, oſtenditur, quàm in mobilib. facta ſit, dum tamen id debitori cõmodius uideatur. †Dum ergo hoc in reſponſo legitur, ſi tamẽ apparet, caſtigatior lectio eſt, ſi nõ apparet, & id etiam Latini ſermonis ratio poſtulat. †Sed an nomina uel iura mobiliũ uel immobiliũ appellatione comprædentur? Et nõ cõprædi certũ eſt[p], ſepa rata quippe eſt ſpecies. Sed ſi ſub altera prædictarũ ſpecierũ hęc quoq́ collocanda eſt, ut quia cõſtet de omnib. bonis actũ, de eis iudicabimus, quod de actionibus: ut ſi rem mobilem petam, id nomen inter mobilia cõputetẽ: ſi rem immobilem, inter immobilia. Et hoc Dynus probauit[q], quod ex ui ſermonis non eſt, ſed ex interpretatione legis: quoniam qui actionem habet, rem ipſam habere uidetur. Sed & ſi conſtitutione prohibitum ſit, quæcũq́ bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia, in extraneos trãsferri, de iuribus quoq́ actũ uidetur: † iura enim impropriè inter immobilia computantur. † At illa dictio, quæcunq́, propter generalitatẽ etiam ad hoſce improprios caſus trahitur[r]. Vnde, quicunq́ hæres, etiam impropriè hærédem comprædit: &

o l. à diuo. §. ij. de re iud.
p l. quam Tubero nis. de pec. d. §. ij.
q Dyn. l. potẽſt. ſ. de aut. tut.
r Ro. l. in temp. in fin. de uſuc.

a Mod. l. uniuers. §. cognatorũ. ff. de quæst.

cùm de quibuscunq; contractib. loquimur [a], etiam de abliuis dicimus: quod tamen procedit, cùm nulla differẽtiæ ratio assignari potest. †Et quod de nominibus diximus, in annuis quoq; reditibus locũ habet [b]: in quibus tamen fit huiusmodi distinctio, ut si perpetuò debeãt, immobilibus æquiparentur: si uerò breui tempore sint duraturi, mobilibus [c]. Sed hãc ego distinctionem ita intelligo, ut si dies cessit, incipiantq; iam deberi, mobilibus æquiparentur: nam cùm actio inde cõpetat, uideãt res ipsa haberi, alioquin immobilium potius similitudinem in eis approbo. †Illud non prætereundum, iura quandoq; mobilib. potius adscribi, q̃ immobilibus, quoties ratio hoc suadet: ut si lex prohibeat bona mobilia curialiũ sub cuiusquam aspectu diuidi [d], ne paupertas alicuius detegatur: nam etiã iura cõtinebuntur: & illa eẽ latẽre, in absconditoq; esse possunt: q̃d de immobilib. dici nequit. Sanè nec illud omittendũ est, quod sententiarũ lib. III. titulo de legatis, scriptũ Paulus iurisconsul. reliquit [e]: is, Mobilibus, inquit, legatis, aurũ uel argentum non debetur, nisi de his quoq; manifestè sensisse testatorem possit ostendi.

b Cle. exiui. de uerb. sig.

c c. querelã. de elect.

d l. ij. c. quando quarta pars.

e l. ſi chorus. de leg. iij.

1 Reddit nonnunquam qui ſimpliciter dat.
2 Reddere propriè eſt retrò dare.
3 Dare eſt propriè reddere.
4 Dotem reddere ſtipulatus, quamuis nullam acceperit, dare cogitur.

IDEM LIB. XX. DIGEST.

LEX XCIIII.

VErbum reddendi, quanquã significatum habet retrò dandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

MARCEL. LIB. XIIII. DIGEST.

VERBVM reddendi.) †Reddere quandoq; capitur simpliciter pro dare [f]: unde si testator alicui centũ reddi iubet, q̃uis nihil ipse accepisset, tamen legatũ deberi dubiũ nõ est. †Quod tamen Accursius ex interpretatione [g] legis esse arbitratur, nõ ex sermonis proprietate: reddere enim propriè est retrò dare: nam plerunq; per abusum hanc præpositionem superfluè addimus: ut cùm Lucilius dixit, Repudium remissum, id est, simpliciter missum. & Terentius, Renuncio futurum, id est, nuncio: quod nec Grammatici omisere. †Verbum aũt dandi propriè reddendi significatum habet: quia qui reddit, utiq; dat: qui repetit, petit. Hinc dicimus, soluto matrimonio dotem peti [h]: quoniam id uerbum generalius est, & repetitionẽ quoq; continet. †Sanè huius legis argumento respondit Bart. [i] cùm duo fratres in diuisione certũ fundum excepissent, pro dote uxori reddenda, tametsi nõ constet ullam dotẽ eos accepisse, tamen fieri interpretationẽ tanq; dotem dari simpliciter stipulati sint: quo casu absenti mulieri fauore dotis actio quæritur. Quod & in uerbo, restituendi, quosdã approbasse suprà retuli [k].

f l. Lucius. §. j. l. hæres. de legat. iij.

g l. j. §. elegãter. depoſ.

h Bart. in rubr. ſol. matr.

i Bart. conſil. 223.

k In. l. reſtituere.

1 Reliqui dicuntur reſtantes.
2 Reſiduum non dimidium, ſed id quod reſtat ſignificat.
3 Decem pro reſiduo ſufficiunt.
4 Reſiduum quandoq; nihil, quandoq; totum inducit.

POTEST.) †Reliquorũ appellatio propriè ad partẽ restantem refertur, à qua sermonis proprietate in dubio nunq; recedimus [l]. Vnde si ex fideiussorib. alter decem promiserit, alter reliquũ, si primus soluere nequeat, nõ tamen secundus in totũ cõdemnabit. Sed & testator qui illud q̃d residuũ est pecuniarũ, apud argentarium ecclesiæ legat, si deinde nouis lucris eam summã auxerit, nõ tamẽ totã legasse uidetur [m], sed id solũ quod tũc erat. †Quapropter Barbatij sententiã non probo [n], qui cùm Rom. Põtifex cuidam præposito indulsisset, ut de reditibus sacerdotiorũ liber è testaret, dum tamẽ de residuo liberalem se erga ecclesiam exhiberet, respõdit saltem dimidiã partem appellatione residui cõtineri: quod ipse nõ approbo, cùm residuũ propriè de quacunque restante parte dicat: satis ergo erit, si boni uiri arbitratu munificus sit. Sed & eadẽ ratione factũ est, ut qui X. pro residuo soluerit, censeatur liberatus [o]: cùm enim creditor eam summã sibi restare fateatur, cõsequens est, ut ea persoluta debitor liberetur. †Recedimus tamen quandoq; à proprietate sermonis, ut quia hoc materia suadeat, uel narrantis inuentio: fitq; eo casu, ut residuũ quandoq; totum, quandoq; nihil inducat [p]. Finge testatorẽ ex semisse spuriũ instituisse, ex residuo Titium: cùm spurius sit incapax, uideãt Titius in uniuersum institutus: nec enim pro parte solùm uoluit testatus decedere. Qua ratione si quis partẽ domus uxori leget, quã uiuens ipse solebat inhabitare, si integrã inhabitabat, tota debebitur [q]: siue quia uideãt partem dixisse respectu aliarũ domuũ, siue quia prævalet intentio, ex alijs uerbis cõiecta, proprietati uerborum. Finge è conuerso Titium in asse institutum, Sempronium in residuo, certè nihil ei debebit, cùm nihil supersit [r]. Non recedimus ergo à priore significatione, nisi ex cõiectura uoluntatis: atq; sic cõmuniter dici consueuit,

l Mod. l. ij. C. de hæred. inſtit.

m Paul. l. cũſtipulamur. ſ. de uerb. obli.

n Barb. conſ. ij. in j.

o l. ſi ex pluribꝰ. de acce.

p l. ij. C. de hered. inſtit.

q l. uxori. de legã. iij.

r l. item quod. §. ſed ſi. & l. qui non. de hæred. inſtit.

1 Littus eſt quouſq; hybernus fluctus eludit.
2 A tertio Idus Nouembris ad ſextũ Idus Martij clauduntur
3 Auaritia noſtri temporis. (maria.
4 Prædia etiam diuiſa fratrum eſſe dicuntur.
5 Verba de uniuerſo concepta, ad ſingulas partes aptantur.
6 Hæreditas pro eius parte capitur.
7 Tempus pro qualibet eius parte ſumitur.
8 Vel, multiplicè poteſtatẽ habet, declarat tamẽ ut plurimũ.

LITTVS.) a ¶†Littus propriè maris est ripa fluminũ. Veteres tamen μετωφορικῶς littus

littus de quacunq; extremitate dixerunt: qua ratione Verg. lacet, inquit, ingẽs littore truncus. Illud sic diffiniuit Gallus Aquilius, ut littus sit quouscq; hybernus fluctus eluderet, ut apud M. Ciceronem in Topicis relatum est.

2 †Sunt autẽ hybernifluctus maximi, quòd eo tẽpore circiter uergiliarũ occasum tempestatibus maria conturbantur: quãobrem ex die tertio Iduũ Nouembris, usq; in diem VI. Iduum Martij, maria claudũtur, ut lib. IIII. rei militaris Vegetius scribit: q̃d tamen in præsentia

3 nõ obseruatur: †Nihil enim inausum reliquit nostrorum temporum auaritia.

4 b ¶§. PRAEDIA.) †Tres fratres certa prædia habẽt diuisa, nec in alterius portione ullũ ius est alteri, an rectè dicemus prædia illa esse

a l. rectè. §. quintus. ff. eod.

illorum fratrum [a]? Et huiusmodi sermone uidebatur potius significari, esse communia, & indiuisa: sed tamẽ etiam facta diuisione rectè sic dici, Iurisconsultus ait: †debent enim uerba cõgruè adaptari [b], & secundũ debitũ ordinem intelligi, ut q̃uis de uniuerso uerba concipi uideant, de singulis uniuersi partib. actũ censeamus. †Nam & si testator pluribus filijs

5

b l. Gallus. §. j.

6

c Alex. l. Titia. ad l. falcid.

institutis [c], subijciat, si aliquis eorũ decesserit, uolo hæreditatẽ meam pauperib. distribui: aliquo decedente erogabimus nõ hæreditatẽ totam, sed eam portionem, quæ decedentis fuerat: fitq; uniuersi interpretatio pro singulis eius portionib. †Qua ratione & quandoq; genus pro singulis sui partibus accipimus, &

7

d gl. c. generali. §. illos. de elec. in 6.

pro tempore exponimus, pro qualibet tẽporis parte [d]. Sed & si lex aliquid pecuniæ indicat agenti ad domum, etiam qui partem uendicat tenebitur [e].

e Mod. l. ij. §. ſi tamen. de uerbor. oblig.

8

c ¶Vel alio.) †Id est, etiam alio. Vel, cõiunctio quãdoq; augmẽtatiua est, ut hîc, & apud Verg. Vel Priamo miseranda manus. Sicut è conuerso diminutiua, ueluti cũ lex mandat Christianis [f], ut animũ demittãt, quod uel capitis inclinatione testentur: capitur ibi uel, id est, saltem. Quandoq; disiunctiua, ut, promittis Stichum uel Pamphilum: Quandoq; coniunctiua [g], ut in eo qui sibi uel hæredibus stipulatur. Quandoq; exemplaris, ut apud Terentium: Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, id est, ueluti Pamphilus. Aliquãdo correctiua, ut si dicã, Tiburi uel Romæ optimè uiuitur: interpretamur enim, uel potius Romæ. Plerũq; declaratiua, uel, pro id est, ut cùm inter genus & speciẽ ponitur, ueluti in lege Aquilia, quadrupedem uel pecudem.

f c. decet. de im. eccleſ. in 6.

g c. j. de eo qui ſib. in feud.

1 Quanta pecunia ſpecies, non precia rerum ſignificat.
2 In quantitatis uoce idem obtinet, contra Alciatum.
3 Pecuniæ ſtipulatio iura quoq; continet.

CVM STIPVLAMVR.) †Cùm pecuniæ uerbum generale sit [h], si emptor hæreditatis stipuletur à uenditore, quanta pecunia ex hæreditate ad eum peruenerit, species ipsas stipulatus uidetur, nõ precia earũ [i]. idem si quãtas summas sit stipulatus: quod etiam in legatis obseruatur: uerba emẽ huiusmodi de certis corporibus nõ impropriè accipiẽtur. †Sed quid si aliquis quãtitatis nomine usus fuerit? Et species cõpræmdi eodẽ argumento proditũ est [k]. Mihi res dubia uidetur: dictio emẽ quãtus, ad amplitudinẽ refertur: at quantitas nõ uidetur secundum usum accipi pro certis speciebus. Sed an hæc stipulatio etiam iura comprændet? †Et dubium non est comprændi [l]: fortiuntur enim nomina naturã rerum corporalium, & eius loci esse existimantur, ubi debitores conueniri possunt [m].

h l. uenditorem. de hære. uen.

i l. quiſquis. de leg. iij.

k Bart. l. j. in j. col. C. quod ſen. quæ pro eo.

l l. pecuniæ. j. eod.

m Alex. conſil. 16. in j.

1 Anni diſpar ratio.
2 Dies qui poſt ſextũ diem calend. Martij intercalatur quolibet quadriennio, biſſextus dicitur.
3 Biſſextus Romæ infauſtus erat.
4 Menſis diuiditur in Calendas, Nonas, Idus.
5 Nonarum diuiſio, & cur ſic dictæ.
6 Idus unde dictæ.
7 Dies menſium carminibus annotantur.
8 Calendæ dicuntur omnes dies, qui poſtridie Idus incipiũt, uſq; ad ſequentem menſem.
9 Intercalares dies Græci ἐμβόλιμας dicunt.
10 Cato M. Porcij filius.
11 Punctum conficiunt decem momenta ſecundum Accurſ.
12 Latini momentum & punctum ſimpliciter pro breui tempore accipiunt.
13 Hora conſtat LX. minutis.
14 Aliquando etiam biſſextilis dies computatur.
15 Iudex ſi menſtruam dilationem concedat, de quot diebus intelligatur.
16 Menſes à luna dicti.

CVm stipulamur, quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenit, res ipsas, quæ peruenerũt, nõ precia earũ spectare uidemur.

IDEM LIB. XXVIII. DIGESTORVM.

LEX XCVIII.

CVm bissextus [a] tus, ad amplitudinẽ refertur: at quantitas nõ uidetur secundum usum accipi pro certis speciebus. Sed an hæc stipulatio etiam iura comprændet? †Et dubium non est comprændi [l]: fortiuntur enim nomina naturã rerum corporalium, & eius loci esse existimantur, ubi debitores conueniri possunt [m].

a Bart. l. j. in j. col. C. quod ſen. quæ pro eo.

l l. pecuniæ. j. eod.

m Alex. conſil. 16. in j.

1 Anni diſpar ratio.
2 Dies qui poſt ſextũ diem calend. Martij intercalatur quolibet quadriennio, biſſextus dicitur.
3 Biſſextus Romæ infauſtus erat.
4 Menſis diuiditur in Calendas, Nonas, Idus.
5 Nonarum diuiſio, & cur ſic dictæ.
6 Idus unde dictæ.
7 Dies menſium carminibus annotantur.
8 Calendæ dicuntur omnes dies, qui poſtridie Idus incipiũt, uſq; ad ſequentem menſem.
9 Intercalares dies Græci ἐμβόλιμας dicunt.
10 Cato M. Porcij filius.
11 Punctum conficiunt decem momenta ſecundum Accurſ.
12 Latini momentum & punctum ſimpliciter pro breui tempore accipiunt.
13 Hora conſtat LX. minutis.
14 Aliquando etiam biſſextilis dies computatur.
15 Iudex ſi menſtruam dilationem concedat, de quot diebus intelligatur.
16 Menſes à luna dicti.

CVM BISSEXTVS.) a ¶†Habuere uetères Romani institutum à Romulo annum X. mensium, qui erat dierum CCCIIII. incipiebatq; Martio mense: quæ ratio cùm neque solis, neque lunæ cursui conueniret, Numa duos menses addidit, Ianuariũ & Februarium, atque ita dies distribuit, ut omnino CCCLV. essent. Sed quia hæc quoq; constitutio non quadrabat, necessariò intercalaris mensis constitutus est, id est, mensis interposititicius, arbitratu Pontificum, qui alternis annis nunc XXII. dies, nunc XXIII. intercalabant. Is mensis additicius erat, & prope finem Februarij, quia is ultimus anni, inserebatur. † Sed hunc quoq; modum cursui solis nõ conuenire, cùm C. Iulius Cæsar animaduertisset, X. dies addidit, intercalariũq; mensem substulit. Et quoniã solis cursus an-

nuus quadrantem quoq;, id est, sex horas occupat, singulis quibusq; quadriennijs diem inseruit, qui Bissextus dicitur: intercalatur enim, id est, uocato populo inseritur, is dies post eum, qui sextus Calendarũ Martij est, & duo loco unius habentur. Vera ergo est Mutij sentẽtia, qui mensem intercalarem, id est, in quo intercalat, seu inseritur bissextus, dixit esse dierum XXIX. Quę uerò M. Cato disseruit, computationi præsenti non respõdent: floruit enim ille ante Cæsarem, quo tempore reformatus annus nondũ erat, sed alternis annis XXII & XXIII. dies inserebantur, qui dies totum mensem intercalarem faciebant, & nõ aliter quàm si solùm momentũ temporis occuparent, obseruabãtur. Sed dum illum mensem extremo diei Februarij Cato attribuit, uideri potest Græcos imitatus, qui ἐμβολιμὸς suos, id est, exemptiles menses sub finem anni superaddebant. Romani uerò VI. diebus anteuertebant post celebrata Terminalia, ne ueterem religionis suæ (ut Macrobius scribit) morem conturbarent. † Nam, ut etiam libro XXVI. Ammianus Marcellinus tradit, dies is Bissextus, Romanis rebus infaustus atq; ater erat. † Diuiditur autem mensis in Calendas, Nonas, Idus. Calendarũ primus est dies: tunc enim pontifex calato, id est, uocato populo pronũciabat, quot dies à calendis ad nonas supereſſent: καλέω enim græcè, idem est, quod uoco. Cõfluere autẽ Nonarũ die in urbem populares oportebat, ut addiscerent, qd eo mense in diuinis humanisq; rebus faciundum esset. Erãtq; Nonarũ alię quintanæ, alię septimanæ: & sic dictæ sunt, quasi nouæ obseruationis initium, quæ ex noua luna assumebatur: unde ex eius ortu nunc celerius, nunc tardius duorum dierum lapsu celebrabantur. † Idus uerò ab Hetrusco sermone dicuntur, apud quos Iduare est diuidere. Is aũt dies diuidit mensem: nam eo lapso, computamus dierum numerũ, quatenus à sequentib. Calendis distant. Vnde cùm dicimus, sexto Calendas, sextũ diem intellígimus, qui ante Calendas est. † Dies autẽ mensiũ his carminibus annotari possunt: Septembris Iunij Aprilis trigintaq; nono Mense dies, unũ adde alijs, duo Februus aufert. At Nonarum Iduumq; ratio nõ absimili distícho sic uulgò tradita est: Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars, Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.

8 b ¶ In Calendis.) †Non solũ primus dies in Calẽ. b est, nihil refert priore, an posteriore die quis natus sit: & deinceps sexto Calendas eius natalis dies est. Nam id biduũ pro uno die habet, sed posterior dies intercalat c, non prior. Ideo q̃ anno intercalatũ nõ est, sexto Calen. natus, cũ bissextus Calendis Calendarũ simpliciter Calendę appellat, sed omnes dies, qui postridie Idus incipiũt, usq; ad sequentẽ mensem: idq; fortè exẽplo Græcorũ, qui primã partẽ mensis ἱσταμένου uocant, secundam ἐπὶ δέκα, tertiã quæ post uigesimã diem est φθίνοντα. l.iij.§.minorẽ. de minor.

c ¶ Intercalatur.) Id est, inseritur, & supra numerũ additur: quod ostendit etiã græcus sermo, † qui ὑποβαίνοντας dies appellat, quos nos intercalares. Sic autẽ dicitur, quoniã calato, id est, uocato populo, olim Põtifex pronũciabat, quando mensis intercalaris habendus esset: quod cũ quandoq; propter gratiam negligeretur, anniq; ratio nõ constaret, C. Cæsar eum mensem sustulit, & singulis quadriennijs unam diem intercalariam fecit, ut suprà retulimus. 9

d Cato.) † Hic est qui M. Porcij filius fuit, & egregios de iuris disciplina libros reliquit, ut scribit Gellius: & ut ex eius lectione constat, fuit longè antiquior Cæsare, ut meritò eius sententia præsenti cõputationi non quadret, sed antiquiori, cùm mensis intercalarius alternis annis insereretur, quem Cæsar deinde sustulit, additis unicuiq; anno X. diebus, ut Tranquillus scribit.

e ¶ Pro momento.) Cùm igitur omnes illi dies pro momento haberẽtur, meritò in ultima die cõputandi fuerant: sicut hodie duo dies pro uno habentur. † Sanè scribit Accursius, X. momenta punctum cõficere, & quatuor puncta horam. † Latini tamen autores momentum simpliciter accipiunt pro breui tempore, sicut & punctũ. Horat. Quid enim concurritur horæ Momento. Terent. Tum temporis mihi punctũ ad hãc rem. † Minutis uerò sexaginta cõstare horã receptũ ex autoritate prudentiũ est: at Boëthius lib. geomet. ult. puncto minus esse minutũ, rursus minuto momentum, autor est.

f ¶ Attribuit.) More Græcorum, Latini enim sexto Calendas Martias inserebant, ne statæ eorum ceremoniæ confunderentur.

g ¶ Quintus.) Mutij sententia est uera, si intercalarem mensem accipiamus, id est, in quo fit intercalatio: si enim de toto intercalari mense intelligamus, qui apud ueteres fuit, is XXII. dierum erat, ut Macrobius est autor, alternisq; annis uariabatur, quod latius ipse attingit.

h ¶ Diebus XXIX.) † Quamuis ergo dies intercalaris pro eodem habeatur, cum eo qui est sextus ad Calendas, neq; cõputet: si tamẽ dispositio de certo dierũ numero tractet, ut si liceat

liceat uenditori intra XXX. dies redimere a, etiã bissextilis dies cõputabit. † Sed hîc cõsuit dubitari, ludex mihi dilationẽ menstruã cõcedit, de quot diebus intelligemus? & cũ mensis absolutè fit mẽtio, traditũ est XXX. dies cõputari b: tot enim diebus cũ tardissimè à cõitu solis luna remoratur, ad suas uices redit, cursumq; conficit. † Menses aũt à luna dictos, ex Græcis accepimus, apud quos mensis μὴν, Luna μήνη dicit. Quòd si in materia fauorabili agatur c, ubi lex duorũ mensiũ mentionẽ facit, & qui LXI. die uenerit, audiet: quod etiam procedere existimauerim, si lex duorũ mensium utiliũ terminũ statuat. Quòd si à certa die terminus mensis assignetur, ut si quinta die Augusti iudex dicat, se mihi mensis terminũ cõstituere d, usq; ad V. Septemb. durabit, cõplecteturq; hac ratione unum & XXX. dies.

a l. ij. ff. de diuers. præscr.
b l. fin. §. j. C. de iur. deli. Alex. cons. 114. in s.
c l. ubi. ff. tit. j.
d l. ij. l. fi. §. j. C. de temp. app.

VLP. LIB. I. DE OFFI. PROCON.

LEX XCIX.

NOtionẽ d accipere possumus, &

d Notionis uerbum nõ solũ ad eos pertinet, qui iurisdictionẽ habent, sed & qui simplicem cognoscendi facultatem.

1 NOTIONEM.) a ¶ † Notionis uerbũ generale est, & nõ solùm ad eos pertinet, qui iurisdictionẽ habent, sed & qui simplicẽ cognoscendi facultatẽ. Quare assessores siue amici, qui in consiliũ Proconsulũ adhibent, cùm etiã ipsi cognoscant, dicũtur habere notionem. † Arbitri quoq;, quos ex cõpromisso adimus, habẽt notionẽ. Cùm enim ex pacto priuatorũ iurisdictio conferri nequeat, consequens est, ut saltem notionem habere dicantur. † Quare cùm Iurisconsultus e, exequendas esse eorũ sententias qui notionẽ habẽt, attestetur, etiã de arbitris intellexisse uidet, quorum

1 Arbitri notionem habent.
2 Arbitrorum sententiæ executionem fortiuntur.
3 Quod procedit etsi simpliciter electi sint à partibus, & approbatio subsecuta.
4 Delegatus iudex an solam notionem habeat.
5 Is, cui causæ cognitio concessa est, an diffinire possit.
6 Prouinciæ unde dictæ.
7 Prouinciarum aliæ continentes, aliæ transmarinæ.
8 Sicilia, an transmarina insula uel continens.
9 Italorum appellatione non continentur Siculi.
10 Dilationes in continentibus insulis breuiores, in transmarinis longiores concedi debent.
11 Hodie quælibet ciuitas merum imperium habẽs prouinciæ æquiparatur.
12 In causis pecuniarijs dilatio unica debet cõcedi ad probandũ.
13 Ad diuersa capitula plures dilationes concedi possunt.
14 Fallit si generalis dilatio semel data sit, uel etiam specialis.
15 Secunda dilatio dari potest cum causæ cognitione.
16 Propter instrumenta causæ dilatio danda.
17 Instrumentorũ appellatione propriè testes quoq; cõtinentur.
18 Ex cõmuni loquendi usu sub instrumẽtis testes nõ cõtinentur.
19 Scripturæ usq; ad conclusionem causæ produci possunt, secus in testibus.
20 Restitutus tex. legis nostræ in uers. quæ enim.
21 Natura præpositionis In, iunctæ accusatiuo casui.
22 Liber homo & maior natu, an testimoniũ ferre possint in his, quæ in seruitute, aut minori ætate cognorunt.
23 Infamis nunquam rectè dicit testimonium.

e l. ult. de re iud.

sententiæ uel per pœnę petitionẽ f, uel per exceptionẽ, uel etiã per actionẽ in factũ, si arbiter à iudice datus sit, executionẽ fortiuntur g. † Hodie etiã si à partibus simpliciter sint electi, & ὁμολογέω, id est, approbatio subsequuta sit h. Sed & si sub pœna etiã rato manẽte pacto cõpromissum sit, oriri actionẽ in factũ creditum receptũ est i: licet aliqui sufficere pœnæ petitionẽ existimauerint, quorũ sententia cõmuni calculo locum sibi tantũmodo uendicat, cùm actum nõ est, ut ratum sit pactũ. † Sed an is, cui mãdata est iurisdictio, notionẽ solũ habeat: quod plerisq; uidetur k: nihil enim proprium habet. Nobis magis ea sententia probatur, ut habere iurisdictionẽ dicat, licet alieno iure, & beneficio. † Sed nũquid is cui causæ cognitio conceſſa est diffinire poterit? Et si à lege cõcedat, dubiũ nõ est posse l: si uerò ab homine, Bart. negat: quoniã aliud sit cognoscere, aliud diffinire m. Nam etsi alicui mãdetur, ut causam audiat, nõ iudicandi munus, sed referendi mandatum uidetur n. Ego, si ordinario cognitio demandata per principem sit, putauerim etiam ius decernendi cõcessum: solent enim ordinarij ipsi iudicare, non aũt referre o.

f l. diem. §. fideri. de arb.
g l. ab arbitrõ. qui satisd.
h l. iiij. & seq. C. de arbit.
i d. l. ait.
k l. j. in fin. de offic. eius.
l l. iij. §. cognoscit. de offic. præf. urg.
m l. ubi. C. de fid.
n clem. auditor. de rescript.
o l. j. C. si contra ius. l. fin. C. ubi sent.

b ¶ §. CONTINENTES.) Prouinciæ dictæ sunt, q̃d procul ab Italia armis uictæ fuerant: in has Proconsules & legati mittebant, qui ius redderent, & tributa exigerent. † Aliæ aũt erant continentes, aliæ transmarinæ. Continentes, ut Gallia, Illyricũ, Rhetia, Vindelici, Pannonia, Germania: Trãsmarinæ, Asia, Aphrica, Syria Cyprus, Achaia. † Sed dubitatum est, quid de Sicilia p uidebat ẽm transmarina, quoniã ab Italia mari dirimitur. Sed tamen cũ illud fretũ modicũ sit, magis probat Iurisconsultus, ut & ipsa inter cõtinentes sit. † Hincq; apparet Italorũ appellatione nõ cõtineri Siculos, tametsi olim, priusquã irrumpẽte freto dirimerent, aliud esset. Nec obest, quòd cùm insula sit Italiæ uicina, pars potius Italiæ sit p existimãda, q̃ prouincia: nam cũ in eam prætor destinaret, sicut in cæteras prouincias, esset q; amplissima & uiris & urbib. maior existimata est, q̃ ut insula appelletur. † Refert autẽ plurimũ, ut sciamus, prouinciæ cõtinentes an transmarinæ sint: propter dilationes, quæ in illis breuiores, in his prolixiores cõcedi debẽt q. Scribit Dion, edicto diuũ Augustum prohibuisse, ne senatores iniussu principis extra terram Italiam peregrinarentur, præterquã in Siciliam, & prouinciã Narbonensem: illam, quia Italiæ cõtinẽs, propinquaq; est: hanc, quia imbellis, & nouandis rebus minimè apta. Tacitus tamen lib. XII. egregiæ erga patres Narbonensium reuerentię, hoc tributum à Claudio attestatur. † Sanè quantũ sit ad iurisdictionem, hodie quælibet ciuitas, quæ merum imperiũ habeat, suosq;

7 8 9 10 11 12 13

p l. insulæ. de iud.

q l. j. C. de dilat.

sibi magistratus constituat, prouinciæ æquiparat[a]. In iure uerò pontificio prouincia prodicœcesi accipit[b], in qua decem uel undecim sint ciuitates, quibus is, qui dominatur, rex dici potest.

a l. cum in lõgi. C. de lon. tem. præscr.
b 6. q. ij. scitote.

c ¶ §. INSTRVMENTORŨ.) †In causis pecuniarijs dilatio unica debet cõcedi[c], & secũdum locorũ distantiã tẽperari: in ea debet actor perõme probationũ genus intentionẽ suam adiuuare. †Q; si specialiter ad aliquod capitulum dilatio cõcessa sit[d], nihil obstat quin ad alia capitula plures dẽt: †quod seruandum nõ est, ubi generalis dilatio sit semel data, uel etiã specialis: ratione enim eius speciei, secunda dari nõ debet[e]: atq; ita oratione diui Marci cauetur.† Vtilitatis tamẽ causa receptũ est, ut etiam secunda dari, causa cognita possit: ut si sub sacramẽti religione allegẽt aliquid inopinatũ emersisse, uel impedimentum affuisse[f]. †Sed & propter instrumẽta causæ dilatio danda est, quod Iurisconsul. hîc declarat: ueluti cùm pars allegat aliquẽ de ea re instructũ esse, & ideo certum terminũ constituat petat, intra quem ille sui copiam facere, adesseq; possit: nam si uerisimile sit eum esse instructũ, ut quia allegetur ab eo negocium fuisse tractatũ, dilatio cõcedenda erit.† Hinc ergo probatur, instrumentorũ appellatione etiam testes cõtineri[g], & quidem propriè: & ipsi enim causam instruunt, unde meritò instrumenta appellantur. Idemq; in scripturis priuatis.† Ex cõmuni tamen loquendi usu aliud esse Doctores sentiunt: unde in statutis municipalibus, quę strictam interpretationẽ accipere solent, ea appellatione, de testibus, huiusmodiq; scripturis, nõ intelligemus[h]: & si publicatis attestationibus, iudex dilationẽ instrumentorum causa concedat, de testibus non accipietur[i]: † quoniã licet scripturæ usq; ad conclusionem causæ produci possint[k], testes post publicationem non admittuntur[l].

c l. j. C. de dil.
d l. fin. ubi Alexan. de fer.
e l. oratione. de fer.
f d. l. fin.
g l. j. de fid. inst.
h Imol. in rubr. extra, de fid. instr.
i Alex. d. l. oratione.
k c. cũ dilectus. de fid. instr.
l c. de testib. extra de testib.

d ¶ Separare.) distinguere. Cùm enim arbitrio iudicis hoc tributũ sit, quí ex uerisimilibus coniecturis subodoret, an is, cuius absentia allegatur, causam instruere possit, perquàm, id est, ualde difficile est certam doctrinam tradere, cùm ex qualitate negocij coniecturæ oriuntur.

e ¶ Quæ enim.) †Interrogatiuè legendũ hoc modo: Quæ enim propriè sint instrumẽta, propter quę dilatio danda sit, unde cognoscemus? non autem inde.

f ¶ In præsentiã.) Id est, donec sit præsens: si in præsentiã[f] persone, quę instruere possit, dilatio petat, puta qui actũ gesit, licet in seruitute[g], uel qui actor fuit constitutus, putẽ uideri in strumẽtorũ causa peti dilationem.

IDEM LIB. II. DE OFF. PROCONS. LEX C.

SPeciosas[a] personas accipere debe

g ¶ In seruitute.) †Potest ergo liber homo testimoniũ eius rei perhibere, quam cùm seruus esset, uidit: & maior XXV. annis, de eo attestari, q̃d cũ minor esset, cognouit[m]: dũ tamen ꝓximus pubertati. Sed quoties lex ad substantiã negocij certũ testiũ numerũ requirit, ut in testamẽtis, necesse est tunc, cùm negocium agatur, esse liberũ[n]. † Illud constat, qui impræsentiarũ infamis sit, si testimoniũ dicat, fidem non facere, etiam earũ rerum, quas inculpatus adhuc uiderat[o].

m l. excipitur. §. j. ad S.C.
n §. sed cui. de testa.
o l. iij. §. ducit car.

1 *Quatuor dignitatum nomina in iure esse, cõmuniter traditur.*
2 *Hanc communem sententiam non esse ueram.*
3 *Senatores dignitate clarissimi fuere.*
4 *Senatores nonnunquã specioſi, spectabiles, illustres dicti.*
5 *Fœminæ maritorum dignitate illustrantur.*
6 *Senatores olim ueste laticlauia ornabantur, & de uarijs dignitatum ornamentis.*

SPECIOSAS.) a ¶ †Quatuor esse in iure dignitatum nomina, recentiores tradiderunt[p]: Superillustres, ut Senatores, Consules, Patritios, Dictatores. Illustres, ut Præfectum prætorio, Præfectũ urbis, Quęstorem. Spectabiles: Prętorem, Præfectũ uigilum, & Augustalem. Clarissimos: Præsidem prouinciæ, & Procuratorẽ Cęsaris. †Sed hãc sententiam ipse nunq; probaui, & quandoq; diffusioribus annotationib. ostendi[q], lõgè & latè à uero abesse. Nam & hoc respõso satis appa ret, spectabilẽ, seu quod idem est, speciosum à clarissimo non differre. Itaq; sciendum est, †Senatores dignitate clarissimos fuisse[r]: q̃d in iure apertissimè uarijs ex locis probatur[s], & ostendit Lampridius in Seuero, qui Præfectis prætorij sui eum tribuisse senatoriã dignitatẽ tradit, ut clarissimi dicerentur. Quapter & in iure Opellius Macrinus, qui priusquam imperaret, Præfectus præt. Seueri fuit, clarissimus appellatur[t]. † Et quia ex his Senatoribus aliqui consularia prætoriaq; ornamenta consequebantur, uel principis indulgentia, uel quia eos magistratus gesserãt, omnesq; latum clauũ habebant, speciosi, spectabiles, illustrésue, propter ornamenta ipsa propriè sunt dicti. Deligebantur aũt sorte ex Consularibus Procõsules, sicut ex prætorijs Prætores, qui in prouincias populo Roman. attributas,

p l. j. de officium.
q dist. 4. lib. c. 4.
r l. fœminæ. d. sent.
s l. ij. C. de his qui uen.
t l. j. C. de sent. pass.

attributas, cũ potestate mittebant. Cæsar uerò in prouincias, quas suæ curæ reseruauerat, prẽsides uel legatos mittebat: qui si ex Senatu essent, Clarissimi erãt, alioquin sola Perfectissimatus dignitate fruebant[a]. Meminit eius rei Ammian[o] Marcellinus libro XXI. Quæ autem essent Consulares, prætoriæq; prouinciæ, in calce operis sui Strabo Amasinus refert.

a l. j. C. de perfect. dig. lib. 12.

b ¶ Vtriusq; sexus.) †Fœminę enim maritorum dignitate illustrantur[b]. Vnde quæ clarissimo uiro nupta est, etiam ipsa fit clarissima. Addit Angelus, fœminam naturalem, si legitimo uiro iuncta sit, efficí legitimã[c]. Quod ita intellexerim, ut eas dignitates cõsequi possit, quas aliæ legitimo concubitu ortæ ex mariti persona habent[d].

b l. j. de senat.
c §. quod uerò. in auth. quib. mod. nat. effi. sui.
d l. si quis. C. de nat. lib. in fin.

c ¶ Ornamentis.) † Id est, uestę laticlauię. Gerebant enim Senatores latum clauũ, idq; amplissimi ordinis insigne erat[e]. Concedebantur etiam alijs consularia, alijs prætoria, alijs præfectoria, aliquibus & quęstoria ornamenta. Consulariũ prætoriorumq; insignia erant, sella curulis, & trabea uestis[f]. Decernebantur & quibusdam triumphalia ornamenta, ea sunt tunica palmata, & toga picta: nam cùm omnia bella principis auspicijs gererentur, legatis prætoribusq;, uel ducibus, qui hostes superassent, triumphus decerni nõ poterat, quia alienis auspicijs uicerãt: unde repertum, ut saltem triumphalia ornamenta consequerentur. Cõcessit tamen Belisario Iustinianus, ut de Parthis triumpharet, quamuis non suis auspicijs uicisset.

e l. fi Rufinus. C. de test. mil.
f l. fi. C. ut dig. ord.

1 *Adulteriũ in nupta, stuprum in uidua uel uirgine cõmittitur.*
2 *Horum criminum uariæ pœnæ.*
3 *Si masculus cum masculo coëat, quæ sit pœna.*
4 *Ex damnato coitu nati, bonorum paternorum sunt incapaces.*
5 *In dubio an filius capax uel incapax sit præsumendus.*
6 *Si quem instituã tanquã certæ mulieris filium, an capax præsumatur.*
7 *In pœnalibus interdum uerba abusiuè accipiuntur.*
8 *Diuortium & repudium differunt. & num. 10.*
9 *Facto diuortio an hodie liceat aliam ducere.*
11 *Morbus & uitium quomodo inter se differant.*
12 *Oculorum uitia declarata ab Vlpiano.*
13 *Myopes & nyctalopes qui dicantur.*
14 *Masculinum quomodo concipiat fœmininum.*
15 *Seruis legatis etiam ancillæ continentur ex proprietate sermonis.*
16 *Si filijs relinquatur, ex proprietate sermonis filias cotineri.*

1 INTER STVPRVM.) † Adulterium propriè in nupta cõmittitur, stuprũ in uidua, uel uirgine, seu qualibet alia muliere, quæ corpore quæstum nõ faciat. In puero quoq; 2 perpetrari stuprum, alibi traditur[g]. † Horum criminũ uariæ pœnæ cõstitutæ sunt. In adul-

g l. stuprum. §. j. de adult.

teros gladius[h], nisi quòd nobiliores deportantur[i]. Mulier hodie in monasterium detruditur. Stupratores uirginum uel uiduarũ ex lege Iulia coërtione corporali[k], ut fustium, flagellorum, plumbatarum, uerberibus, relegationeq; affligun tur. Honestioris ordinis uiri, dimidia parte bonorũ mulctantur: extra ordinem tamen solent omnes extremo supplicio affici[l]. Hodie iure canonico, qui uirginis florẽ delibat, uel ipse eã in uxorẽ accipere, uel dotem, qua cũ alij nubat, pręstare compellitur[m]. † At cùm uir nubit in fœminã uiris porrecturam, armantur iura gladio[n], notatur q; ipso iure uterq; infamia. Quapropter ex facto responsum est, etiam priusquam accusati sint, si moriantur, ab eis cõditum testamentum non ualere: hos enim improbos & intestabiles lex appellat, quod Platus ciuis meus eleganter disputauit[o]. Sanè hinc appa ret, tam adulterium q; stuprum lege Iulia puniri, † quo fit, ut ex huiusmodi damnato coitu 4 nati, paternorum bonorum sint incapaces[p]: quippe hos nec ali quidem leges Quiritium iubent. Qua pœna excipiunt hi, qui propriè naturales sunt, uidelicet ex concubina domi retenta, uxoria quadã honestate. His addendi & spurij sunt[q], quos ex meretrice suscepimus. Sed & si ex pedissequa, clientáue aliqua uiliore orti sint, idem iuris uidetur[r]: has enim propter uilitatem constat legum laqueis non innodari[s]. † Sed quid in dubio præsumemus, 5 an capacem, an incapacem filiũ? Et à Baldo responsum est[t], non censeri naturales in dubio filios: quia ad licitum concubinatũ multa requiruntur, quæ raro in unũ conueniũt[u]. † Idem annotauit, si quem instituam tanquã 6 filium certæ mulieris, & probetur ex me ortum, incapacem præsumi. Ego edictum ad testamenti factionẽ pertinens prohibitoriũ esse scio[x], & ideo quemlibet capacem esse, qui nõ probetur incapax: quamobrẽ alio nõ constituto, putarem hunc admittendum, idq; be nignius est.

h l. quamuis. C. de adult.
i l. clau. de his quib. ut indi.
k §. ij. Instit. de pub. iud.
l l. j. in fi. de extraor. crim.
m c. j. de adult.
n l. cum uir. C. de adult.
o In cõsilijs Bartol. l. ult. in j.
p Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.
q l. si ea. C. de adul.
r l. quæ adulterium. C. cod.
s Salic. d. Auth. ex complexu.
t Consil. 262. in j.
u l. iij. de lib. & posthum.
x l. si quæramus. de test.

b ¶ Indifferentur.) †Alibi lex[y] græcè κατὰ χρηστότερον appellat, id est, abusiuius, ut indecolligatur, in cõstitutione pœnali uerba etiã per summũ abusum accipi, quando ex ipsius lectione cõstat, eius autorem indifferẽter, & promiscuè ea uoce uti solitũ, tanquã propria.

y l. inter liberas. §. j. de adult.

c ¶ §. DIVORTIVM.) † Diuortiũ propriè 8 in coniugibus est, Repudiũ sponsæ mittitur. Hodie iure pontificio neutrum permittitur, sed solùm separatio ex certis causis: nec interim licet aliã ducere, etiã si separationi uxor causam dederit: ueluti si ipsa adulteriũ cõmisit, uel impietatis in deum, quam hæresim uo

cant, ſit rea.† Aliter tamen aliquí ex antiquis patríb. olim obſeruauere, inter quos Ambroſius, quí ex iuſta cauſa marito ius facit diuertendi, atq; aliâ ducendi: non enim hos homo ſeparat, ſed deus, quãdo ita optimis antiſtitibus propter malos fœminæ mores uídetur: quod & latè diſputat Eraſmus in priorẽ Pauli ad Corinthios epiſtolã: nec eſt ueriſimile, Iuſtinianũ pĩſſimũ Imperatorẽ, hunc tractatũ non fuiſſe de iure ciuili amputatarũ, ſi paſſim tempeſtate ſua pontificius ille canon obſeruatus fuiſſet: ut fortè credẽdum ſit, licere põtificí eos canones tollere, & ius Romanum obſeruarí permittere, ſi uelit. Nam & hodie filiusfam. eo iure, etiã patre reclamante, matrimoniũ cõtrahere poteſt, cùm tamẽ ius ciuile aduerſetur[b], & Euariſtus Ro. Pont. in uetuſtiſsimis decretis, unde pleraq; Gratianus cõpilauit, illud expreſſim ap,pbet.

d ¶Sponſæ.) †Vxorẽ tamẽ repudiari etiã alibi legitur[c]: ſicut etiam aliquando diuortiũ dicit, cùm de facto tantũ matrimoniũ fuit[d]. Res enim quandoq; legítimi actus appellationem ſortiuntur, quamuis de facto ſolùm tenuerint: unde ſuprà annotaui, poſſe dici eũ emiſſe, quí de facto emit.

e ¶§. VERVM.) †Varia inter antiquos fuit opinio, quid inter ſe morbus, & uitiũ differrent: & Modeſtinus hîc morbũ temporalem, uitiũ perpetuũ dixit, cui ſententiæ etiam Nonius Marcellus accedit: at Sabinus uitiũ generalius nomẽ eſſe definiuit[e], quod etiam ad animũ referat. Sed & balbũ uitioſum eſſe, nõ morboſum. Vlpianus pro eodẽ accipi uitium & morbum ait, ꝯuis in edicto ædilium curulium tollendæ dubitationis cauſa bis τὸ αὐτὸ idem dictum ſit. M. Cicero morbum totius corporis corruptionẽ exiſtimauit: ægrotationem, ſi imbecillitas accedat: uitium, cùm partes corporis inter ſe diſsident, ut diſtorſio membrorũ, & deformitas. Extat Comi antiquũ monumentum hac inſcriptione:

Morborũ uitia, & uitæ mala maxima fugi,
Nunc careo pœnis, pace fruor placida.

Huius Iuriſconſultorum controuerſiæ etiam Gellius lib. Noct. Atti. IIII. cap. II. meminit.

f ¶Luſcus.) Qualis fuit Annibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores, cùm tamen unoculi & coclites eſſent. †Sanè oculorũ uitia ſic declarat Vlpianus[f]. Sed & μείωπτε morboſum eſſe conſtat: idem ubi homo neq; matutino tẽpore, neq; ueſpertino uidet, quod genus morbi Græci uocant νυκτάλωπιαν, eluſcationẽ eam eſſe qui dam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet. hæc ille in correctis exemplaríb. †Sunt Miopes, quaſi minus uidentes dicas: cuius uocis etiam apud Nonium eſt mentio. Nyctalopes uerò Latini luſcioſos uocant, Feſto autore. Horũ duplex ſpecies, aliĩ interdiu uident, noctu nihil, quorũ Paulus Aegineta, Alexander lib. I. Celſus VI. meminere: ſed & Plinius horũ nocturnas cęcitudines cõmemorat. Aliĩ parũ interdiu uident, ueſpere aut noctu acie acutiore ſunt, ut Galenus in Iſagoge ſua teſtatur: horum quoq; Plinius aciem ueſpertinam appellat. Vtrunq; id malum breuiter & eleganter Iuriſcõſultus diffiniĩt, licet imperitis anſam calumniandi dederit, non nyctalopa, ſed cæcum ab eo deſcribi cauillantibus.

g ¶§. SERVIS.) †Satis ſuprà perſtrinximus[g], quando maſculínum concipiat fœminínum, oſtendimusq; per extenſionem communi uſu approbatam, ex Baldi ſententia, id fieri. †At hoc reſponſo uidetur potius ex proprietate ſermonis eſſe[h], dum nomen id commune appellat, & ita aliquí annotarunt: interpretaturq; Angelus cõmune eſſe nomen in ſubſtantia[i], licet non ita ſit in prolatione ſermonis. Ipſe arbitror etiam in prolatione eſſe cõmune: ſerua enim, datiuum habet pluralem ſeruis, ſicut ſeruus: unde meritò ex proprietate ſermonis etiam ancillas continet, non ex ea regula, quòd maſculínum concipiat fœmininũ: ſed ex alia, quæ habet, uerba generaliter accipienda, quatenus ex uí ſermonis inferre poſſunt[k]. †Et quod de ſeruis dicitur, idem de dictione filijs, dicendum eſt: ueteres enim non filiabus ſolùm, ſed etiam filijs fœmínino genere protuliſſe conſtat. Ego cùm ius dicerem, & in teſtamento patris conditione filio appoſita, ſi ſine filijs deceſsiſſet, aliquí de maſculis tantùm intelligendum putarent, quibuſdam cõiecturis, quòd uidelicet propriam filiam teſtator excluſerat, & quòd ex lege municipali maſculi fœmínis præferrentur, conſului quamplurimos notæ prudentiæ patresfamiliãs, an ſi ipſi illis uerbis teſtarentur, decedente filio neptem ſuam excludí uellent: negauerũt omnes, & huiuſmodi ſermone, de utroque ſexu ſeu communiter intelligere profeſsi ſunt, ſcrupuloſam recentiorum interpretationem omnes uno ore damnantes.

1 *Leges olim per populi rogationem ferebantur.*
2 *Arrogatio adoptionis ſpecies.*
3 *Derogatio & abrogatio legis.*

DEROGATVR.) ¶†Ferebantur leges per populi rogationem: quia Quirites uel à Conſulibus, uel à Tribunis rogabant, uellẽt, iuberẽt ne, quid fieri: quí ſi ſciuiſſent, id eſt, confirmaſſent, lata, ſancitaq; lex erat.

2 Quę & alio nomine rogatio dici poteſt. †Vnde & adoptionis ſpecies eſt arrogatio: quia ut A. Gellius ſcribit, non niſi lege lata, & per populi rogationẽ fieri poterat: hodie uerò reſcripto principi ſopus eſt[a], poſtq; populus Romanus omne imperiũ in Auguſtũ trãſtulit: ꝯuis hac in re aliter

3 aliĩ ſentiãt[b]. †Eadẽ ratione dicitur derogatio, per quam aliquid diminuĩ de uí & effectu rogationis, id eſt, legis: ſicut abrogatio, cùm tota penitus tollitur, ut etiam in II. Rhetoricorum M. Ciceronis declarat Victorinus.

1 *Capitalis cauſa quæ, & pœna capitalis.*
2 *Reſtitutus textus huius legis.*
3.5 *Si ſtatutũ de pœna capitali loquitur, an exilium irrogandum.*
4 *Famæ periculum uitæ æquiparatur.*
6 *Hodie ex uſu loquendi pœna capitalis intelligitur, cum amputatur caput.*
7 *Membri amputatio an pœna capitalis ſit.*
8 *A principio urbis pro delictis grauioribus pœna mortis ingerebatur.*
9 *Id mutatum fuiſſe lege Porcia.*
10 *Pœnæ Romanorum in exteros.*
11 *Hodie in pœnis mera carnificina.*

a l.j. de mand. princip.

b l.ij. de adopt.

c l.ij. de publi. iud. l.ij. de pœnis.

1 LICET.) a ¶†Capitalis cauſa quælibet intelligitur, quæ ad exiſtimationẽ refertur: ſed ſi pœnã capitalem dicimus, de ea intellígimus, cùm uita, libertas uel ciuitas perditur[c]. †Corruptus autẽ eſt codex: in aliquib. enim legitur, nõ tamen, in alijs deeſt negatio: ſed omnino legendũ eſt, pœnę tamen. Hinc

3 argumentũ colligitur, † ſi in lege municipali pœna capitalis, ſeu capitis ſimpliciter conſtituitur, nõ omnino de morte intelligendum, ſed ut in pœnis mitiora ſequamur, exilium irrogandum[d]. Fuere & qui ſolam infamiæ notam ſufficere exiſtimauerunt: unde traditum eſt, ſicut beneficiarius cliens dñi uitã pro uirili tueri debet, alioquin beneficio priuatur,

4 ita etiã exiſtimationẽ: † quoniã famæ periculum uitæ æquiparatur[e]. Sed & cùm ſacerdoti capitale ſupplicíũ decernitur, excõmunicationis plericq; intellexerũt[f]. †Verùm hæc ego

5 iure cõſiſtere nõ arbitror: capitalis enim cauſa, de infamia, uel relegatione nõ niſi impropriè accipitur, ut interpretes omnes huius reſponſi argumento tradiderunt. At in inferendis pœnis etiã ſermonis proprietas maximè obſeruatur[g]. Quòd ſi delictũ ita atrox ſit, ut iure cõmuni ſummo ſupplicio emendeẽ, non eſt credendũ, legis municipalis autores, aliter capitalem pœnã accepiſſe, quàm mortis[h]. Quod etiã fatendum eſt, quoties eo iure exilium nulli facínori pro pœna additur: nec

6 enim de eo actũ ueriſimile eſt, † preſertim cum uulgaris loquendi uſus hodie pœnã capitalẽ tantũ intelligat, cùm amputatur caput. Et ideo Iuriſconſultus hîc ex latino ſermone latam illam ſignificationẽ cauſæ capitali tribuit, non autem ex eo, quo uulgares & idiotę utuntur.

†Sed an mẽbri amputatio pœna capitalis ſit[i]? Et nõ eſſe receptũ eſt, niſi fortè craſsiore ſignificatiõe id nomẽ accipiamus: nõ enim membrũ amputari poteſt, quin reus exiſtimationis ſuæ detrimentũ patiatur[k]. Iure aũt uetuſtí huiuſmodi pœna nõ inferebatur,

7 uel amiſsionis ciuitatis, intelligenda eſt.

MODEST. LIB. II. EXCVSAT.

LEX CIIII.

HΤῶν τέκνων προσηγορίαι ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. Natorum appellatio & ad nepotes extẽdit.

8 ſed hodie in quibuſdã caſibus, ex cõſtitutionibus indicta eſt[l].

b ¶Mortis.) †A principio urbis conditę, pro delictis grauioribus pœna mortis reis ingerebatur: uerberibus enim à lictoribus affecti necabantur, uel arbori infelici ſuſpendebantur. †Verùm M. Porcius Cato legem tulit, ne quis ciuis Romanus uerberibus necaretur, ſed ex delicto in exilíũ mitteretur. Solebant tamen Senatores ex magna cauſa more maiorum, id eſt, eorũ quí ante legem Porciã uixere, reos puníre, ut in L. Catilinæ collegas obſeruatum fuiſſe Salluſtius tradit. Imperatoribus quoq;, quoniam legibus ſoluti eſſent, ad necem ciuem Romanũ condemnare permiſſum erat, ut in Auguſto Dion eſt autor. †In exteros autem rarò quoq; pœna mortis conſtituta fuit, ſed damnatio in metallum, uel in inſulam ſufficere uiſa eſt: aliquis enim eorũ uſus erat, cùm opus facere cõpellerentur, & tamen merita pœna afficiebantur. Siquidem ut C. Cæſar apud Salluſtium inquit, in luctu & miſeríjs, mors ærumnarũ requies, non cruciatus eſt. † At hodie in pœnis mera

9 carnificina eſt, & per leges municipales uel ſtrangulantur, uel decollantur, uel exurunt, uel mutilantur rei: quí ſi in opus publicũ damnarentur, & perpetuam pœnam ſubirent, idcircoq; acríorem, & maiori cæteris exemplo eſſent, publiceq; utilitatem aliquam afferrent: ut negari nõ poſsit, ut in pleriſq; alijs rebus, ſic hac quoq; in parte ab antiquis recentiores legumlatores ſuperari.

1 *C. Herennij Modeſtini ſex libri de excuſationibus.*
2 *Per extenſionem filij nepotes appellantur.*
3 *Idem in uulgari idiomate obſeruandum.*
4 *Quod de natis hic dicitur, idem in prognatis ſeu progenitis obtinet.*
5 *Progenitores pro quibuſcũq; aſcendentibus accipiuntur.*

NATORVM.) †C. Herennius Modeſtinus libros de excuſationibus ſex conſcripſit, & hos quidem græco ſermone, quorum bonam partem in Digeſtis Iuſtinianus referri iuſsit, legunturq; hodie inde excepta pleraq; lib. XXVII. ſed ab indocto aliquo in

a l.j. ad Corinth. cap. 7.

b §. j. Inſtit. de nupt.

c l. ſi qua. C. de rit. nupt.

d l. quod Seruius. de cond ob turp.

e l.j. §. ſed ſciendum. de ædil. edict.

f l. idem off. de ædil. edict.

g l. cum lege. de teſta.

h Imol. d. l. ij.

i l. qui manum C. de teſta.

k l. nullam. C. de infam.

l l. ij. C. de ſer. fug.

latinũ ſermonem translata: in eorum II. id reſponſum habetur, quod ſub hunc titulũ Tribonianus collocauit: Η τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ὑπὸ τῶν ἐκγόνους ἐκτίνεται. Veriſimile autẽ eſt à Bulgaro latinitatem conſecutum fuiſſe, eo, quo in preſentia legitur, modo. † Sanè hinc notandum eſt, per extenſionẽ filios nepotes appellari, idemq; in græco ſermone eſſe: ut hinc argumẽtum ſit, † etiã in noſtro uulgari idiomate idem obſeruandũ. Qua ratione, ſi in uiri imperiti teſtamento mentio liberorũ, quę latior eſt q̃ filiorum, reperiat, putarim ſecundũ iuris diſtinctionẽ intelligi: quod & Bart. probat: veriſimile enim eſt tabularium eius emphaſeos uerba latinè ſcripſiſſe, cuius fuerãt uulgaria ab illiterato prolata. † Sed an quod de natorũ appellatione hîc dicitur, locum ſibi uendicet etiam, cùm de prognatis, ſeu progenitis fit mentio? Et horum appellatione propriè nepotes contineri magis credi derim: præpoſitio enim hoc inducere uideť, ſicut cùm pronurum, pronepotem, proſocerum dicimus: † nam & progenitores, pro quibuſcunq; aſcendentibus accipiuntur.

Liberti nomine, liberti libertorum non continentur.

1 *Fallit quandoq;.*
2 *Socij mei ſocius, non eſt meus ſocius.*
3 *Inimici mei amicus, mihi inimicus non eſt.*

Ibid. Clientis mei cliens, clientulus mihi non eſt.

Ibid. Ratio deciſionis in text. noſtro.

IDEM LIB. XII. RESPONSORVM. LEX CV.

MOdeſtinus reſpõdit his uerbis: libertis, libertabuſq; meis, libertũ libertę teſtatoris nõ contineri.

IDEM LIB. I. DE PRAESCRIP. LEX CVI.

DImiſſoriæ litteræ dicunť quæ nitus tranſtulit, Regis ſubditi propriè non dicuntur[f]: impropriè uerò ſecus eſt. † Quarum deciſionum eam eſſe rationẽ arbitror, quòd uerba de eo, quod prius eſt, propriè accipiuntur: non de eo, quod poſterius, per quæ aliam perſonã aſſumũt[g], uulgò dicuntur apoſtoli[a]: dimiſſoriæ autem dictę ſunt, quòd per eas cauſa ad eũ, qui appellatus eſt, dimittitur.

f Mod. d. l. ſo. cij.

g l. qui liberis. §. j. de uulg.

1 *Apoſtoli dicuntur nuncij: et de alijs huius uocabulæ acceptionibus.*
2 *Apoſtoli dimiſſorij, refutatorij, reuerẽtiales.*
3 *Apoſtolos non petens, appellationi renũcia re intelligitur.*

IDEM LIB. III. PANDECT. LEX CVII.

ASſignare libertũ eſt, hoc teſtari, cuius ex liberis libertũ eum eſſe uelit.

DImiſſorię.) a ¶ † Apoſtoli dicuntur nuncij, ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλω, ꝙd eſt remittere. Sunt & de lemborũ genere naues quædã Demoſtheni. Significant etiam in iure dimiſſorias literas. Cùm enim à ſententia iudicis appellatur, debet is, qui appellat, inſtanter ab eo petere huiuſmodi literas, quib. ſecundus iudex de cauſa inſtrui poſſit: teneturq; is, à quo petiti ſint, eos apoſtolos dare: † qui ſi appellationi detulit, dimiſſorij dicuntur[h]: ſi non detulit, refutatorij. Omnes aũt obſequij aduerſus ſuperiorem teſtimoniũ præſtant: unde & ſi dubiteť, an deferendũ ſit, dari debent[i], & ideo reuerentiales quibuſdã appellantur. † Sanè qui apoſtolos non petit, appellationi renunciare intelligitur[k]. Idem ſi in termino, quẽ ſibi iudex eorum accipiendorum cauſa ſtatuerit, non compareat. Succurri tamen in his caſibus ruſticitati quidam exiſtimauerũt: nec enim omnes hanc iuris obſeruationem nouerunt: ſed id ego affirmare non auſim[l].

1 *Apoſtoli dicuntur nuncij: et de alijs huius uocabulæ acceptionibus.*
2 *Apoſtoli dimiſſorij, refutatorij, reuerẽtiales.*
3 *Apoſtolos non petens, appellationi renũcia re intelligitur.*

a l. creditores. l. conditionalis.

1 *Si conſtitutum ſit, ne debitor uectigalia redimat, de quo debito re accipiendum.*

b l. creditor. ſ. cod.

c Iaſ. l. j. in fin. ſi cert. pet.

d l. is cui. ſ. de actio.

e Aret. l. ſi fide iuſſor. de le. j.

f l. fideicõm. §. ſi rem. de leg. iij.

g l. propriè. de poſt.

h l. fi. C. de ap.

i c. j. de appell. in 6.

k Clem. quãuis de appell.

l Guid. Pap. q. 436. iij. col.

1 *De aſſignatione libertorum uetteribus peculiari.*
2 *Verbum Aſſignare, ambiguum eſt.*

ASSIGNARE.) † Velleio Ruffo, & Hoſtorio Scapula COSS. Senatuſconſulto conceſſum eſt patri plures liberos habenti, cui filiorũ uelit, libertos ſuos aſſignare[m]: & licet huiuſmodi aſſignatio neq; legati, neq; fideicõmiſſi uim habeat, quæritur tamen ius patronatus ei filio, cui fuit aſſignatum. † Sanè uerbum aſſignare, ambiguũ eſt, & ad translationem dominij referri poteſt[n], & ad ſolam pignoris uel cuſtodiæ conceſſionẽ[o]. Quapropter cauſa aſſignationis obſeruari debet: ſi enim translationi dominij ſufficit, eum qui aſſignauit, dediſſe interpretabimur: ſi nõ ſufficit, ſolam cuſtodiam cõmiſiſſe[p]. Quod & in dubio recipiendum eſt, ne donatio præſumatur: & ita Bart. & plerique omnes declarant[q].

m l. j. de aſſig. lib.

n l. iiij. de euict.

o l. j. §. antepen. ſ. de uent. in poſſ.

p l. cũ pater. §. pluribus. de legat. ij.

q Bart. l. ſi conſti. ſol. matr.

1 *Debitorem quomodo ſtrictè accipiamus.*
2 *Qui ſub cõditione uel in diẽ debet, propriè debitor nõ eſt.*
3 *An is, cui promiſſum fuit non petere per certum tempus, ſit debitor.*
4 *Lex à tutela debitorem generaliter reijciẽs, quomodo accipienda.*

Ibid. Si conſtitutum ſit, ne debitor uectigalia redimat, de quo debito re accipiendum.

DEBITOR.) a ¶ Suprà declarauimus quo ſignificatu accipiendus ſit creditor[a], & quo debitor, latioremq; harũ uocum expoſitionẽ oſtendimus: † hîc luriſcõſultus nos admonet, quomodo ſtrictè debitorem accipiemus: ut is ſit, à quo inuito exigere poſſimus. † Qua ex diffinitione apparet, eum qui ſub conditione uel in diem debeat, propriè debitorem nõ eſſe: poſtquam autem conditio euenerit, retrò fingitur uerè debitorẽ fuiſſe. † Sed an is, cui promiſſum fuit non petere per certum tempus, ſit debitor? interim enim exigi pecunia ab eo nequit[b]: & ſimilem eum illi crediderim, qui in diem debet. † Colligitur autẽ hinc argumentũ: ſi lex à tutela debitorem generaliter reijciat: ſi item conſtitutum ſit, ne debitor uectigalia redimere poſſit, eum contineri, qui propriè ſit debitor, non autem conditionalem, uel qui in diem debeat[c]. Sed hæc mihi ſententia non placet: ratio enim huiuſmodi legum eſt, ut magis conſultum ſit Reipublicæ uel pupillo: unde cùm conditio ad tempus promiſſionis retrò trahatur[d], poſſet Reſpublica uel pupillus à priore creditore excludi: largè igitur debitoris nomen erit accipiendum, cùm par ratio utroq; in caſu hoc ſuadeat[e].

b ¶ Exigi.) Id eſt, ab inuito extorqueri: hæc enim huius eſt uerbi ſignificatio, ut Accurſius probat[f].

1 *Sequeſter quis dicatur à Modeſtino I.C.*
2 *Modeſtinus taxatur in dictione Sequeſter.*
3 *Occurrere & ſequi quomodo differant.*
4 *Sequeſtres à depoſitarijs differunt.*
5 *Quæ actio aduerſus ſequeſtrum detur.*

IDEM LIB. IIII. PANDECT. LEX CVIII.

DEbitor[a] intelligitur is, à quo inuito exigi[b] pecunia poteſt.

IDEM LIB. VI. PANDECT. LEX CIX.

SEqueſter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua cõtrouerſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo, q̃ occurrentem controuerſiæ, ſequentemq; litigatores. Lauinius tamen in libro quem ſcripſit de uerbis ſordidis, ſequeſtrum dici mauult, quòd eius utraque pars fidem ſequatur: idq; etiam A. Gellius libro XX. probat, & mihi non diſplicet. † Etymologia enim à Iuriſconſulto hîc tradita, ſubdura eſt, in quẽ & illud intorqueri poteſt, quòd occurrere & ſequi pro ſimilibus accipit, cùm penitus ſint diuerſa. † Occurrit qui aduerſum tendit, ſequitur qui pòſt uenit. In hoc autem differunt[g] † ſequeſtres à depoſitarijs, quòd illi plurium partium ſe medios gerunt, hi etiam ab uno deliguntur: hinc q; apparet errare magiſtratus, qui ſub prætextu iurgijs & ſeditionibus obuiam eant, fructus penes alteram partium ſequeſtro deponunt: debet enim ſequeſter eſſe medius, non ex collitigatoribus eligi[h]. Quòd ſi iudex uereatur, ne fructus rei cõtrouerſæ diſſipentur, non eos ſequeſtro tradere, ſed deſcribere ſimpliciter debet, ut finita lite uictori cõſultũ ſit[i]. † Sed quę actio aduerſus ſequeſtrum competit? Et nemo dubitat, depoſiti actionem ſequeſtrariã[k]. Addunt quidã, etiã præſcriptis uerbis agi poſſe, ut ad uerſus eum, qui ꝗs ſpõſionis cauſa annulos accepit, reddere negat[l]. Sed hîc ſequeſter non eſt: nec enim ab utraq; parte annulus depoſitus fuit, nec de eo ulla erat controuerſia.

a l. creditores. l. conditionalis.

b l. creditor. ſ. cod.

c Iaſ. l. j. in fin. ſi cert. pet.

d l. is cui. ſ. de actio.

e Aret. l. ſi fide iuſſor. de le. j.

f l. fideicõm. §. ſi rem. de leg. iij.

g l. propriè. de poſt.

h Bald. c. j. de ſeq. poſſ.

i l. penult. §. ex quadr. de doli except.

k l. & apud. l. ſi in Aſia. dep.

l l. ſi rem. in fi. de præſc. uer.

1 *Bonæ fidei poſſeſſor fructus lucratur, & longo tempore præſcribit.*
2 *Quis ſit bonæ fidei poſſeſſor.*
3 *Etiam iniuſta & fatua cauſa officit, ne poſſeſſor cenſeatur eſſe malæ fidei, & ut lucretur fructus.*
4 *Bona fides regulariter præſumitur, quod & exemplis oſtenditur.*
5 *Bona fides an in eo præſumatur, qui nullum habet titulũ.*
6 *Quoties poſſeſſioni ius ciuile reſiſtit, bona fides non præſumitur.*

IDEM. LIB. V. LEX CX.

BOnæ fidei emptor eſſe uideť, qui ignorauit eam rem alienã eſſe, aut eum qui uendiderit, putauit ius uendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem eſſe.

BONAE FIDEI.) Multum intereſt ſcire, quando quis bonæ fidei poſſeſſor ſit: † is enim & fructus lucratur, & longo tempore præſcribit[m]. Hîc autem luriſcõſultus † eum eſſe bonæ fidei oſtendit, qui titulum habet, ſeu ab eo quem dominum arbitratur, ſeu ab eo quem domini procuratorem, aut tutorem exiſtimat[n]. Quòd ſi credulitati illi ſuæ iniuſta fatua'ue aliqua cauſa anſam dederit, nihilominus fructus lucrabitur[o]: quoniam ut eos ſuos faciat, ſufficit ſi dolo careat. † Huiuſmodi autem cauſa, licet in bona fide poſſeſſorem non conſtituat, efficit tamen, ne malæ fidei uideatur[p], idq; ſatis eſt & fructuũ acquiſitioni, & longiſsimę præſcriptioni[q]: item q; ei poſſeſſioni, de qua ſummariè litis inſtruendæ cauſa ſolet tractari[r]. At uſucapioni, & XX. uel uiginti annorum præſcriptioni non ſufficit[s]: hæc enim non niſi bonæ fidei poſſeſſorem adiuuant. † Præſumitur autem regulariter bona fides[t], etiam in eo, qui iuris errore lapſus ſit, niſi contractui lex ſpecialiter reſiſtat: ueluti cùm cenſitorum uenditio abſque agro, cui aſcripti ſunt, celebratur[u]. Idem ſi in iure naturali, uel quaſi naturali, uel etiam in ciuili iure ueriſimiliter omnibus explorato,

m l. ſi fur. §. j. de uſucap.

n l. quicunq;. in fin. de può.

o l. igitur. §. poteſt. de lib. ca.

p l. ſed etſi. §. ſcire. de pet. hæred. Bart.

q l. j. C. ubi cauſtat.

r d. §. poteſt.

s l. fin. pro ſuo.

t l. penul. C. de cuict.

u l. quemadmodũ. C. de agr. & cenſ.

a Doct. l. ex consensu. §. fi. de appell. Ang. Imol. Raph.

euidentissimo q̃ erretur [a]: atq; ita plerisq; uisum est. Sed & qui domino contradicente emit, malæ est fidei [b]: & qui dolo uenditorem pellexit [c], quicq; ab eo emit, quẽ uendendi ius nõ habere sciebat [d]. † Sed an bona fides in eo præsumaẽ, qui nullum habet titulũ? Et nisi de possessore antiquiore constet, præsumi receptũ est [e]. Quod uerum arbitror, si is psuasum habet ad se rem pertinuisse: alioquin quod suũ non est, scire debet ad alios spectare [f]. Cęterũ & † quoties possessioni ius cõmune resistit, bona fides nõ præsumit. Quapropter q ius seruitutis prę scripsisse asseritur, bonam fidem probare debet [g], cùm pro cuiusque rei libertate regulariter præsumamus [h].

b l. fi fundũ. C. de rei uend.
c l. dolus. C. de rescin. uend.
d l. qui à quolibet. de cõtrahend. empt.
e Bart. l. Celsus. de usucap.
f l. fin. C. unde ui.
g c. j. de præscr. in 6.
h l. altius. C. de serui.

1 Censere, est sententiam suam exponere, & constituere.
2 Senatus censuit, populus iussit.
3 Censere interdum significat præcipere.
4 De censoribus aliqua.
5 Principes, duces, pontifices, non habere absolutam potestatem in subditos.
6 Ius Italicum à prouincialium iure distingui.
7 Liberæ seu francæ ciuitates in Germania solæ antiquam libertatem obtinent.

IABOL. LIB. VI. EX CASSIO.

LEX CXI.

CEnsere est cõstituere, & præcipere: unde & dicere solemus, censeo hoc facias, & senatum aliquid censuisse: inde & censoris nomẽ uidetur tractum.

IDEM LIB. XI.

LEX CXII.

1 CENSERE.) † Censere propriè est sententiam suam exponere [i], & cõstituere. Solebant autem à Consulibus Senatores interrogari, quid fieri placeret: Populus uerò Romanus, uellet iubereẽtne. Quapropter † senatum censuisse, populum iussisse, rectè dicimus. Hocq; loquendi modo plena sunt antiquiorum autorũ uolumina: q̃uis & † censere sit præcipere: quæ enim censuerat senatus, ob seruanda omnino erant [k]. Hinc & † censores dicti, qui quinto quoq; anno de ciuium moribus iudicarent, præsentis transactæq; uitæ rationẽ perquirerent, indignos honorib. abdicarent, famosos notarẽt, publica locarent, censum ciuium peragerẽt, perq; necessarius rectè institutis urbibus magistratus, qui tamen hodie nusquam est, cùm ea quæ ad auaritiam pecuniarumq; æruscationẽ pertinent officia, mirum in modum coaluerint, ubique laqueos tendentib. Satrapis, hallucinãtibus Theologis, adulantibus Iurisconsultis, persuadentibusq;, omnia principibus licere, summamq; eorũ & liberã esse potestatẽ. † Quod certè in Italia uerũ non est: Romani enim cæteris Italis fœdere in societatem attractis, in Augustum lege regia non nisi ius transferre potuerunt, quod ipsi ex fœdere habebant: ut ridiculum sit affirmare, Pontificibus, Ducibus, & quos Germanica uoce Marchiones

i l. item. §. pridie. de pet. hæred.
k §. S. consultũ. Instit. de iure natur.

2 Senatus censuit, populus iussit.
3 Censere interdum significat præcipere.
4 De censoribus aliqua.
5 Principes, duces, pontifices, non habere absolutam potestatem in subditos.
6 Ius Italicum à prouincialium iure distingui.
7 Liberæ seu francæ ciuitates in Germania solæ antiquam libertatem obtinent.

uocant, absolutã in subditos potestatem competere, quæ nec ipsi Imperatori in Italos competit, unde illi causam habent. Atq; hinc est quòd suprà in tractatu de censibus [l], † ius Itali cum à prouincialium iure distinguitur: illi in censum uniuersas facultates deferre tenebãtur, & tributum soluebant: Itali liberi erant, æquoq; cum Romanis iure agebant. † Solę antiquam indolem retinuerunt in Germania ciuitates, quas illi francas uocãt: ut enim Imperatoris fastigiũ libenter agnoscunt, ita tributis seatteri, uiolentia urgeri, tyrannide opprimi nõ patiunt.

l l. j. ff. de cens. 6
7

IDEM LIB. XIIII. EX CASSIO.

LEX CXIII.

MOrbus sonticus est, qui cuique rei nocet.

1 Quod de littore dicitur, idem in lacu publico locũ habet.
2 Lacus publicus quis sit, & quomodo à priuato differat. & num. 4.
3 Lacus, stagnum, fossa, differunt.

1 LITTVS.) † Quod de littore maris suprà uidimus, producitur per Iurisconsultum etiam ad lacus, dum tamen priuati non sint: sed & si Reipublicæ sit, qui soleat piscatorib. locari, ut est Thrasimenus Perusij, uidelicẽt priuatorum naturam sequi, idq; in alluuionis tractatu [m] Bartolus probat. † Publicum ergo 2
lacum propriè accipiemus, qui in usu publico sit, & in quo unicuiq; piscari fas est. † Sanè lacus est, qui perpetuam habet aquam [n]. 3
Stagnum, quod temporalem, ut si hyeme tantùm. Fossa receptaculum est aquæ, manu factum. † In eo autem priuatus lacus à publico 4
differt, quòd publicus eatenus publicum littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæstuat: at in priuato id tantùm littoris constituitur, quatenus actum est [o], & in eius 5
ueriditione tempus contractus obseruamus.

m uerbo, fluminis fin.
n l. j. ut in flum. pub.
o l. rutilia. de trah. empt.

1 Morbus quomodo accipiatur in lege XII. tabul. & item morbus sonticus. & num. 5.
2 Morbo sontico impeditus, in ius uenire non tenetur.
3 Dies fissus in iure qualiter intelligatur.
4 Diffindere pro differre.

MORBVS.) Lege XII. tabularum, qui morbo laborabat, in ius uenire nõ cogebatur, nisi aduersarius iumentum illi dedisset, uel plaustrum, quo ueheretur. † Accipit autem ea lex morbum, pro aliqua imbecillitate, & inualentia: alioquin ubi uitæ periculum uertitur, morbum sonticum appellat, quasi maiorem, uimq; nocendi habentem, ut Sext. Cæcilius Iurisconsultus apud Aulum Gellium interpretatur. † Hoc morbo qui affectus erat, neq; in ius uenire, sed nec procuratorem mittere cogebatur [p], sententiaq; aduersus eum lata, nullius erat momenti [q]. iubebat enim lex iudicij diẽ esse diffissum, cuius nominis

1
2
p l. ij. §. fi. quis in iudic. ff. si quis caut.
q l. quæsitum. de re iud.

nominis rationem ex Seruio grammatico in
3 VI. Aeneid. commentario colligere licet. † Is in iure diem fissum dici interpretaẽ, qui partim religiosus, partim fastus est. Idem opinor qui & intercisus à Macrobio appellatur. Cùm ergo aliqua negocia expedienda erant, quæ propter religionẽ differre oportebat, dies diffindebaẽ, id est, scindebaẽ in sequentem. Meminit huius uocis præter A. Gellium, Liuius quoq; ab urbe cõdita lib. IX. Sed & Horatius lib. II.
4 Sermo. † Nihil hîc diffindere possum, id est, differre, quo minus pro te pronunciem. Atq; ita ipse sentio, licet indiscussum id uerbum Politianus in Miscellaneis cap. XL. reliquerit, idcircoq; non omnes suam in sententiam trahere potuerit. † Sanè Iurisconsultus hîc simpliciter fonticum morbum diffinit, qui cuiq; rei, intellige de qua agitur, nocet. Et ideo, ne quis in ius ueniat, fonticus morbus accipiet, qui grauior est, nocetq;, ne uenire possit, ut magna febris [a]: ne uerò mancipium ueneat, fonticus accipiet, perpetuus uel reciduus [b]: non enim est uerisimile emptorẽ, si huiusmodi morbo laborare seruum sciuisset, fuisse empturum.

a d. l. quæsitum.
b l. fin. de ædil. edict.

1 Soluendo an quis sit, attenditur, ut solidum creditori suo soluere possit.
2 Soluendo esse dicitur, cuius fideiussor soluendo est.
3 Soluendo est, qui in nominibus æs suum habet.
4 Regula, factum non uideri, quod perfectum non est, in quibus procedat.
5 Indiuidua quatuor modis accipi.

IDEM LIB. XV.

LEX CXIIII.

SOluendo esse nemo intelligit, nisi qui solidum [b] potest soluere.

IDEM LIB. IIII. EPISTOLARVM.

LEX CXV.

QVæstio est, fundus à possessio-

quæ regula in his procedit, quę indiuidua appellamus [k]. † Ea quatuor modis accipi receptum est: Natura, ut seruitutes. Voluntate contrahentium, ut in eo qui in binos arbitros cõpromiserit, uel binos symphoniacos emerit: nõ enim uerisimile est altero fuisse contentum. Forma, ut infideiusione, quæ principali obligatione grauior esse neqt, aliàs penitus uitiatur. Accessione, ut cũ quis Iudæo fundum cum colonis Christianis uẽdit: coloni enim à fundo separari possũt [l]

5
k Bart. l. græcè. §. illud. de fideiuss.
l l. quemadmodum. C. de agric. lib. xj.

ne, uel agro, uel prædio, quid distet. Fundus est omne, quicquid solo tenetur. Ager est species fundi, quæ ad usum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris ꝓprietate distat: quicqd eñ appræn-

1 Fundus, ager, possessio, prædiũ, quomodo inter se differãt.
2 Fundus translatiuè pro autore accipitur. (& nu. 3. 4. 5
6 Lege XII. tabul. duplex tantum alienationis species.
7 Per usucapionem lege XII. tabul. proprietas non acquirebatur, sed iuris autoritate possessor defendebatur.
Ibid. Vsucapio dicitur autoritas.
8 Valla reprehensus.
9 Possessionis definitio.
10 Possessio quare dicatur usus à iure separatus.
11 Ex facto ius oritur.
12 Possessio semper est facti, siue de acquirenda, uel acquisita, uel amissa loquamur.
13 Possessionis duplex qualitas, naturalis & ciuilis.
14 Ciuilis possessio semper iusta, naturalis quandoq; iniusta.

QVAESTIO.) Declarat Modestinus, † quid inter se differãt quatuor hæc uocabula, fundus, ager, possessio, prædium. Et fundum generaliter accipit pro omni eo, ꝗd solo continetur [m], deducturq; à uerbo fundere: hinc & μεταφορικῶς fundus pro autore accipitur, ut Festus inquit. Sic apud Cice. in oratione pro Cn. Cornel. Fundi populi. & apud Plautũ in Trinummo: Fundus potior, id est, pes, & fundamentũ promissionis. † Ager uerò non tam latam habet significationem, sed eum fundũ significat, in quo agatur, unde & nomen sumpsit secundum M. Varronem. Ager ergo est, qui colitur, & qui fructuum causa habetur, cùm fundus quamlibet soli superficiem, etiam incultam, & nulli usui destinatam, in qua aliquid fundari possit, significet. † Possessio is est fundus, qui non iure seu mancipatione nobis comparatus est, sed usu & præscriptione quæsitus, ut etiam Festus scribit: & ideo eius proprietas ad nos nõ pertinet. Sed & si pertinere non possit, ut quia res sacra, possideri tamẽ potest, possessioq; dicitur. † Prædium tam ad possessionem, quàm ad agrum refertur: unde siue quis per mancipationem, uel in iure cessionem, agrum, siue per usum possessionem acquisiuisset, rectè suum prædium appellabit. Tradidit autem Modestinus hanc differentiam, legem XII. tabul. interpretans, † quo iure duplex tantũmodo alienationis species erat, quæ per nexum, & quæ per cessionem fiebat [n], ut M. Ci-

1
2
3
4
5
6
m l. fundi. ff. eod.
n Cyn. l. j. C. de usuc. transf.

cero in Topicis declarat. † Per usucapionem uerò proprietas nõ acquirebaſ, licet iuris autoritate possessor defenderetur. Hinc eodem in opere Tullius usucapionem autoritatem appellat: Autoritas, inquit, usus fundi biennii est, sit ergo & ædium. Idem Officiorũ lib. 1. Aduersus hostem æterna autoritas. In lege quoq; Attinia, cuius A. Gellius lib. XVII. meminit, dicebatur, quod subreptũ erit, eius rei eterna autoritas esto, id est, ꝙternum tempus antequam usucapiatur. Venuleius autoritatẽ ius esse interpretatur, quo autor, id est, dominus rem suam uendicare potest: unde amitti, inquit, autoritatem, id est, actionem pro euictione[a], placet. Et ita accipiendũ hoc responsum ipse arbitror: † quo sensu ridiculus ipse Valla erit, qui cùm uulgari interpretationi, uir alioqui non uulgaris, adhæsisset, Iurisconsultum nostrum increpat, musca planè, quod dicitur, elephantum. Illud non negauerim, in posteriore iuris disciplina, hanc differentiã non fuisse obseruatam, cuius rei nos etiam Accursius admonet.

a l. fin. de euict.

9 a ¶ Possessio.) † Colligi hinc potest diffinitio possessionis, ut sit usus rei à proprietate uel iure separatus. Hinc usucapio, id est, acquisitio, quæ per usum, hoc est, possessionẽ fit. Aelius quoq; Gallus, cuius responsa frequenter in Digestis citantur[b], possessionem definiuit, esse usum fundi, uel ædificij: atque in Festus Pomp. refert. Sed & Cor. Fronto: In habente, inquit, onus, in possidente usus est.

b l. nec utilem. ff. ex quibus caus. maior.

10 † Idcirco aũt à iure dixi separari possessionẽ, tum ut ostenderem ab eo usu, qui seruitutis species est, differre: tum etiam, ut eos sequerer, qui possessionem facti, non iuris esse censuerunt: quod apertissimè multis in locis Iurisconsulti attestati sunt[c]. Nec quicquam me mouet, quòd etiam ius possessionis aliquando legimus: † ex facto enim ius oritur, & ius habere is quoq;, qui ex pignore prætorio detinet, dicitur[d]: nec idcirco cõsequens est, contrectationem illam esse iuris. Summè autem ridiculi uidentur, qui inter acquisitionem, retentionem, amissionemq; possessionis distinguunt, cùm hi actus manifestè ab ipsa possessione differant: sicut procreatio, uita, mors hominis, ab homine differũt, nec qui nascendo homo fuit, moriendo est asinus. † Quapropter si cùm possessio acquiritur facti est, & acquisitã & amissam consequens est facti esse[e].

c d. l. nec utilem. l. j. §. j. & ij. de acq. poss.

d l. si finita. §. pen. de dam. infect.

e l. nemo. C. de acquir. poss.

13 † Eius possessionis duplex est ratio, seu qualitas: nam cùm quis corpore possidet, usumq; rei apprænsæ percipit, naturaliter possidere dicitur: quòd si uerè ipse rei non insistat, neq; usum percipiat, sed per interpretationem legis, ciuiliter quoq; possidet. Qua ratione per fructuariũ, & eum qui precariò rogauit, possidemus[f]: & licet ipsi naturaliter fundo insistant, tamẽ propriè non possident, quia nomine nostro sunt in prædio[g]. † Ciuilis igitur possessio semp iusta est, quoniã lex interpretationẽ illam, non nisi iusta ex causa adhibet. At naturalis quandoq; iniusta est, si ue quia res ꝓhibita possideri[h], ut liber homo: siue qa persona incapax, ut seruus[i]: siue causa iniusta, ut raptor: siue iure ciuili inualida[k], ut cùm pater filio, maritus uxori donat[l]. Et ita ipse sentio, licet alij aliter diffusissimis tractatibus, & à quibusdam recentioribus usq; ad nauseam auctis.

f l. certè. §. j. de precar.

g l. j. in fin. ff. de ope. no. nunc. 14

h l. quod Seruius. de acq. poss.

i l. iiij. §. fin. eo. tit.

k d. l. j. §. ij.

l l. j. §. deijciatur. de ui & ui armat.

1 *His uerbis, Si quis mihi alius filij filiúsue hæres sit, an filia contineatur.*

2 *In præsumptionum concursu illi adhæremus, quæ uerborum proprietate defenditur.*

3 *Si constitutum sit, uerba testamentorum ad literam accipi debere, relictum filijs an sit præstandum filiabus.*

4 *Filijs pro filiabus, in casu datiuo ueteres dixere.*

IDEM LIB. VII.

LEX CXVI.

QVisquis mihi alius filij filiúsue hæres sit, his uerbis Labeo ait nõ uideri filiam cõtineri. Proculus cõtrà: mihi Labeo uideẽ uerborũ figuram sequi, Proculus mẽtem testantis. Respõdi, nõ dubito quin Labeonis sententia uera non sit.

IDEM LIB. VIII. EPIST.

LEX CXVII.

NOn potest uideri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summę actio non competit.

a Iaſ. l. qui filiabus. de lega. j.

3 tate defenditur. † Cæterum & si constitutum sit uerba testamentorũ ad literam, & sine interpretatione intelligi debere, quod filijs relictum erit, filiæ nõ præstabitur: atq; hoc laso ni[a] uisum est. Sed hac in quæstione id ipse nõ approbauerim, cũ potius credendum sit antiquorũ exẽplo de fœmina ꝙque actũ fuisse: † siquidem Næuius Plautusq; casu dan dis filijs, nõ filiabus dixerũt, ut Priscianus lib. VII. ꝓbat: quapropter satisui detur ad literã posse accipi de fœminis, ut meritò sententia Labeonis figuram uerborum considerantis, nihil nos moueat, cùm etiam uis uerborum expositioni huic non refragetur, tametsi ex frequẽtiore usu forte aliud sit statuendum. Additur & à pleriſq; alia coniectura, ut si in aliqua parte testamenti filiorũ masculorũ mentionẽ testator fecisset, q̃uis alio in loco simpliciter filios nominet, uideat semper de masculis tantùm intellexisse, sed id non omnino uerum est, ut infrà attingam[b].

b ſ. l. Herẽnius.

1 *Ad facti ſpeciem adaptata hæc lex.*

2. 3 *Extensio tex. noſtri ad fideiuſſorem, actionis arbitrariæ nomine intercedentem.*

1 NON POTEST.) † Finge decem tibi ex sorte debebam, sed propter morã meã intererat tua plus accipere: Iudex me cõdemnauit in sortem, an ea soluta, dicar minus soluisse? Et hîc traditur non uideri: eius enim ꝙd ex more debebam, actio nulla tibi competebat, sed totũ officio iudicis continebaſ, quod

c l. v. C. depoſ.

2 lata sententia amplius nõ interponit[c]. † Idẽq; est in fideiussore, qui actionis arbitrariæ nomine intercedit: quod enim propter rei moram ex arbitrio iudex auget, si non soluerit, non tamen minus soluisse uideri potest, cùm huius damni causa nulla aduersus eum actio competat[d]. † Sed pone, aliquis fideiusserit hoc modo, ex his quæ Titius tibi debet, quanto minus soluet, spondeo: is Titius miles est, ita quòd nisi in eo quod facere potest conueniri nequit, an fideiussor tenebitur[e]? Et puto teneri: aduersus enim Titium amplioris summæ actio mero iure competit, licet per exceptionem illi consulatur. Sed & ei cui pignoris retinendi ius est, minus solutum uidetur, tametsi actio illi nõ competat, ut in chirographario[f] creditore, & eo qui sub pignore mutuauit, & nudo pacto cauit de usuris[g].

d l. fin. de eo quod cer.

e l. ſi cum. de re iud.

f l. j. C. etiam. ob chirog.

g l. per retent. C. de uſur.

1 *Nationum aliæ Romanis ſubditæ, aliæ fœderatæ, aliæ liberæ, aliæ nec hoſtiles, nec coniunctæ. & num. 3.*

2 *Germani ſemper pro libertate aduerſus Romanos pugnarũt.*

4 *Omnes Chriſtianos hodie populum Romanum eſſe.*

5 *In bello cum Turcis ius poſtliminij locum habet, & capti efficiuntur capientium: ſecus inter Chriſtianos.*

6 *Capti libertatem hodie non amittunt.*

7 *Capta in bello inter Chriſtianos geſto, an fiant capientium.*

HOSTES.) † Nationum aliæ populo Romano subditæ erant, ut prouinciales: aliæ fœderatæ, quo iure quædam ciuitates & in Asia, & in Hispania, alijsq; prouincijs utebantur[h]: sic etiam Aetolos se Romanis iunxisse, T. Liuius lib. XXXVII. est autor. aliæ penitus liberæ, & suis legib. relictæ, nisi quòd maiestatẽ populi Rom. comiter obseruare tenebãtur, ut Massilienses: alię hostiles, ut Parthi & Germani, ꝙrum illi propter æmulationem, † hi pro libertate aduersus Romanos semper pugnauerunt, donec tandem imperium euerterunt Turcæ qui ex Perside prouenerant, orientale: Gothi, Hunni, Vandali, omnes ex Germania, occidentale: quod tamen Caroli Magni auspicijs rursus instauratum est. † Aliæ nec hostiles, nec aliquo modo illis coniunctæ, ut[i] Scythæ, quos Tartaros uocamus, quiq; Mæotim incolunt. At cùm Antonini constitutione omnes qui in orbe Romano[k] erant, ciues Romani effecti sint, † sequitur omnes Christianos hodie populum Romanum esse: quo iure excíderunt, qui in Asia, Aphrica ue, cæterisq; prouincijs fidem CHRISTI non agnoscunt: hi enim hostes populi Romani sunt, & ciuitatis Romanæ ius amiserunt. † Hincq; est, quòd cum Turcis & Sarracenis indictum nobis est bellum: suntq; uicissim iura postliminij, & capti in bello efficiũtur capientium. At inter Christianos aliud est: cùm enim ex lege CHRISTI omnes sint fratres[l], quæ inter eos mouenter arma, plus quàm ciuilia sunt, unde ius postliminij in his non est[m]. † Hincq; uidemus antiquissima consuetudine introductum, ut capti libertatem non amittant, sed præstita uictori pecunia (λύτρον Græci uocãt) ueniam recedendi impetrent. † Qua ratione etiam arbitror, capta in huiusmodi bello, capientium non fieri: & id præsertim in eo, quod forũ conscientiæ uocamus, licet Theologi, uel μετανόλογοι potius, quidam aliter senserint: nisi ab his capta sint, qui libertatem suam tuentur, & iniustè ab aliquo tyranno uexantur: unicuique enim iure naturali permittitur defensio, quam nec Christiana lex nobis abstulit: alioquin si duo principes de imperio belligerent, ridiculum est credere permissum esse militibus, alterutrius subditos spoliare, cùm eorũ nihil interfit, uter regnet: paratiq; sint illi uictoris imperio obsequi, & quod Petrus in priori epistola præcipit, ὑποτάγητε πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει βασιλεῖ ἐπὶ ἡγεμόσιν ὡς ὑπὸ κυρίου.

h l. non dubito. de cap.

i l. iiij. §. j. de cap.

k l. in orbe. de ſtat. hom.

l xj. q. iij. c. ad mensam.

m l. ſi quis. §. fi. de cap.

1 *Nomina iuris alia particularia, alia uniuerſalia.*

2 *Vniuerſalia tripliciter aſſumuntur.* (ditate.

3. 4 *Hæreditas eſt iuris, & hæres dicitur, etſi nihil ſit in hære-*

5 *Peculium, dos, patrimonium, ut nomen ſuum habeat, aliquid requirit.*
6 *Quæ corporũ uniuerſalia ſunt, uniuerſaliter uendicantur, nõ particulariter: ſecus in his, quæ iuris cõmunionem habẽt.*
7 *Bona deducto ære alieno intelliguntur.*

IDEM LIB. III.

LEX CXIX.

HAEREDITA
1 tis.) †Nomina iuris alia ſunt particularia, ut obligatio, ſeruitus, dominium: alia uniuerſalia. † ea tripliciter aſſumuntur: aut enim uniuerſitas ſolius facti ſeu corporum eſt, ut grex, chorus, familia: aut iuris & facti mixtim, ut peculium, dos, patrimo-
3 nium: aut ſolius iuris, ut hæreditas: † ea enim nomen ſeruat, etiã ſi nulla corpora hæreditaria ſint[a]: idemq; arbitror, ſi nihil ſit in hæreditate. Vnde ſi quis nec alienũ, neq; ſuũ æs habens decedat, poterit ſe proximus agnatus eius hæredem appellare, cũius in hæreditate
4 nihil omnino ſit: † nomẽ em̃ hæreditas eſt iuris, per quod perſona defuncti repræſentat̃,
5 nõ autẽ facultatũ. † At peculiũ, cùm ſolius iuris nõ ſit, ut nomen ſuũ habeat, aliquid requirit. Idem in dote & patrimonio. In his uniuerſalibus propter æs alienũ nõ fit deductio corporum: unde ſi ſeruus debeat domino plus, quã ſit in peculio, corpora tamen peculia remanent[b]: & ſi uxor debeat marito, propter expenſas neceſſarias in fundo dotali factas plus quàm fundus ualeat, remanet tamen ex Pomp. Vlpianiq; ſententia fundus dotalis, licet Scæuola omnino deſinere[c], Paulus ſoluta pecunia reuerti in cauſam dotis[d], cenſuerint. Diminuitur tamen uniuerſitas ipſa, licet corpora nõ diminuantur, cenſebiturq; tanto
6 minus in peculio & dote eſſe. † Sanè quæ corporum uniuerſalia ſunt, particulariter uendi
7 carí nequeunt, ſed uniuerſaliter: ut grex[e]. At quæ iuris cõmunionẽ habent, in uniuerſum nõ uendicantur, ſed particulariter: quamobrem nec peculium, neq; dotem uendicamus, ſed rem peculiarem, & fundum dotalem[f].

a ¶ Bonorũ poſſeſsio.) Atqui aliud dicendum ex ui uerbi uidebat̃[g], † cùm bona deducto ere alieno intelligantur, nec damnoſa eſſe poſſint: ſed in hac cõpoſitione propriã naturam non ſeruant: cùm enim uniuerſas facultates bonorum poſſeſsione proſequamur, abſurdum eſſet cõmoda ad nos omnia pertinere, & nulla incommoda[h].

1 *Verbum Legare, ſtrictè & latè accipitur.*
2 *Verbum Legandi, in teſtamentis obliquum eſt.*
3 *Subſtitutio facta per uerbum Lego, eſt fideicommiſſaria.*
4 *Fallit ſi ex alia parte teſtamenti aliud appareat.*
5 *Facultas teſtandi ex lege XII. tab. conceſſa, quomodo deinde coangustata fuerit. & num. 7.*
6 *Libertatum conferendarũ ius reſtrinxit Aelius Sentius, & Fuſius Caninius.*
8 *Nemo facere poteſt, quo minus in teſtamento ſuo leges locum habeant: & quomodo hoc debeat accipi.*

IDEM LIB. III.

LEX CXX.

HAereditatis appellatio, ſine dubio continet & damnoſam hæreditatẽ: iuris enim nomẽ eſt, ſicuti bonorũ[a] poſſeſsio.

IDEM LIB. V.

LEX CXX.

VErbis legis XII. tabularũ, Is uti legaſſit, rei ſuę ita ius eſto, latiſsima poteſtas tributa uidetur, & hæredis inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoq; conſtituendi. Sed interpretatione coãguſtatũ eſt, uel le-

VErbis legis XII. tabularũ, Is uti legaſſit, rei ſuę ita ius eſto. Quam legem Iuriſcõſultus interpretatur, ut liberam facultatẽ teſtatori reliquerit, nõ ad legata ſolũ, ſed etiam in hæredis inſtitutione, libertatum datione, tutelarum cõſtitutione. † Legare em̃ uerbũ, licet ex frequentiore uſu ſimpliciter de his, quę particulariter uerbis directis in teſtamento relinquuntur, intelligatur, tamen latiorem etiam ſignificationem habuit, idemq; eſt legare, quod decernere, & mãdare: unde & delegare dicimus. † In teſtamentis tamẽ, in quibus uerba ſecundum teſtatorum conſuetudinem accipiuntur, uerbum legandi obliquũ eſt. † Vnde in ſubſtitutione, quam his uerbis filio pupillo pater facit, Quandocũq; deceſſerit filius meus, omnia bona mea Titio lego: receptum eſt[i], ut omni tempore pro fideicõmiſſaria accipiat̃: † niſi ex alia parte teſtamenti aliud appareat[k]. Quid enim ſi aliquãdo Titium hæredem appellat̃: quid ſi dixerit, Seiũ in dimidia parte hæredem facio, Titio aliam dimidiam lego[l]? Quid ſi dictum eſſet, Si filius in pupillari ętate deceſſerit, omnem eius hęreditatem Titio lego[m]? Arguitur enim his caſibus mens teſtatoris directè non perfidei cõmiſſum inſtituere uolentis. Idem ſi nemine inſtituto hæreditatem ſuam ſe legare dixerit: uidetur enim tunc uerbum legare ad inſtitutionem referri, quod plerique probant[n]. Sed & ſi conſtitutum ſit, ne maritus habens filios aliquid uxori legare poſsit, crediderim inſtitutionem quoq; uetari: eadem enim eſt ratio, & uerba inferre hoc poſſunt[o]: tametſi aliter Cornæus reſpõderit[p]. Quomodocũq; igitur de re ſua quis decreuiſſet, ex XII. tabularum uerbis obſeruandũ fuerat. Vnde cùm eo iure pater in filios plenã poteſtatem, ius q; necis & uitæ haberet[q], ſi tutores illis conſtituebat, de re ſua decernere dicebatur. † Coan guſtata autẽ fuit hæc poteſtas uariis legibus & Senatuſconſultis: & in primis Auguſti tempore, ut Dion ſcribit, C. Falcidius Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus teſtamento legaret, quàm ut quarta pars hæredibus ſu pereſſet. Addit Hieronymus in Chronica Euſebij, quartam partem hæredibus neceſſariò relinqui debuiſſe, ſi quatuor aut minus eſſent: ſi autem plus quatuor, medietatem: eo tenore, ut ſiue liberis, ſiue propinquis, uel exteris pater ſua legaret, illa pars, quam Falcidius

i Bart. l. centurio. in 5. col.
k c. Raynalds. de teſta.
l l. mulier. §. ſi. ad Trebell.
m Bald. l. fin. C. fam. erc. in 3.
n Bal. Cornel. ij. C. comm. de leg.
o l. filium. §. ſi ſi portio. de leg. 2. pr. eſt.
p Conſil. 186. in j.
q l. in ſuis. de liber. & poſt.

Falcidius conſtituit, niſi pater interdixerit, & legatis fruentibus, & eiſdem carentibus
6 æqualiter diuideretur. † Aelius quoque Sentius, & Fuſius Caninius libertatũ conferendarum ius reſtrinxerunt[a]. Nam ille in fraudem creditorũ ma-

a Inſt. qui man. non poſſ.

numitti uetuit, minoribus q; uiginti quinq; annis, niſi cauſa cognita, hoc ius non conceſsit. At lege Fuſia[b], q̃niam plerique nimis liberales, prodigiq; cùm morerentur erant, certus fuit conſtitutus numerus, ultra quem teſtamento libertas ſeruis dari non poterat: quam rem diffuſe Caius Inſtitutionum libro primo proſequitur. Sed Iuſtiniani conſtitu-
7 tione aliter cautum eſt: † Pegaſiano quoq; Senatuſconſulto, & Trebelliano, eadem poteſtas, quæ ex XII. competebat diminuta fuit:
8 tum etiã alijs legibus, quæ teſtamenti factionem certis perſonis auferebant. † Sed & generaliter proditum eſt, neminem facere poſſe, quò minus in ſuo teſtamento leges ſibi locũ uendicent, ut quamuis teſtatoris uolũtas poteſtati legis æquiparetur[c], non tamen iuri publico derogare poſsit: quod in his legibus cõſiſtit, quæ bonos mores reſpiciunt, uel certam formam inducunt, uel clauſulam derogatoriam habent.

b Inſtit. de l. Fuſia can. toll.
c §. diſponat. in auth. de nupt.
d l. nemo. de lega. j.

1 *Vſura quid.*
2 *Vſura iure ciuili ad legitimũ modum permiſſa fuit, ſed à Chriſto omnino prohibita.*
3 τόκος *bellua quædam apud Ariſtoph. in Nubibus.*
4 *Vſuram in fructu non eſſe, quomodo accipiendum.*
5 *Vſuræ ex contractu principali non debentur, ſed opus eſt ſtipulatione.*
6 *Quoties ex mora fructus non debentur, nec uſuras deberi.*
7 *Vſuræ, quas filius ex peculio profectitio lucratur, an ſint peculij.*
8 *In generali peculij conceſsione nõ præſumitur pater mandaſſe filio, ut fœneret.*
9 *Vniuerſa fœnerandi ratio damnata.*
10 *Publicè intereſſet, à fœnerantibus ius ciuile obſeruari.*

1 VSVRA.) † Vſura ſortis acceſsio eſt, quæ
2 propter mutuò datæ pecuniæ uſum, uel etiam moram, exigitur. † Ea iure ciuili uſque ad legitimum modum permiſſa fuit[e], ſed diuinis CHRISTI traditionibus omnino prohibita. Cùm enim non niſi ab indigentibus ex quadam neceſsitate, ſub fœnore mutuò pecuniæ acciperentur, accidebat plerunque, ut ipſi propter certitudinem promiſſionis ſoluere tenerentur, cùm nullos fructus rerum ſuarum percepiſſent, ſicq; ad inopiam redigebantur: quapropter legibus fœnebre hoc malum temperatum eſt. At CHRISTVS non conuenire exiſtimauit mutua, quæ amicorum cauſa inducta ſunt, in lucri certitudinem uertere: atq; ideo uetuit, ex mutuo quicquam ſperari. † Apud Ariſtophanem in Nubibus deſcribitur τόκος (ſic enim à partu uſura dicitur, ſicut à fœtu fœnus) eſſe bellua quæ piam, quæ ex proceſſu temporis argentum ſemper numeroſiore fœtura progeneret.
† Eam in fructu non eſſe, hoc eſt, naturaliter 4
ex re non oriri, Iuriſconſultus hîc tradit, ſed extrinſecus prouenire. Debetur enim ex alia cauſa, id eſt, obligatione: † quandoquidem 5
uſuræ ex cõtractu principali non debentur[f], ſed opus eſt ſtipulatiõe: ſunt em̃ odioſæ, & ideo ex pacto nudo nõ debẽtur, ex earum ſolutiõe obligatio non arguitur[g], ex lapſu temporis earum remiſsio faciliter pręſumitur[h]: debentur tamen ex quorundam contractuum natura[i]. Illud conſtat, † quoties ex mora fructus nõ debentur, nec uſuras deberi. † Sanè uſuras, quas ex peculio profectitio filius lucratur, nõ eſſe peculij Oldradus, Albericusq; exiſtimãt, quoniam hîc peruenire extrinſecus dicantur. Sed non dubito cõtrariam ſententiam ueriorem eſſe: qualecunq; enim lucrum peculio accedit[k]: atque ideo ſi pater peculium petat, eas conſequi debebit, & reſtituere: ſed ſi tanquã uſuras petat, improbè petit[l], ut pleriſque uiſum eſt. † In generali tamen peculij cõceſsione non eſt exiſtimandum, mandaſſe patrem 8
filio, ut fœneret: id enim turpe eſſet, & reprobum[m], quod genus mandati in dubio præſumendũ non eſt. † Extat Plutarchi libellus πρὸς τοὺς μὴ δεῖν δανείζεσθαι, quo uniuerſam fœnerandi rationem damnat, quòd contra naturæ regulã ſit, quæ eſt, ex nihilo nihil gigni: quòd paupertati unicum eius ſolatium nempe animi ſecuritatem, aufert: quòd nondum natos fructus deuoret: quòd qui accipiunt ſub uſuris, uorſuram ex uorſura facientes, nunquã ſe extricant: quòd ſimiles Phinei ſint, cui Harpyię uictum deuorabant: quòd ut plurimum ex luxu æs illud alienum contrahatur: conſulitq; potius hæreditũ quodlibet uendendum, quàm mutuò à daniſta quicquam accipiendum. † Apud nos certè publicè intereſſet le- 10
gem ciuilẽ obſeruari[n], quæ certũ modum fœnerantibus conſtituit, ut qui eum excederẽt, plecterentur: nam propter Canonũ prohibitionem, nõ niſi peſsimus quiſq; & impudentiſsimus fœnerat, qui Cambij nomine uel alio ficto titulo indigentẽ, atq; neceſsitate, q̃d humaniores non reperiat, cõpulſum, deglubit: nec epiſcopi & ſacerdotes id hominũ genus ullo modo coërcent, ſed adiuuãt potius, ſuis quoq; pecunijs daniſtæ in id lucrũ clàm creditis, quod & diuus Cyprianus cõqueritur.

e l. eos. C. de uſuris.
f l. iij. C. de uſu.
g l. creditor. eod. tit.
h l. cum quidã. §. j. ff. eod.
i l. uideamus. eod. tit.
k Gl. Bal. in l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib.
l l. 46. diſt. ſicut.
m l. ſi procurator. de condi. indeb.
n l. eos. C. de uſuris.

1 *Si teſtator ſcribat, filio tutores do, de omnibus ſenſiſſe cenſetur.*
2 *Si dicat teſtator, filio filijſq; tutores do, an de fœmina ſenſiſſe uideatur.*
3 *Si teſtator ſimpliciter filios nominet, etiam fœminæ contineantur.*
4 *In hac ſubſtitutione, Filios meos maſculos inſtituo, ſi ſine filijs deceſſerint, Sempronius hæres eſto, nata filia ſubſtitutum excludet.*

6 *Quando prædicta doctrina non obtineat.*
7 *Filijs in datiuo, etiam de fœminis intelligitur.*
8 *Ius semper certum est.*
9 *Dictio, liberis, in textu, pro filijs ponitur, nec ad hæredes protenditur.*

HERENNIVS. † Cùm testator plures filios impuberes habens, simpliciter scribit, filio tutores do, ꝓpter incertitudinẽ de oĩbus sensisse uidetur[a]: nõ enim est ratio, cur magis de uno, ꝙ de alio accipiamus, meritò omnes cõtinentur. † At si dixerit, filio filijsꝙ meis, quidã fœminas nõ comprændi dixerũt, quasi nominũ masculini generis geminatio mentẽ eius arguat eiusmodi esse, ut de fœminis non intellexerit. Sed id Pomponio nõ placet, quandoquidem huius geminationis alia potius cõiectura assumenda sit: nimirum cùm de singulari dixisset, ad pluralem numerum transitum fecisse, ut omnibus filijs consuleret: & ideo à regula non esse recedendum, ut filiorum appellatione filiæ quoꝙ contineantur. † Et hinc sumi argumentum potest, cùm in testamento filiorum masculorum mentionem testator fecit, si alia in parte simpliciter filios nominet, etiam fœminas contineri. † Quapropter in hac substitutione, filios meos masculos instituo, si sine filijs decesserint, Sempronius hæres esto: nata filia, Sempronius cõditione defectus censebitur: si enim neptes excludere testator uoluisset, utiꝙ qualitatẽ priorem repetijsset, ut Ancharanus[b], Ananiasꝙ respondit: idemꝙ Iasoni[c], recentioribusꝙ quibusdam uisum est. Alijs tamen nõ idem uidetur, maximaꝙ controuersi iuris hæc est quæstio: sed priorẽ sententiã ego magis probo, † nisi aliqua uerba addita proponantur, quæ uim repetitionis habeant, ut cùm conditio sic concipitur, Si decesserit sine filijs masculis, uel nepotibus: uidetur enim masculis repetitum[d]. Idem si filiabus in re certa institutis, & masculis hæredibus relictis scriptum sit, omnes filios meos inuicem substituo, intelligemus de masculis[e]: substitutum enim in portionibus hæreditarijs uidetur, quæ nullæ apud filias erãt. † Quod & in ea specie traditũ est, cùm dictũ est, Si quis eorum decesserit, portio superstiti bus relinquatur[f]: eorum enim, id est, masculorum, accipimus, qui ipsi hæredes fuere. Sed & in ea conditione, Si filij mei sine filijs morientur, uel ex eis unus tantum remaneat, & filios non habeat, tunc ille, qui remanserit ua obligatione.

a *l. si quis ita. de testa. tut.*

b *Anch. 120.* c *Iaſ. l. qui filiabus. Alex. 40. in 4.*

d *Com. consil. 127.*

e *Bar. l. Lucius. penult. col. de uulg.*

f *Bart. l. fin. ad Trebell.*

IDEM LIB. VIII. LEX CXXII.

HErennius ait, si ita scriptum sit, filio filijsꝙ meis hos tutores do, masculis duntaxat tutores da tos: quoniam à singulari casu hoc filio, ad pluralem uidetur transisse, continentẽ eundem sexũ[a], quẽ singularis prior posi tus habuisset. Sed hoc facti[b], non iuris habet quæstionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnib. liberis[c] prospexisse in tutore dãdo uoluerit: quod magis rationabile esse uidetur.

IDEM LIB. XXVI. AD Q. MVT. LEX CXXIII.

VErbum, erit[a], interdũ etiã præteritũ, nec solùm futurũ tempus demonstrat: quod est nobis necessarium scire: ut cũ codicilli ita cõfirmati testamento fuerint, ꝙd in codicillis[b] scriptũ erit, utrũ ne futuri tẽporis demõstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos qs relinquat: quod quidẽ ex uolũtate scribentis interpretãdũ est. Quemadmodũ aũt hoc uerbum, est, nõ solùm præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc uerbum, erit, nõ solùm futurum, sed interdum etiam præteritũ tempus demõstrat. Nam cùm dicimus, L. Titius solut[c] est ab obligatiõe, & præteritũ & præsens significamus: sicut hîc, L. Titius alligatus est. Et idem erit cùm ita logmur, Troia capta est: non enim ad præsentis facti demonstrationẽ referẽt hic sermo, sed ad præteritum.

a *l. uerbũ oportet. ſ.*

b *l. Rutilia. de contrab. emp.* c *Iaſ. l. ſi ſtipul. fuer. §. j. ſ. de uerb. oblig.*

PROCVLVS LIB. V. EPISTOLARVM. LEX CXXIIII.

HAec uerba, ille aut[a] ille, non solùm strui luminibus liceret: † quã rationem in nõ dissimili casu T. Liuius lib. XXI. affert: In fœdere Romanorũ Carthaginiensiumꝙ cautũ erat, ne alteri alteris, socijsue bellũ inferrent: deinde Romani Saguntinos in socios adsciuerũt, quibus Carthaginiẽses intulere bellũ: quæsitum fuit, an id ex fœdere liceret, uidereturꝙ futuris socijs ea cõuentione prospectum: qua in re Liuius, Si in priore, inquit, fœdere staretur, satis cautum erat Saguntinis, socijs utrorũꝙ exceptis. Nam neque additum erat, his, qui tũc essent: nec, ne qui postea assumerent. Et cũ assumere nouos liceret socios, quis æquũ censeret, aut ob nulla quenquã merita in amicitiã recipi, aut receptos in fidem nõ defendi? Tantũ ne Carthaginiensiũ socij, aut solicitarẽt ad defectionẽ, aut sua spõte descisc entes reciperent. Angelus[n] in proposita specie ideo ad futuros socios fœdus trahi existimauit, quoniã mutua ꝓmissio est, quæ utriꝙ utilis esse potest. Sed ipse etiã, si ab altera tantũ parte ꝓmissũ sit, idẽ opinor[o], ꝙd & frequentius[p] receptũ uidet[q].

a *l. uerbũ oportet. ſ.*

n *Conſil. 260. 292.* o *arg. d. l. ſi ſeruitus.* p *Ioan. And. in rub. de treug. in Spec.* q *Iaſ. d. §. cũ ſtipulamur.*

b ¶ Codicillis.) † Legata codicillis iure ueteri dari non poterant, ut Institutionũ lib. II. Caius scribit, & ex recentioribus aliqui[r] tradiderũt, nisi hi codicilli testamento cõfirmati essent. Pone ergo sic in testamento dictũ, ꝙd in codicillis scriptum erit, uel quod quibuscꝙ tabulis reliquero, ualere uolo: intelligentur hæc uerba, cùm moriar quodcunꝙ codicillis uel tabulis reperietur scriptũ[s], siue ante testamentum scriptæ sint tabulæ, siue post.

r *Raph. Aret. l. j. de leg. j.*

s *l. Plotiana. de iur. codicil.*

1 *Disiunctiua & subdisiunctiua quæ dicatur.*
2 *Contraria & diuersa differunt.*
3 *Alternatiuã uulgò uocant tam disiunctiuã, quàm subdisiunctiuam.*
4 *Quoties diei fit mentio, ad differentiam noctis, de naturali intelligitur, non ciuili.*
5 *Naturalis dies est ab ortu ad occasum solis.*
6 *Natura oppositorum quæ.*
7 *Contrariorum contraria iuris dispositio est.*
8 *Termini sunt partes prædicatiuarũ, uerbaꝙ; quibus propositio connectitur.*
9 *Accumbere, & occumbere, & incubare.*
10 *Accursius reprehensus.*
11 *Dialecticorum decem prædicationes.*
12 *Historiæ narrationis argumenta ex Plutarcho.*

HAEC uerba, ille.) a ¶ † Disiunctiua est, quæ inter cõtraria ponitur, quorũ uno

scriptũ est, subreptũ est, quanꝙ uerbum, est, temporis sit præsentis, cõfunditur tamẽ cum præterito, & nõ minus præsens, ꝙ præteritũ ostendit. Idem cùm dico, subreptũ erit, non duo, sed unũ uerbum est, quod unica patiendi declinatione nõ solũ futurũ, sed & præteritũ indicat. hęcille. Vnde apertissimè Iurisconsulti respõsum hoc declarat. † Cæterũ in iure perquàm ambigua quæstio est, quando ad futurũ tempus incerta dispositio producenda sit: & in his casibus, quibus suprà retuli, præsens tempus etiam ad futurum referri[a], dubium non est, multò magis indefinitum referri debere: † id enim oĩa tempora cõprændere potest, † propriè tamẽ de præsenti actum potius intelligitur, idꝙ regulariter ob seruatur. Quapropter in contractu emptionis, tempus præsens inspicitur[b]: in rescriptis, cõpromissis, renunciationib. feriarũ, concessione sacerdotiorũ, de futuris[c] litibus, ferijs, sacerdotijs nõ accipietur: & publicatio bonorum[d], immunitas ædicularũ, bona præsentia, ædiculasꝙ continebit[e]. † Non obseruatur tamen hæc regula certis casibus, ueluti in uniuersalibus, ut si quis gregem leget, uel peculium: capita enim, quæ accedũt, etiã gregi imputantur[f]. Idem si me familiamꝙ meã hospitari promiseris: si enim mihi familia iustè augeatur, nihilominus eam recipere debebis[g], nisi magnum tibi damnũ immineret[h]. Sed & si generaliter omnia bona sua, uel eorũ usum fructum quis legauerit, in uniuersum dispositse intelligetur, & idcirco futura bona comprændet[i]. In priuilegijs quoꝙ ne cõtra naturam suã temporalia sunt, de subrogatis intelligemus: ut si antistiti cõcessum sit, ut quatuor eius clerici, tametsi ab ecclesia absentes, sacerdotiorum fructus acquirãt[k]. Idemꝙ quoties de solo concedentis damno agitur: fit eĩ plenissima interpretatio, atque ideo de futuris quoꝙ actũ censetur, ne diuersum ius hisdem de rebus constituamus[l]. Cæterum & si contrahentes futura prouidere potuerunt, generaliter de eis quoꝙ promissio accipietur: ut si quis promiserit luminibus non officere[m]. Quod etiã alia ratione niti potest: qui enim sibi ita cauet, nõ idcirco renũciare intelligit, quò minus sibi liceat ampliores feneſtras facere: absurdumꝙ esset, si illis per uicinũ ob-

a *l. uerbũ oportet. ſ.*

b *l. Rutilia. de contrab. emp.* c *Iaſ. l. ſi ſtipul. fuer. §. j. ſ. de uerb. oblig.*

d *l. ſi tibi. §. is cui ius. ſ. mand.* e *c. cum capella. de priuil.* f *l. grege. de lega. j.* g *Alexan. 178. in ij.* h *c. quanto. de cenſib.* i *l. quoties. §. fi. de uſufr.* k *Gem. c. fi. eo. tit. in 6.* l *c. quia circa. de priuil.* m *l. ſi ſeruitus. ſ. de ſer. urb.*

posito, alterũ tollitur, sublato ponitur. Subdisiunctiua est, quæ diuersa diuidit, siue ea simul esse possint, siue non possint. † Intelligo autem hoc in loco contraria, quæ nullo medio inuicem repugnant: diuersa quæ mediũ habent, ut sedere, & ambulare: medium enim est accumbere, & stare. Idem si inuicẽ non repugnẽt, ut in homine actiua & passiua qualitas: sed et quoties sensus coniungitur, licet uerba disiunganẽ, subdisiunctiua est, ut Alexãder, siue Paris [a]. Idemq; si aurum uel argentum à te petam: non enim alterum peto, ut alterum excludam, cùm utrunq; sim paratus accipere. † Communi autem uocabulo tam disiunctiuã, quàm subdisiunctiuã, recentiores alternatiuam uocant, quam uocem non omnino barbaram existimò, uel uterib. quibusdã usitatã.

[a] Bar. in rub. C. de nauic. lib. xj.

b ¶ Aut dies.) Hinc argumẽtum colligit, † quoties diei fit mentio, ad differentiam noctis, de naturali intelligi, non de ciuili. † Est autem naturalis ab ortu ad occasum solis, ut Censorinus tradit: quapropter post occasum, tametsi lux aliqua adsit, nox dicitur, sicut & ante ortum albescente cœlo: idq; plerisq; usum est [b].

[b] Bart. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœna.

c ¶ Posito altero.) † Natura enim oppositorum est, ut se inuicem tollant, nõ ut ponant: hinc q; solemus dicere, † cõtrariorum contrariam iuris dispositionem esse: quod uerum, si cõtraria inuicem ratione nitantur [c], alioquin si eadem utriusq; est ratio, tunc eadem cõtrariorum, ut uulgò dicitur, est disciplina.

[c] l. fuit. de acq. hæred.

d ¶ Ita simili.) Castior lectio, item.

e ¶ Finibus.) Id est, terminis. † Sunt autẽ termini prædicatiuarum partes, uerbaq; quibus propositio connectitur. Sed hic finibus usus est Iurisconsultus, ut ostenderet, inter has propositiones mediũ quiddam esse, atq; ideò inter diuersa, nõ inter contraria subdisiunctiuam poni.

f ¶ Accumbit, qui iacet.) † Occumbit, qui in faciẽ cadit: hinc milites, qui moriẽtes mordicus humũ captabãt, occumbere dicebant. Incubat, qui fouet: hinc gallina incubatrix.

g ¶ Aut facit.) † Accursius ridiculè ad coitũ hæc refert, cùm Iurisconsultus uelit in quocunq; animali esse affectus, seu qualitates actiuas & passiuas: quod à dialecticis acceptũ est, † qui in subiecto has x. prædicationes cõstituunt, Substantiam, Qualitatem, Quantitatem, Relationẽ, Locũ, Tempus, Situm, Habitum, Actionẽ, Passionẽ: quæ si quis intelligere cupit; librum Aristotelis περὶ κατηγοριῶν consulat. † Sanè & Plutarchus historicæ narrationis argumenta hæc esse prodidit, Personã, Causam, Locum, Tempus, Instrumentũ, Actionẽ, Perpessionem, Modum. Qua in distinctione Aristotelem uidetur imitatus.

1 *Cùm socer genero dotẽ promittit, cũ poterit, uel cõmodũ erit, quando eam debeat.*
2 *Promissio, cùm potero, & cùm cõmodum erit, an omnino idem polleat.*
3 *Fauor dotis.*
4 *Verbum, Posse, quid significet.*
5 *In fideicommissis nõ attenduntur uerba, dũmens colligi possit.*
6 *Verbum, Posse, interdum præcisam necessitatem inducit.*
7 *Verba ambigua in cõtractibus pro qua parte intelligẽda.*
8 *Verbum ambiguum ex A. Gellio declaratur.*
9 *Verbum ambiguum & obscurum differunt.*
10 *A uerborum proprietate regulariter nõ est recedendum.*
11 *Militi relinquenda arma, scholari libri.*
12 *Ei, qui beneficium competentiæ habet, relinquendum est pro sua dignitate.*

IDEM LIB. V. EPIST.

LEX CXXV.

NEpos Proculo suo S. Ab eo, q ita dotẽ tibi promisit, Cũ cõmodũ erit, dotis filiæ meæ tibi erũt aurei C. putásne protinus nuptijs factis, dotẽ peti posse? quid si ita promisisset, cùm potero doti tibi erũt C? quòd si aliquam uim habeat posterior obligatio, ex appositis finibus ita nõ potest neutrũ esse, ut possit esse utrũq;: ueluti cũ dicimus, omne animal, aut facit [g], aut patit: nullũ em animal est, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & pati, & facere.

NEPOS.) † Cùm socer genero dotẽ promittit, cùm poterit, uel cõmodum erit, uel cõmodissimũ [d]: intelligitur cùm deducto ære alieno, & salua dignitate poterit: atq; ita omnes hoc responsum interpretantur: † quamuis Proculus apertè non explicet, an illa promissio, cùm potero, omnino idem polleat, quod, cùm cõmodum erit: potuitq; probabiliter dubitari: quoniam socer, qui simpliciter dotem promisit, nõ nisi in id, quod facere potest, damnatur, nec tamẽ æs alienum deducitur [e]: ergo huiusmodi promissio eadem ratione extante ære alieno uidebatur intelligẽda. † Accedit his, quod de fauore dotis hîc agit, quam solidam solui publicè interest, & pro qua in ambiguis pronunciandum est. Sed tamen ex coniectura mentis aliter Proculo uisum est, ut plerique omnes interpretantur.

[d] l. annus. de in. dot.

[e] l. sunt qui. §. cut. ff. de reb. dic.

a ¶ Posit.)

4 a ¶ POSSIT.) † Significat id uerbũ simplicem potentiam, nulli necessitati subiectam, idq; ex sermonis proprietate, à qua tamen ex coniectura mentis quandoq; recedimus: ut cùm testator hæredi diligentem agrorum curam mandat, ut ad filios pueníre possint: his em uerbis fideicõmissi necessitas inducit [a]: † quoniam in fideicommissis nihil refert, quemadmodũ uerba cõcipiant, dum mẽs colligi possit. Sed & si quis seruum liberũ esse uelit, cùm decem hæredi dare poterit, nisi res ipsa detur, libertas non cõpetet [b]: nõ enim conditio solius dilationis causa adiecta uidet, sed ut hæredi quoq; consultum sit. In casu quoq; nostro, cùm quis daturũ se spondet, cùm poterit, interpretatione promissionẽ moderamur: quoniam nõ uidetur promisisse, quod cum summo incõmodo facere potest [c]. † Quoties uerò negatiua cõiunctio id uerbũ præcedit, præcisam necessitatem inducit, generaliterq; modum omnem remouet, unde effici dispositio posset [d]. Quod tamen ex subiecti argumenti natura quandoq; nõ recipitur, ut cùm Rom. Pontifex se non posse dispensare ait [e]: intelligitur em, nisi ex iusta causa. uel cùm id quod ad suam notitiam peruenisset, nõ potuisse uicinos latère affirmat [f]: accipiemus enim, non potuit, id est, nõ potuisse præsumitur. Sed & q̃uis lex pupillum nõ obligari dicat [g], uel alteri stipulari alterũ nõ posse [h], naturalem tamen obligationẽ non prohiberi interpretabimur.

[a] l. fidei. §. hæc uerba. de leg. iij.

[b] l. iij. §. si quis sic accep. de statulib.

[c] gl. l. iij. de an. leg.

[d] gl. c. j. de reg. iur. in 6.

[e] c. literas. de re sti. spol.

[f] c. quando. de præsu.

[g] l. obligari. de aut. tut.

[h] §. alteri. Instit. de inutil. stip.

b ¶ Id quod actum.) Cùm enim uerba sensum nostrum exprimãt, is in primis spectandus est. † Vnde in contractibus illud obseruabimus, quod uerisimile est à partibus fuisse actum. quòd si uerba huiusmodi sint, ut uerisimile sit, alteram partium uno modo, alterã alio intellexisse, contra eum fiet interpretatio, qui legẽ potuit apertius dicere. Quapropter contra uenditorem [i], locatorem, stipulatorẽ [k] in dubio intelligemus, ut ei faueamus, qui se obligat: satis apertè locutus tamen uidetur, qui generali usus est uerbo [l].

[i] l. ueteribus. de pac.

[k] l. quicquid. de uerb. oblig.

[l] l. in lege. loc.

8 c ¶ Ambiguè.) † Chrysippus omne uerbũ ambiguum natura esse ait, quoniã ex eodem duo, uel plura accipi possunt. Diodorus autem, cui Crono cognomẽtum fuit: Nullum, inquit, uerbum est ambiguũ, nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit, nec aliud dici uideri debet, quàm quod se dicere sentit is, qui dicit: at cùm ego, inquit, aliud sensi, tu aliud accepisti, obscurè magis dictum, quàm ambiguè uideri potest: ambigui enim uerbi natura illa esse debuit, ut qui diceret, duo, uel plura diceret: nemo autem duo uel plura dicit, qui se sentit unum dicere. Hæc A. Gellius lib. xi. cap. xii. † Sed ego ambiguũ esse accepi, quod in ambas partes agi potest: obscurũ, q̃d in q̃plurimas: ut si quis leget fundũ: q̃plures enim sunt fundi. confunditur tamen ab autoribus plerunq; hæc differentia.

9 ut eum hoc sensisse existimem, deducto ære alieno potero [c]. Potest & illa accipi significatio, cũ salua dignitate [f] mea potero: quę interpretatio magis accipiẽda est, si ita promissum est, cùm cõmodum erit, hoc est, cũ sine incõmodo meo potero.

[c] Potero.) Sed hoc nõ sufficit, cùm euenire possit, ut deducto ære alieno, adhuc cõmodè soluere nequeat: unde prior hæc interpretatio, ei quæ subsequitur, cõiungenda est.

[f] Dignitate.) Id est, cõmodo. † Nam si miles est, ei relinquenda sunt arma, sicut scholasticis libri, quod Accursius tradit: nec enim huiusmodi instrumenta in obligatione generali comprenduntur, nec in his Seruiana locũ sibi uendicat [r]. † Hinc q; argumentum accipitur, quoties priuilegium quis habet ne condemnetur, nisi quatenus facere possit, debere ita fieri deductionẽ ne egeat, relinquendũq; ei esse, unde secundum dignitatem suam, honestè cùm familia sua uiuere possit, quod plerisq; usum est [s]: poterunt tamen, quæ ad mollitiem pompam'ue pertinent, omnia auferri, ut mulæ instratæ, quæ urbem perambulandi causa solùm habentur, serica uestis, tapetia, idq; genus similia: nec enim apud seueros & graues uiros quisquam minoris autoritatis est, quia huiusmodi non habeat.

[r] Iaſ. §. item Seruia. Instit. de actio.

[s] Aret. conſ. 17. pen. col.

1 *Vendens rem, liberã uẽdere debet, uel admonere emptorẽ.*
2 *Quid obtineat si uenditor dicat, se fundũ, uti opt. max. q;*
3 *Clausula Notariorũ, pro dato & facto suo. (est, uendere.*
4 *Et quid operetur hæc clausula, si in cõtractu apponatur.*
5 *Subsequens clausula præcedentem generalem restringit.*
6 *Quibus casibus hoc non procedat. (tur.*
7 *Ex scripturæ proximitate rationis mẽtisq; cõiectura sumi*

SI CVM FVNDVM.) † Cũ quis rem uendit, liberã uendere tenetur, uel emptorẽ

admonere: † qd si se uti optimus maximusq; est, fundum uendere dixerit, fit huiusmodi uerborũ ea interpretatio, ut ab omnibus seruitutibus liberũ tradere uideatur: sed si subdiderit clausulam illam, quæ in plerisq; instrumẽtis solet apponi, uidelicet, Ius fundi deterius per dominum factum non esse, præcedentia secundũ hanc declarantur, generalisq; clausula à subsequenti declarationem accipit. Cùm enim cõstet hoc actũ, ut ius fundi diminutum nõ sit, si tradat uti optimus maximus est fundus, fit relatio ad id qd actum est: dictio enim, uti, ad aliud relatiua est, nõ ex se dispositiua[a].

bi darem, legẽ ita dixi, uti optimus maximusq; esset, & adieci ius fundi [4] deterius factũ nõ esse[b], per dominũ id præstabit[c]: amplius eo præstabitur nihil, etiãsi prior pars, qua scriptũ est, uti optimus maximusq; sit, liberũ esse significat: eoq; si posterior[d] pars adiecta non esset, liberũ præstare deberem: tamẽ inferiore parte satis

a l. j. uti poss.

3 a ¶ Ius fundi.) † Clausula hæc eadem est cum ea, quam tabelliones barbarè, pro dato
4 & facto suo tantum appellant: † quam si uenditor in cõtractu apposuit, nihilominus successoris quoq; sui factũ promisisse uidebitur: censetur enim is eadem persona: qua ratione si res ex facto quoq; autoris sui euincat, uenditor obligatus erit[b]: uidetur enim solùm euictio, quæ ab extraneis fieret, excepta[c]. Quapropter & si ex facto autoris singularis euincatur, uenditor non tenebitur: is enim uenditori extraneus censetur, cùm in eum personales actionales non transierint[d].

b l. stipu. ista. in prin. de uerb. oblig.
c Bart. l. si seruus. de condi. furt.
d Crem. singul. 157.

b ¶ Non esse, per dominũ.) Concepit Iurisconsultus uerba clausulæ in tertiam personam, alioquin uenditor solet dicere, ius deterius per se factum non esse.

c ¶ Præstabitur.) Alij codices, id præstabitur, & castigatius.

5 d ¶ Posterior.) † Subsequens ergo clausula præcedentem generalem restringit: quod uerum est, quoties præcedens ad sequentem se refert[e], ut in hoc responso, uel aliàs ambigua incertaq; est. idẽ si utraq; clausula ab eo
dem uerbo regimen, determinationemq; accipiat[f]. Sed & ne posterior specialis dispositio frustra adijceretur, præcedentẽ generalẽ arctari dixit Bal. [g]. † Quod tamẽ nõ omnino uerum est, attendimusq; in uniuersum rei gestæ rationem, à qua dubium non est, quamlibet dispositionẽ regulari, ut ubi cesset ratio, & dispositio quoq; cesset: cessare autẽ non dicetur, si aliquo modo applicari negocio possit. Ecce, Lex Iulia quò facilius per quæstionem explorari de adulterio dominæ possit, uetuit intra certũ diem seruos manumitti, an
de eo quoq; seruo intelligemus, qui absens fuit? Et receptũ est, hunc etiã contineri[h]: non

e l. legatorũ. in fin. de lega. ij.
f l. nam quod. §. fin. de pe. leg.
g Bal. l. quoties. C. fam. ercisc. l. quæsitum. in fi. de fund. instru.

enim omnino ratio cessat, cùm is de priori uita attestari possit: unde subsequentis indicia assumuntur[i]. Adde, quòd si dubitaretur, absens an præsens fuisset, iudices ut libertati fauerent, potius absentem pronũciassent, exemissentq; quæstionẽ[k], quod præter legislatoris mentem accidisset. † Sanè & illud cõstat, ex scriptura proximitate sumi plerũq; rationis mentisq; coniecturam[l].

i c. mandato. de præscri.
k l. iij. §. j. de di. iud. mu.
l l. ſi ſeruus pl. §. fin. de legi.

CALLISTRATVS LIB. IIII. DE COGNITIONIBVS.

LEX CXXVII.

VEstis[a] appellatione tam uirilis, quàm muliebris, & scenica, etiã si tragœdica, aut citharœdica sit[b], continetur.

1 Vestimentorũ uaria genera. & num. 5.
2 Vestis unde deriuatur.
3 De uestibus tragicis & comicis.
4 Thymelici, tibicines qui.

VESTIS.) a ¶ † Vestimentorũ alia uirilia, alia muliebria, alia cõmunia uiris
mulieribusq; sunt: ea igitur omnia uestis appellatione cõtinentur. † Sumpta autẽ uidetur hæc uox à græco sermone ἑσθὴς. Addit Iurisconsultus etiam scenicas, tragœdicas, comœdicasq; cõtineri. Solebant em in scena usui esse peraq; indumẽta, quę à choragis assumebantur, quæq; præbenda ædiles locabãt, ut est apud Plaut. in Persa. De huiusmodi uestimentis nõ pauca prodidit Iul. Pollux Onomasticon lib. IIII. † ubi tragicas uestes his deorũ heroumq; personis aptas refert, quæ repræsentabant: sicut & comicas, quales in seruis palliolum albũ, coquis duplum & rude, aniculis
uestis gilua, uel cœlestis coloris, iuuenibus bysina, lenonibus tunica florida, & circumplexa, parasitis nigra uel fusca, rusticis pellis caprina, adolescentibus purpurea.

1
2
3

b ¶ Citharœdica.) Suas citharœdis uestes, suasq; item aulœdis, tragœdisq; fuisse, Lucianus in Cynico ostendit. Intelligi autem hinc potest, thymelicorum ornamenta, à cæterorum indumentis diuersa extitisse. † Thymelici uerò sunt fidicines, citharistæ, lyristæ. Tibicines, qui in orchestra actiones suas perage
bant, sicut histriones in scena, ut M. Vitruuius est autor. † Quãuis igitur hæc indumenta certis solùm actibus usui sunt, uestium tamen appellatione continentur. Quapropter cùm hodie sub ueris initio, ex antiquorũ consuetudine, cuius historiæ libro primo Herodianus meminit, soleant iuuenes personati choreas & ludicra exercere, legatis uestibus, de eis quoque intelligetur, quæ in eum usum
paratæ sunt, siue uersicolores, seu uirgatę, seu quoquo alio modo sint.

4
5

1 Spadonum uaria genera.
2 Spadones apud ueteres fuisse in precio.
3 Quibus unus testis relictus est, generare possunt.

Qui

4 Qui dicantur Græcis ὑμογενεῖς οὐνοῦχοι.
5. 6 Castrati, quasi casti facti: & qui dicantur castrati.
7 Lege cautum olim fuisse, ne pueri castrarentur.
8 Eunuchi aliqui apud ueteres insignes uiri.
9 Spadones eunuchosq; ad quamcunq; dignitatem assumi posse.
10 Spadones unde dicti.
11 ἐκτομίαι quasi execti.

VLPIANVS AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CXXVIII.

SPadonũ[a] generalis appellatio est, quo nomine tam hi qui natura[b] spadones sunt, itẽ thlibiæ

SPADONVM.) a ¶ † Spadonũ uaria sunt genera: Castrati qui penitus non arrigũt, siue quia naturaliter sine testibus pgeniti sunt, siue quia ante pubertatẽ omnino excisi. Thlasiæ, quibus testes fracti sunt, θλάω em frango significat: hi & θλασίαι dicuntur. Thlibiæ, qui attritos eos habẽt, ἀπὸ τοῦ θλίβω. Eunuchi, qui πλὴν θυνὰ, id est, lectum uirginum custodiũt, alij quòd bonæ sint mentis, εὖ νόος, & à uenereis semotæ, dictos autumant: his enim non solũ testes, sed & totus coles ipse solebat amputari. Lucianus in Pamphilo hoc distare eunuchos à spadonibus ait, quòd Eunuchi ab ipso statim ortu execti, nihil uirile unquam experiri potuerunt, quo sensu uidentur hi Græcis esse Eunuchi, qui apud Latinos sunt castrati. Sunt & qui aliqua ægritudine testiũ usum amiserunt: sunt qui uno tantum teste nati sunt: sunt & quibus cùm uterq; adesset, altero execti sunt. Castrari quoq; mulieres in Lydia repertum est: has autem omnes species spadonis appellatione cõprændi, Iurisconsultus hîc tradit. † Erant planè apud ueteres in precio hi spadones, habebanturq; pueri in delicijs, ut Bagoi regibus Persarum, Ligdus Druso, Sporus Neroni: quod & in Asia hodie frequẽtatur. Sed & mulierib. quoq; subseruiebant, quæ iniri uolebant, non parere, quod Satyra VI. Iuuenalis cõqueritur: nec enim rei uenereæ spadones omnes abstinentes sunt: nam quibus unus testis relictus est, etiam generant[a]: sed & qui puberes execti sunt, & hepate sunt feruentiore, uasaq; genitalia capaciora possident, hi coëunt, licet nõ generẽt, † uocanturq; Græcis ἡμιπλῆς θυνοῦχοι. Qui igitur coire queunt, hi & uxorem ducere possunt[b], & adoptare[c], & posthumum[d] instituere: at qui nõ possunt, † hi castrati, id est, casti facti dicuntur, qui cùm nõ arrigant, nec ducere uxorem, nec adoptare queũt. Accursius & eum sequuti cæteri recẽtiores, † castratos solùm intelligunt, qui naturaliter sine testibus sunt: unde & uulgatum extat carmen:
Castratos natura facit, uiolenta spadones
Improbitas, amor Eunuchos, & fœda libido.
Sed ex Latinis autoribus apertissimè ostenditur, etiã castratos dici, quibus ferro diminuta sunt uirilia[e]: unde rectius est castratos interpretari castos, siue natura non arrigant, siue quia omnino spadones sint. Habenturq; hi pro uitiosis[f], & in his locus est redhibitio-

a l. Pomp. in fi. de ædil. edict.
b l. ſi ſerua. in fin. de iur. do.
c §. ſed & illud. Inſtit. de adoptionib.
d l. vj. §. de lib. & poſthum.
e l. ſi ſeruus. §. & ſi puerũ. §. ad l. Aquil.
f d. l. Pomp. & l. ſeq.

7 g l. j. C. de eũnuch.

7 Thlasiæq; sed & si qd aliud genus spadonum est, continetur.

8 PAVL. LIB. II. AD LEGEM IVL. ET PAP.

LEX CXXIX.

QVi mortui[a] nascuntur, neque

10 Sed Oppianus ἁλιευτικῶν lib. III. ostendit, Eridanum à Græcis quoq; dici, qui apud nos Rhodanus est. Narses quoq; Iustiniani dux, qui Gothos Italia expulit, spado fuit. Celebrat & Ammianus Marcellinus libro XVI. Enterium cubiculo Constantij Cæsaris præpositum, qui sicut inter uepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ miteſcunt, ita ipse inter spadones recti exempli fuit. † Quapropter posse spadones eunuchosq; ad quamcunq; dignitatem assumi non dubitauerim, tametsi Lucianus tempore suo, an ad doctoris officium deligi possent, dubitatum tradat, & propter iudicũ uarias sententias rem ampliatam. Sed & Suidas iratum Theodosium Antiocho præposito, scribit edictum protulisse, ne inter patrícios essent eunuchi.

9

b ¶ Natura.) Cùm his diuulsi testes non sint, uidebatur spadonis nomen non conuenire: † deducitur enim hæc uox παρὰ τὸ ἀναῤῥωδᾶν, id est, ab euellendo, ut est in etymologico magno: † qua ratione & ἐκτομίαι appellantur, quasi exectos dicas, sicq; eos Paulus Aegineta lib. VI. appellat: quibus uerò collisi sunt, eunuchos. Infantes enim, inquit, pelui insidere faciunt, & flaccescentibus ob calidæ aquæ calorem corpusculis, digitis testiculos collidunt, quoad euanescant, nec contrectari amplius possint.

10 11

1 Qui mortui nascuntur, nunquam nati uidentur, nec testamentum eorum præteritione rumpitur. & num. 4.
2 Quid si uiui quidem nati sint, sed non uitales?
3 Abortiui præteriti testamentum non rumpunt.
5 Quid si hæredes abortiuũ, mater uitalẽ natũ fuisse dicant?
6 Octauo mense natus, secundum naturam uiuere nõ potest.
7 Mortui nati pro uiuis habentur, in fauorem matris.

QVI MORTVI.) a ¶ † Eos qui mortui nascuntur, nõ uideri unquã natos constat, & ideo testamentum eorum præteritione nõ rumpi certum est. Sed illud est dubiũ: † quid si uiui nati sunt, eiusmodi tamen ut secundum naturã uiuere nõ possent, ut si ante
septimum mensem[i]? Et crebrius receptũ est non rumpere, † quoniam lex abortiuos præteritos non rumpere testamentũ ait: nec dubium est, quin abortiui dicantur[k], tametsi uiui nati sint: nam & constat huiusmodi filios

1
2

i In l. quod dicitur. §. de libe. & poſthum.

3

k l. uxoris. C. de poſth. hæred.

non esse perfectos [a], qui tamen, ut rumpant, perfectè debuerint nasci [b], & ad orbem deuoui. † Sed quid si legitimo tempore infans natus est, sed antequam omnino de uentre extraheret, puta cùm pede adhuc retineretur, extinctus est? Et idem esse receptū est: non enim perfectè natus est, nisi inciso aliquo membro uiuus extractus esset [c]: perfectus enim dicitur, sicut & uir manu amputata, non ideo manus perfectam hominis substantiam in se habet [d]. † Quid si mater legitimo tempore editum contendat, & hæredes testamento instituti abortiuum dicant? Et non arbitror matri credendum, nisi ex medicorum obstetricum & sententia [e]. † Sanè qui octauo mense nascitur, secundum naturā uiuere non potest, idq; medicinæ autoribus receptissimum est: hoc autem in tractatu ex cursu lunæ considerandi uidentur menses, non autem habito respectu anni quem Cæsar ordinauit: non enim de eo Hippocrates cæteriq; antiquissimi medici diuinare potuerunt.

a Soci. in l. cum auus. in fin. 4
b l. iij. C. de post hu. hæred.
c d. l. iij.
d d. l. quod dicitur. 5
e Bartol. l. Gallus. in prin. 6

7 b ¶ Liberi.) † Non procedit tamen hoc cū conditio fauorem matris respicit, ueluti in illa, Arethusa, si liberos pepererit, libera esto: cùm enim etiam si monstrum enixa sit, libertatem consequatur, quia nō est quod sibi imputetur [f]. Idem censendum si mortuū, uel debilem, uel imperfectum pariat.

f l. quæreret. ff. eod.

1 Legitima hæreditas est, quæ ab intestato defertur.
2 Quid de ea, quæ ex testamento defertur.
3 Iusta hæreditas quæ.
4 Nomen, iustus, emphasim habet, quod exemplis ostenditur.
5 Qui sibi & suis legitimis hæredibus stipulatur, an ad extraneos trahi possit.
6 In contractibus stipulans sibi & suis hæredibus legitimis, non censetur agnatis stipulatus.
7 Confirmans dare uidetur, & quando hoc procedat.
8 Confirmatio irriti priuilegij non prodest à principe emanata, nisi ex certa eius scientia facta sit.

1 LEGE obuenire.) a ¶ † Legitima hæreditas propriè dicitur, quæ ab intestato defertur [g]: quoniam eam lex ipsa absq; facto hominis defert. † Sed & quæ ex testamento defertur, legitima quoq; non impropriè, latiore tamen sensu dicetur: ea enim à lege XII. tab. confirmatur, dum in illa cōstitutū est, uti quis rei suæ legassit, ita ius esse [h]. † Est & iusta hæreditas, quæ iure sanguinis gentilitatisq; defertur [i]: ea enim omni æquitate suggerente, & omni iure, tam naturali, quàm ciuili debita est, & ideo iusta dicitur: † quoniā id nomen emphasim quandā habet, quale apud Græcos ἀνεπίληπτος uel ἐνκύκλιον. Inde dicimus testamentum [k] esse iustam sententiam, id est, perquàm solennem & plenam: iustos liberos [l], ex uera uxore genitos: iustam uxorem [m], omni legum perfecta solennitate ductam: iustum pactū, quod uulgò uestitum dicimus [n], & stipulatione roboratum: iustum amorem, apud Tibullum, immensum, & omnes Cupidinis uires complectentem: iustum prælium, Liuio magnū, & stataria pugna certatū. Sic & Apuleius in Apologia secunda: Sciebat, inqt, intestati pueri legitimum magis quàm iustū hæredem se futurum: quod & Paradoxorū libro IIII. latius prosequutus sum. Igitur si de iusta hæreditate qualiscunque dispositio mentionem faciat, de ea intelligemus, quæ ab intestato defertur. Si uerò de legitima dictum sit, utranque contineri ex ui uerborum constat. † Et ideo qui sibi & hæredibus suis legitimis stipulatur, etiam de his sensisse uidetur, qui tametsi extranei, testamento hæredes instituti fuerint: licet Alexandro [o] aliter uisum sit, cuius sententia uera non est, nisi ex subiecto argumento hoc persuadeatur, ut si quis in regno Titium & eius legitimam successionem instituat [p]: accipietur enim de filijs primogenitis hæredibus, quoniam natura successionis huiusmodi hoc indicat. Idem si testator uerisimiliter aliquo modo afficitur hæredis sui agnatis, quos prima spes successionis attingit: his enim uerbis de huiusmodi propinquis intellexisse uidetur [q]. Quapropter filio instituto, si sine liberis decessisset, cū Titius pater bona sua se fratri & illius hæredibus legitimis masculis relinquere dixisset, & post conditionis euentum is testatoris frater hærede extraneo instituto decessisset, respondi ad fideicommissum agnatos, qui eiusdem cum Titio familiæ erant, uideri uocatos: uerborum enim proprietas, & suæ gentis affectio, hanc in sententiam me trahebāt. nec mouebar, quòd à substituto extranei, nō autem legitimi, id est, agnati, essent instituti: † quia licet in contractibus stipulans sibi & suis hæredibus legitimis, non censeatur agnatis stipulatus, nisi sint hæredes, quia non est uerisimile uelle aliquem alteri quàm hæredi stipulari, in præsenti tamen fideicommisso aliud esset dicendum, ex Titij uoluntate, quē non est uerisimile uoluisse in bonis suis fidei cōmissum facere elusorium, & cuius uires exgrauari uoluntate penderēt, ut si alios quàm legitimos institueret, onus fideicommissi extingueretur. Illud non diffiteor, quoties testator ipse & tabellio ignari & idiotæ probarentur, ex uulgari usu illa uerba de filijs accipi, non de agnatis.

g l. j. de suis & leg. 1
h l. uerbis. ff. eo. 2
i l. iij. ff. pro socio. 3
k l. j. de testa. 4
l l. cum qui. C. de nat. lib.
m l. si uxor. de adult.
n l. Stichum. § naturalis. de solut.
o Alex. consil. 56. in j.
p Abb. consil. in iij. dub. ij. lib.
q l. ex facto. ff. ad Trebl.

b ¶ Confirmantur.) † Qui ergo cōfirmat, dare uidetur. In quo tractatu sic censeo distinguendum, ut ante omnia pensemus, confirmantis intentio qualis fuerit. Si enim actus qui

qui fit, substantiam à mera confirmantis uoluntate sumit, confirmans actum nullum dare dicitur [a]. Idem si actus sit ualidus, sed tamē confirmans hoc egit, ut nouum actum induceret [b]. At si ex sola uoluntate confirmantis negocium nō pendeat, qui cōfirmat, nō dat: ut cùm hæres centū, quæ autor suus Titio legauerat, rursus ipse legat [c]. Sed & prætor q alienationē pupilli confirmat, alienare ipse nō uidetur, quoniam natura huius consensus hanc interpretationem nō admittit [d], nec id actum est. Quòd si Præfectus præt. defensorem à popularibus electū confirmat [e], dare uidebitur: principale enim robur eius actus à Præfecto initium sumpsit, cùm magistratum sibi eligere, & iurisdictionem conferre, soli priuati nequeant. † Illud annotandum est, confirmationem irriti priuilegij à principe emanatam non prodesse, nisi ex certa eius scientia facta sit, quæ tunc præsumitur, cùm causa cognita confirmatio impetrata, uel serie libelli totus tenor declaratus, uel geminata iussio subsequuta sit. Idē si ex certa scientia se hoc facere princeps attestetur, uel æquè pollentibus uerbis utatur: quamuis si probetur principi obreptū fuisse, nihilominus cōfirmatio nullius effectus est, ut plerique omnes credidere [f].

a l. adoptio. ff. de adopt.
b l. quærebatur. de test. mil.
c l. unū. §. si de. ff. de leg. ij.
d Bart. l. more. de iur. om. iu.
e §. decreto. in auth. de def.
f c. porrecta. de confir. util.

1 Fraus differt à dolo.
2. 3 Fraus pro pœna ueteribus, & pro periculo, & læsione.
4 Fallacia, calliditas, machinatio, differunt.
5 Sontes rarissimè pœnas euadunt.
6 Inquisitio priusquam fiat, constare oportet perpetratum esse crimen.
7 Sine culpa, nisi subsit causa, nòn est aliquis puniendus.
8 Quando hæc regula non procedat.
9 Filij quoq; iniicientes uiolentas manus in principē, puniūtur.
10 Mulcta, quale nomen.
11 Mulcta ex usu pecuniariam tantum pœnam significat.
12 Mulcta & pœna uarijs modis differunt.
13 Generalis delicti nomen quomodo intelligatur.
14 Speciale delictum, siue innominatum.
15 Mulcta olim ex pecude pendebatur.
16 Mulcta quomodo ex arbitrio eius ueniat, qui eam dicit.
17 Certari mulcta quid.
18 Quandoq; certa pœna est, & mulcta dicitur.
19 Vbi à iure non est constituta certa pœna, tunc arbitraria imponitur.
20 Adiudicare quid significet.
21 Olim corpus debitoris adiudicabatur creditoribus.
22 Illis tantum ius mulctæ esse, qui imperium habent.
23 Delegatus iudex mulctam non indicit.
24 Ius mulctæ dicendæ inductum ex lege XII. tab.
25 Municipales magistratus ius dicendæ mulctæ non habent. & num. 22.

IDEM LIB. III. AD L. IVL. PAP.

LEX CXXXI.

ALiud est fraus [g], aliud pœna: fraus enim sine pœna [h] esse potest, pœna sine fraude esse non potest [i]. pœna est noxæ uindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædā. Idem lib. III. ad l. Iul. pap. Lex CXXXII.

1 ALIVD est fraus.) a ¶ † Fraus differt à dolo, quòd dolus fit alterius circumueniendi causa: fraus propriè dicitur etiā si decipiendi consiliū non adfuerit [k], sed is qui deceptus est, à seipso, uel ex euentu fraudatus est: unde quatenus alter circumuentus sit, fraus dolo inest [l]. Aliqui tamē ex grāmaticis dolū in faciendo cōsistere crediderūt, fraudē in uerbis, argumento græci sermonis φράζειν, quod est loqui. † Dixere etiā ueteres fraudem pro pœna [m]: quos & Vergil. imitatus est Aeneid. XI. Iam noscès, uentosa ferat cui gloria fraudē. † Dixēre & pro periculo, & ita in iure legi atte stātur Seruius, ut cum dicimus, ne ea res fraudi sit. Hinc & Vergil. Quis deus in fraudē egit? Accipiē & pro læsione, ut apud Horat. in carmine seculari:

Iuuit ardentem sine fraude Troiam.

quod Acron interpretatur. † Differunt autē fallacia, calliditas, machinatio, impostura, uidenturq; fraudis species esse. Fallaciā loquēdo cōmitti, calliditatem tacendo, Accursius [n] existimauit. Ego fallaciā simulationi annexā arbitror, calliditatē ad ingeniū referri, machinationem ex præcogitata aliqua inuentione, manuq; & arte confici, ἀπὸ τῆς μηχανῆς, unde & techna dicitur, ἀπὸ τῆς τέχνης. impostura ab impostoribus, id est, deceptoribus [o], quos etiam planos uocāt, nomen sumpsit: ductaq; uidetur metaphora ab his, qui operimentū rei imponunt, ut uitium tegant.

g l. fraudis. ff. tit. j.
h l. iuris gentiū. §. sed si. ff. de pac.
i l. cum autem. §. excipitur. de ædil. edict.
k d. l. iuris gent.
l l. j. §. j. de uacu. cog.
m l. absentem. de pœn.
n l. item. ad Syllan.
o l. j. ad Syllan.

b ¶ Sine pœna.) Vt quia fraus eiusmodi sit, quæ pœnam nō mereatur: uel etiam, quia delictum tametsi graue probari nequiuerit [p]. † sciant tamē fontes rarissimè accidere, ut pœnas euadant: quandoquidem ut græco uersiculo admonemur,

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πανθ' ὁρᾷ.

Est iustitiæ oculus qui ubiq; conspicit.

c ¶ Non potest.) † Quapropter antequā inquirere iudex incipiat, constare prius perpetratum fuisse crimen oportet: tum enim quærendum deinde est, quis perpetrauerit. Sanè huic dicto conformis est iuris regula [q], † Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. † Quod tamen nō procedit, cū in consequentiā quis punitur, ut in eo qui seruū noxæ causa dat. Sed & fauore publico etiam quandoq; receptū est, ut ubi fraus non fuerit, pœna sit: ueluti cùm ex Senatusconsulto Silanianum supplicium de seruis omnibus, qui sub eodem tecto fuerant, cùm dominus à seruo occisus esset [r]: quis enim aliqui in eis insontes esse potuissent, tamē atrocitate pœnæ securitati domuū consulendū fuit, quod eleganter C. Cassius apud Tacitū lib. XIIII. disseruit, ubi, Nam & ex fuso (inquit) exercitu, cùm decimus quisq; fuste feritur, etiā strenui sortiuntur: habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica repēditur. † Qua ratione introductum arbitror, cùm quis in principem uiolentas manus infert [s], etiā filios puniri: uerisimile est plerosq; fore qui uel liberorū suorum charitate ab huiusmodi consilijs abstineant,

p l. absentem. de pœn. 5
q l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. 9
r l. j. ad Syllan. 10
s l. quisquis. C. ad l. Iul. ma.

10 d ¶§. INTER MVLCTAM.) † Mulcta Oſcum uerbum eſt, quo pœna ſignificatur, licet Grammatici quidam à mulcendo per antiphraſim dictam putent: unde mulctare uerbum condemnare eſt & punire: ſic Plautus, mulctare matrimonio: Terentius, & Vergil. Aeneid. libro XI. mulctare morte: Tranquillus, mulctare gẽtilitijs hæreditatibus: Cor. Tacitus, mulctare uerberibus, dixerunt. † Ex uſu tamen, anguſtiore ſignificatione uox hæc pro pecuniaria tantũ pœna, re-
12 cepta eſt: † ſicq; uariæ differentiæ introductæ ſunt, q̃d pœna quælibet coërtio eſt, mulcta ſolius pecuniæ: quòd pœna certa eſt, legeq; expreſſa, mulcta ab iudicentis arbitrio pendet: quòd pœna à quocũq; iudice inflĩgi poteſt, cui criminis executio demandata ſit, mulcta ab ordinarijs tantummodo, hisq; qui pro tribunali ſedent: q̃d
a l. penul. C. de mod. mul. b l. j. C. eod. mulcta fiſco datur [a], pœna etiã parti applicari poteſt: quòd mulcta infamiã non irrogat [b], pœna quandoq; irrogat: quòd à pœnæ irrogatione, cùm quis criminis cõuictus eſt, pro-
c l. ſi qua. j. eod. uocatio non eſt [c]: at mulctæ indictio per iudicem appellationis reuocari poteſt: ſed & ſi ultra modum à lege conſtitutũ Præſes prouinciæ mulctam dicat, ipſo iure reſciſſum eſt: ſi
d l. certa. C. quando pro non. pœnam, appellatione opus eſt [d]: is quoq; qui mulctam dixit, officio ſuo functus nõ eſt, & ideo eam reuocare poteſt [e]: at qui pœnã conſtituit, amplius ea de re non aditur. Sunt autẽ
e l. illicitas. in fin. de offic. præf. pœnæ per leges & S. conſulta certis delictis cõſtitutæ, mulcta ſpecialibus quibuſdam: ut
f l. j. ſ. ſi quis in ius uoc. cùm quis in ius uocatus iudicem negligit [f]: cõtumaciæ enim infligitur. Pli. epiſt. lib. IIII. Licinius Nepos prætor acer & fortis mulctã etiã dixit ſenatori, qui ad iudicandum nõ uenerat: egit ille in ſenatu cauſam ſuam, egit autem ſic, ut deprecaretur: remiſſa eſt mulcta, ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus uenia fuit.

13 e ¶ Specialis.) † Generalis delicti nomen intelligit luriſconſultus illud, quod certa appellatione plurima eiuſdem naturæ crimina
g l. ſi familia. ſ. de iuriſd. om. complecti poteſt, ut furtum, homicidium, falſum [g]: quod & Doctores noſtri nominatum
14 delictum appellant. † Speciale uerò delictũ uidetur, quod innominatum dicunt, ut cùm
b l. ij. C. de epiſ. aud. quis in ius uocatus non paret [h], cùm temerè appellat, cùm ius dicentem contemnit, cùm in munere ſibi impoſito per deſidiã quis ceſ-
i l. ij. C. de ſpor. ſat [i]: eiuſmodi enim facta pluribus uerbis ſpecialiter deſignantur, non uno generali.

15 f ¶ Hodie.) † Olim enim ex pecude mulcta pendebatur, maximaq; erat XXX. boum, & duarum ouium: minima, unius ouis: deinde in pecunia cœptum eſt mulctari, & bos centuſſe, ouis decuſſe æſtimata eſt. mentio huius rei eſt A. Gellio, & Sex. Pompeio.

g ¶ Ex arbitrio.) † Siue quia arbitra 16
arbitrio [g] eius uenit, riũ ei ſit, quã mulctam dicat, dum legitimũ modũ non
qui mulctã dicit: pœ excedat, qui hodie
na non irrogatur, ni in Preſidibus pro-
ſi quæ quacunq; le uinciarum uſq; ad
ge, uel quo alio iure duas auri uncias
ſpecialiter huic deli- eſt, in Procõſulib.
cto impoſita eſt [h]: ſex, idemq; Præfectis Aegypti [k]: at in
quinimò mulcta ibi k l. eos. C. de mo. mul.
dicitur, ubi ſpecialis alijs ſpectabilibus
pœna nõ eſt impoſi- uſque ad tres: ſiue
ta. Item mulctam is qa poſtq̃ dicta eſt
dicere poteſt, cui ad- mulcta, adhuc in ar
iudicatio [k] data eſt: bitrio iudicis eſt eã
magiſtratus [l] enim ſo remittere [l]. Olim l d. l. illicitas, fin.
los & præſides pro- ex lege XII. tabul.
uocabat ad po-
pulum, † dicebaturq; certari mulcta, cùm pe- 17
tebatur eius remiſſio, uel modus: quod ex T. Liuio lib. XXV. & M. Cicerone in Philipp. XI. cognoſcere in promptu eſt.

h ¶ Impoſita.) † Quãdoq; tamẽ certa pœ- 18
na eſt, & mulcta appellat, ut in eo qui X. HS. argẽti punitur [m], quia temerè appellauit. Sed m l. ij. C. de ſpec. aud.
hoc caſu mulcta impropriè dicitur, ut quidã ſentiunt: uel quod eſt uerius, cùm prius huic delicto certa pœna conſtituta nõ eſſet, ppriè dicebatur mulcta: unde q̃uis certitudo ultionis addita ſit, antiquũ nomẽ tamen ſeruauit.

i ¶ Specialis.) Intelligendũ eſt, cùm pœna pecuniaria infligitur: ſalio quin ubicunq; à iu- 19
re determinatũ nõ eſt, quæ pœna delinquenti cõſtituenda ſit, arbitrariũ iudici eſt, nec huiuſmodi pœna ideo mulcta dicitur [n]. n l. j. §. quãq; de effract.

k ¶ Adiudicatio.) † Adiudicare eſt iudicio 20
peracto rem controuerſam actori addicere. † Olim ex lege XII. tab. ſi debitor ſoluẽdo nõ 21
erat, adiudicabatur corpus eius creditoribus, quibus fas erat membra artusq; partiẽdi, q̃d deinde tacito cõſenſu abrogatũ eſt, cœptũq; eſt pecunia tranſigi, & bona ipſa, nõ corpus adiudicari: quod apud A. Gellium lib. XX. Cæcilius Iuriſconſultus eleganter diſputat. † Cùm ergo adiudicatio merũ mixtumq; im- 22
periũ reſpiciat [o], ſequitur hìc probari, eis tantummodo ius mulctæ eſſe, qui imperium habeant: quod & alibi proditum eſt [p]. Quapropter inde conſequens eſt, ut defenſores ciuitatũ [q], magiſtratusq; municipales, item duũuiri [r] (hi ſunt ipſius ordinis duo præfecti) mulctam dicere nequeãt, licet aduerſus contumaces alijs remedijs uti eis permiſſum ſit. † Sed 23
& eos, quib. mãdata eſt iuriſdictio, mulctam nemini irrogare poſſe cõſtat, niſi is ſit delegatus principis: & ita frequentius proditũ eſt [s].

o l. iubere. ſ. de iuriſd. om. iu. p l. ij. in fin. de iudi. q l. ij. C. de def. ciuit. r l. j. ſi quis in dicen. s c. de cauſa. de offic. del.

l ¶ Magiſtratus.) † Ius mulctæ dicendæ ex 24
lege

lege XII. tabul. introductum eſt, & ſolis magiſtratibus populi Rom. cõceſſum. eius uerba ſunt: Iuſta imperia ſunto, iiſq; ciues modeſtè ac ſine recuſatione parento. Magiſtratus nec obedientem & nocuum ciuem, mulcta, uinculis, uerberibúsue coërcento: ni par maiórue poteſtas, populuſq; prohibeſſit, ad q̃s prouocatio eſto. Cũ magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſitúe, per populum mulctæ certatio eſto. Referuntur hæc à M. Tullio lib. de legibus III. † Cùm ergo id ius à XII. tabulis magiſtratibus cõceſſum ſit, non poteſt de municipalibus intelligi, quibus lex XII. tab. ſcripta non eſt, & qui non ſimpliciter magiſtratus, ſed cum additamento, municipales dicũtur. Præſidibus uerò prouinciarũ id ius cõpetit: quia mandatis, quæ ſolent Imperatores legatis ſuis, cùm eos in prouincias deſtinant, dare, hoc permittit.

m ¶ Competit.) Vnde & defenſores ciui-
a §. & audient. de defen. ciui. tatis leuium criminũ cognitionem habent [a], & quos fontes reperiunt, pœnis afficiunt.

1 *Anniculus infans, ſiue uiennis quis.*
2 *Legislatori de conſuetudine atteſtanti creditur.*
Ibid. *Quid in doctore?*
3.4 *Aliud eſſe, decimo Calendas, aliud decimo die Calendarũ, contra Paulum Iuriſconſultum.*
5 *Quibus modis defendatur hoc Pauli reſpõſum à Doctoribus.*
6 *Noua Alciati declaratio ad hoc reſponſum.*
7 *Alia noua Alciati expoſitio ad hanc legem.*
8 *Non aduerſari teſtes, quorũ aliqui ante bellum, aliqui poſt bellum rem geſtam dicunt.*
9 *Ante, ad initium: poſt, ad finem refertur.*
10 *Verbum, párere.*

1 ANNICVLVS.) † Anniculus infans dicitur anni unius, quẽ quidam uniennẽ uocant, exemplo græci ſermonis γιγνοσιαῖος: diciturq; hoc nomine, qui extremũ anni diẽ attigit, tametſi integrũ eum nõ uixerit: comprobatq; id Paulus ex conſuetudine ſermonis, quod mirũ eſt in hac uoce, præſertim reperturara, † uerùm legislatori de conſuetudine atteſtanti credi par eſt. Sed an cuilibet doctori egregio [b]? & Bartolus [b] credi exiſtimauit, ſi ab eo in ſcriptis redacta ſit, cuius ſententiam probare ipſe nequeo: cùm enim ſit facti, quis plenam fidem adhibebit [c]? cùm etiã prudentiſſimos huiuſmodi prætereant, idq; crebrius receptum mihi uidetur.

b Bar. l. de quibus. in 4. q. prin. c l. ſi. d. l. de quibus.

¶ §. ANTE DIEM.) Variè hìc locus accipitur: apud ueteres enim uidentur nõ eodẽ ſenſu hæc uerba intelligi. Nam qui promittit ante X. diem Calendarũ, uidetur perinde ac ſi dixiſſet, decimo Calendas: ſicut qui ante Calendas ſtipulatur, perinde eſt, ac ſi Calendis
d l. qui ante. de uerb. oblig. ſtipularetur [d]: nam ratio hoc ſuadet, cùm decimo Calendas compendio uerborũ dicatur, pro decimo die ante Calendas. † Sed tamen 3

ipſe aliud opinor decimo Calendas, aliud decimo die Calendarum. Cùm enim ante Calendas dicimus, ipſæ Calendæ nõ comprænduntur. Cicero ad Lentulum: Senatus haberi ante Calendas Februarias per legem Papiam, id q̃d ſcis, nõ poteſt, neq; menſe Februario toto, niſi perfectis, aut reiectis rogationibus. Verũ in aliam ſententiam nos urget, quod per hæc uerba dies, qui eſt nono Calendas, ſignificari uidetur: idq; probat Ciceronis autoritate, q Philippica V. Ante diem, inquit, XIIII. Caleñ. Ian. decretis eum ueſtris concidiſtis, conſtituiſtisq; ut hæc ad uos Cal. Ian. referrent. Rurſus Philippica ultima: Memoria tenent, me ante diem XIIII. Caleñ. Ian. principẽ reuocandæ libertatis fuiſſe, me ex Cal. Ian. ad hanc horam uigilaſſe. His autẽ uerbis de eo die intelligebat, qui eſt XIII. Calend. Ian. q̃d oſtenditur in dicta Philipp. V. in principio. Cùm enim eam orationem, uti cenſuerat Senatus, Calen. Ian. haberet: Recordamini, inquit, qui dies nudiuſtertius decimus fuerit. Et paulò inferius: Hoc dies XII. profuerunt, ut quem nemo præter Cotylam, &c̃. Idem apertius oſtendit lib. Epiſt. famil. XII. ad Cornificium: nam eius diei mentionem faciens, ad XIII. Caleñ. (inquit) Ian. Senatus frequẽs mihi eſt aſſẽſus. Et iterum: Ad XIII. Caleñ. Ian. fundamenta reipub. iecí. † Quomodo ergo Paulum hìc defendemus, penitus his contraria ſentientem, cùm ſignificari his uerbis cenſet eum diem, qui XI. Caleñ. eſt? Adde quòd etiam ante Calendas, & poſt, idem eſſe exiſtimat, quod falſum eſt, imò, ut apparet, apertiſsimè diſsident. Sed & Cælius Ciceroni: Dicebat, inquit, Pompeius ſe ante Calendas Martias non poſſe ſine iniuria de prouincijs Cæſaris ſtatuere, poſt Cal. Mar. ſe nõ dubitaturum. † Sunt qui his difficultatibus adducti ſcripturam inuertant, & legendum exiſtiment, nõ poſt diem X. ſed poſt diem XII. Qui ſenſus indubitatus eſt, redditq; reſponſum hoc ſuperfluum, prætereaq; aduerſus ueterum omnium codicum fidem fit huiuſmodi mutatio. Alij neutro ſermone legunt, non utroque: ſed hæc inſolentior eſt correctio, & non ſatis uera. Alij craſsiore minerua intelligunt, ut ante diẽ decimũ Calendarũ, de unde cima die actũ putemus menſis lapſi, ſi retrò, & menſis inſtantis, ſi porrò computemus. Qua ratione ante diem decimum Cal. Ian. uigeſima erit Decẽbris, quia ab ea ad Calẽdas undecim interſunt dies, poſt diem decimum Calendarum erit undecima Ianuarij, & hìc enim undecim interſunt dies. Sed certè Iuriſconſultus ludere nos hoc ſenſu potius, quàm

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

6 docere uoluisse uideret.† Ego dupliciter declarari id responsum posse sentio: & in primis, si de die præterita loquamur, ut quia me quicquã feciſſe poſt diem decimũ Calendarum dicam, id intelligi arbitror XI. Calendas esse factũ. quòd si ante diem decimũ dicam, intelligitur nono Calẽdas: sicut apud Ciceronem, ante XIIII. diem Calend. intelligitur XIII. Cal. Et ratio ea est, quia in computatione præteriti, undecima post decimam est, sicut XIIII. ante XIII. quòd si de futuro uerba faciam, ut quia post X. diem Calend. spondeã tibi centum, nono Cal. intelligit: si ante X. diem spopondero, undecimo obligabor. Vnde meritò Iurisconsultus utroq; sermone undecimã diem significari dixit: quod intellige diuersis tamen casibus. Ante decimã diem, significat undecimã, si de futuro loquar: post decimam diem, significat undecimã, si de præteri
7 to agatur.† Altero modo potest etiam accipi: siquidem illud scire debemus, apud Græcos consuetũ fuisse, ut dierum computatio retrorsum à sequente mense duceretur, fiebatq; uti mensis, quem tum φθίνοντα, id est, deficientẽ appellabant, ἀπὸ νουμηνίας, hoc est, à uigesima die inciperet retrò numerari ad sequentem: quod in Nubibus Aristophanes ostendit, & Homerus, τῷ μὲν φθίνοντος μῆνος ἦ δ' ἱσαμένοιο. Eum morẽ & Latini seruauerũt, & post præcedentis mensis Idus, subsequẽtis Calendas numerare cœperũt. Quapropter quartusdecimus Decembris dies, decimusseptimus est Calendarum Ianuarij: sicq; deinde procedimus, sextum decimũ, quintũdecimũ, quartũdecimũ, ab augmẽto in diminutionẽ usq; ad ipsum Calendarũ diem cõputando. Si ergo scriptũ sit, post diem decimũ Calendarum aliquid factũ, undecimo Calendas censetur factum: quoniã ab instante mense retrò cõputando, undecimus dies post decimũ numeratur. quòd si ante diem decimũ dicatur, idem significari potest: respectu enim deficientis mensis, undecimus ante decimũ est. Et sic diuersis rationibus, sermo qui hîc repugnãs uidetur, idem denotare potest. Sanè hinc argu-
8 mentũ sumitur, † nõ uideri inuicem aduersari testes, quorũ aliqui ante bellũ, aliqui post bellum rem gestam dicãt: cùm enim hæc res tractum habeat, poterunt intelligi ante bellũ perfectum [a], & post bellum cœptum, idq; frequentius traditum est [b].† Ego accepi hanc di
9 ctionẽ, ante, ad initium, & post, ad finem referri, idq; ex sermonis proprietate, à qua, ut testes à periurio tueantur, recedere permissum est. Sed & qui ante Calendas promittit, solis Calendis cõuenietur [c]: antè enim dies nõ uenit: alioquin momenti illius ratio esset habenda, quod Calendarum initium antecesit: at in diebus momenta temporum non considerari, infrà traditur [d]. Quapropter si tibi spondeam ante mensem Februarium centum aureos me daturũ, initio eius mensis conueniri potero, idq; receptius est.

a Bar. l. ij. §. creditum. ſi cert. petat.
b l. ij. C. ne de ſtat. def.
c d. l. qui ante.
d l. ij. §. eod.

¶ §. FALSVM.) †Párere uerbum, enitentis mulieris actũ significat: quapropter si execto utero infãs ei detrahat, peperisse non uidetur. Hincq; est, quòd si Titio legauerim, si Arethusa pepererit, cũ cõditio uoluntaria sit, execto utero nõ eueniet [e]: si necessaria, secus est: ut cùm quis, si uxor sua pepererit, filium instituit, & si decesserit, Titium: nõ enim respexisse modum uidetur, quo filius in lucẽ prodeat, sed quomodocunq; natus sit, illi consuluisse: & ideo ex coniectura mentis fit interpretatio, etiã si cõditionis uerba omnino nõ quadrent: & ita Baldo Salicetoq; [f] uisum est, quod & nos contra Iasonis [g] sententiam probauimus.

e Bar. l. Gallus §. & quid ſi.
f Salic. l. fin. C. de poſt. ber. inſtit.
g Ias. l. quod dicitur. de lib. & poſthum.

1 Antiquæ præpositiones, in, uls, cis, postea additionem recepe-
runt, ut diceretur, ultra, citra, intra.
2 Intra Calendas, quomodo accipiendum.
3 Præpositio, intra, accusatiuo iuncta, etiã pro usq; accipitur.

SI QVIS SIC.) a ¶†Apud ueteres tres erant præpositiunculæ diuerso sensu, in, uls, cis: quæ quoniam obscuro sonitu promebantur, euphoniæ causa additionẽ eandẽ receperũt, dicíq; ultra, citra, intra, cœptum est: sicq; intra idem significat, quod in: unde rectè dicemus, Brigantiũ intra Alpes est, id est in Alpibus ipsis: sicut Segusium citra Alpes, Vocontij ultra.† Sic & qui dicit se intra Calen 2
das facturũ, in ipsis Calendis dicere uidetur, ut apud A. Gellium lib. XII. cap. XIII. Sulpitius Apollinaris disseruit. Vsus tamen obtinuit, ut nõ solum diem Calendarũ, sed omne tempus, q̃d citra eum diem est, cõtineat. quapropter si libertas sic relicta sit: Stichus intra annum postq; mortuus fuero, liber esto [h]: statim post mortẽ liber est. Cuius cõsuetudinis loquendi ratio est, quia tempus cõcessionis usq; ad extremũ diem, quo negociũ explicari potest, pro uno habetur: unde quicquid citra extremũ diem factum est, intra illud tempus factum dicitur. In hac ergo uerborũ conceptione, intra diem mortis, dubium nõ est, quin etiam dies, quo quis moritur, compræn sus sit, perinde ac si in diem mortis dictũ esset:† præpositio enim ista, accusatiuo iuncta, 3
etiã pro usq; accipitur, ut in diem interpretemur, usq; ad diem: quod & suprà [i] ex Grãmaticis annotauimus. Quapropter qui intra Calendas pronunciare iussus est, Calendis ipsis rectè atq; ordine pronunciaturus est.

h l. ſi ita. inſtit. de manum. teſtis.
i l. notionem. fin. C. eod.

b ¶FIAT.) Si ergo Titio legauero, ut intra diem mortis suæ mihi monumentum suis sumptibus faciat, etiam Titio defuncto, dum eadem die fiat, legatũ debebitur: idq; Accursius probat, quoniam id factum eius naturæ est, ut per alium explicari possit [k].

k l. j. §. ne quis. C. de cad. tol.

Mon-

1 Lex anni mentionem si faciat, de perfecto intelligitur.
2 Sufficit ad perfectionem anni ultimum diem cœptum esse.
3 In odiosis de momento ad momentum fit computatio.
4 Quandoq; sufficit cœptum fuisse annum.
5 Taxatiua, Tantum, sæpe subauditur in legibus.
6 Bissextus quare institutus singulis quatuor annis.

ANNICVLVS.
1 a ¶†Quoties in lege certi anni mẽtio habetur, intelligimus de perfecto, qui CCCL-
2 XV. dierũ est:† nec ideo minus perfectus est, quòd ultimus dies nondum sit exactus, cùm satis sit esse cœptũ: idq; in his, quæ fauorem respiciunt, ut in usucapionibus [a], in testamentis [b], in libertatib.
3 †Quòd si de reodiosa agat, de momento ad momentum fit cõputatio. Hincq; est, quòd qui ultimo die uigesimi quinti anni contraxit, & læsus est, in integrum restituetur [c]. Idem & in præscriptionib. [d] †Quandoq; 4
etiã fit latissima interpretatio, & satis est cœptum fuisse annum, ut est in municipalibus muneribus [e], quæ curam Reipublicæ nõ exposcant. Idem si uerba hoc inferant, ueluti si scriptum sit, in XX. anno licere aliquem ad sacros ordines promoueri [f]: sufficiet enim uigesimũ annum esse cœptum. Idem si intra uigesimum dicatur [g], uel (quod fermè idem est, ut A. Gellius lib. XII. cap. XIII. tradit) ante uigesimum: hæc enim uerba magis initium, quàm finem respiciunt.
5 b ¶Non exacto.) Id est, perfecto,† & subauditur taxatiua: qui modus loquendi Iurisconsultis est frequens [h], ut cùm dicitur, ueteratorem nõ ex tempore, sed ex genere & causa æstimandũ. Item, domus appellatione [i] nõ proprietatẽ, sed domicilium contineri: interpretabimur enim, nõ ex tempore tantum, & non proprietatem tantum: & id, quoniã subiecta materia hoc indicat: alioquin certũ est, si quis debere se quinq; dicat, tum quoq; taxatiuã subinduci [k], quod omnes fere admittunt. Eadem ratione hîc intelligemus, non tantum exacto, sed etiam incipiente die.
c ¶Ciuiliter.) Secundum iura ciuilia: nam naturaliter ultimus dies integer anno accedere deberet, & præterea quadrans, hoc est, sex
6 horæ:† unde institutus singulis quibusq; quadriennijs est bissextus.

a l. & ideo. de uſucap.
b l. de ætate. de teſta.
c l. iij. §. minorem. de min.
d l. in omnib. de act. & oblig.
e l. ad remp. de mun.
f Cle. fin. de ætat. ubi Card.
g l. qui filium. §. fi. ad Trebell.
h l. fin. de ædil. edict.
i l. lex Cornel. §. domum. de iniur.
k L. rogaſti. §. ſi cert. pet.

1.2 Monstrosorum partuum duæ species in muliere.
3 Vlpianus fataliter nasci monstrosos partus censuit.
4 Variæ referuntur opiniones, unde progenerentur partus monstrosi.
5 Defensæ mulieres ab adulterio ratione picturarum, &c.

6 Filij communiter legitimos patres referunt.
7 Adulterini partus adulteris similes.
8 Plumbini dux ridiculo habitus ob Aethiopem ex ua cõcubina natum.
9 Partus aliquatenus ampliora membra habẽs, pro mõstro non habendus.
10 Philelphus tres teſtes habuit.
11 Emendatus huius legis locus.

AD LEG. IVL.
LEX CXXXV.

QVÆRERET aliquis.)
a ¶†Monstrosorum partuũ duę uidentur in mulieribus esse species. Prima est, cũ quid aspectu inæquale nascitur: cũ enim ita homo à natura formatꝰ sit, ut summa sit in eo ꝓportio, respõdeãtq; uicissim singula mẽbra, quoties aliqd deficit, uel præter cęterorũ naturã augetur, monstrũ est: ut cùm magnitudine corporis nimia, uel paruitate quis nascitur, ut quos pumilios uocamus. Idẽ si superfluis membrorum partibus, ut bicipites & trimani: uel deficientibus aliquibus, ut qui unica tantũ manu prodeunt, uel qui sine capite: itemq; in quibus suo loco membra nõ sunt, ut qui oculos in pectore, uel in fronte, aures supra tempora habẽt. Hos partus pro-
1
uenire Empedocles existimauit ex defectu uel augmento seminis: alij ob uersam, uel spiritu interceptam matricem.† Alia species est, 2
quam Græci ἑτερομορφίαν uocant, cùm mulier partum producit, in animalis alicuius naturam deformatum, ut Minotaurus. Legitur & bellis ciuilibus Hetruscam mulierem serpentem peperisse: nati etiã traduntur canínis capitibus quídam, alij & asininis auribus: fuere & qui uagientes ruderent. Traditũ est, cùm Thales in Periandri armento ex equa natum monstrum cõspicatus esset, quod pectore tenus humanam effigiem referebat, cætera bestiam, surridentem admonuisse, ne pastoribus quibus uxores deessent, uteretẽ.† Sed Vlpia- 3
nus fataliter, id est, diuinæ uoluntatis, inclinante in id præstituta serie, nasci huiusmodi naturæ ludibria existimauit:† cui facilè Astro 4
logi consensuri sunt, ex quibus Alchabitius quosdam gradus commemorat, in quibus si luna sit, dum aliquis concipitur, monstrosum nasci opinatus est: quod & ex Iulio Materno cognoscere possumus. Accursius in cogitationem mulieris causam refert, si dum iniretur, de aliquo animali cogitauit.† Nã & Hip- 5
pocrates mulierem suspicione adulterij laborantẽ, quòd marito penitus dissimilem filiũ procreasset, hac ratione liberauit, q̃d in cubiculo picturã ea mulier habebat, cui similẽ in-

fantem pepererat: idq; Hieronymus in quæ ſtionibus ſuper Geneſim refert. Quo argumento & Quintilianus matronam defendit, quæ Aethiopem enixa erat, cùm eius coloris icunculam in thalamo haberet. Meminit etiã nõ abſimilis rei Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei x. Vbi & Iacob Hebreí in uentum approbat, qui ut uerſicolorẽ gregẽ haberet, in canalib. uariegatas uirgas ponebat, ut tales fœtus progignerentur, quales erant uirgæ, quas potũ ducta pecora cõtemplabant, ut Geneſeos ca. XL.

6 habetur. Quæ ratio ut quandoq; uera ſit, †frequentius tamen accidere uſu uidemus, ut legitimos patres filij referant: alioquin qui ex adulterio cõcipiuntur, maritis maximè ſimiles eſſent, cùm in huiuſmodi coitu ſollicitari

7 de mariti aduentu mulierem ueriſimile ſit, & tamen experientia cognitum eſt, adulteris ſimiles eſſe adulterinos partus, †quod & Plumbini dux patrum noſtrorum memoria re ipſa

8 expertus eſt: is, cùm de ſe prægnantem cõcubinam crederet, inuitaſſetq; ad baptiſmi ſacra quamplurimos primarios uiros, ea Aethiopem peperit, coquo ſuo ſimilimum: quapropter ridiculo habitus dux, quæſtione ueritatem deprændit, cuius ſententiæ fuiſſe etiam Phocylidem poëtam eius carmen indicat:

οὐ γὰρ τίκτῃ ϖαῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.

Diſſimiles gignunt ſtuprata cubilia natos.

9 †Sanè hoc ſciendũ, pro mõſtro nõ haberi partum, qui aliquatenus ampliora mẽbra habet, ut quí ſenis ſunt digitis, uel tribus teſtibus, quos Græci τριόρχεις uocant: † qualem fuiſſe Philelphum ætatis ſuę doctiſsimum, ſed eundem libidinis indomitæ, uulgò ferunt.

l. non ſunt. de ſtatu hom.

10

11 b ¶ Vel qualem.) † Ratio latini ſermonis argumento eſt, corruptũ eſſe locũ, & inæqualem legendũ uidetur, & ſequalis dici poſſe, quem Græci ἄπτοιον appellant, quaſi ſine ulla qualitate dicas. Alij codices ſimpliciter, uel uiſu ſcriptum habent.

1 *Generi appellatione qui contineantur.*
2 *Præpoſitio Pro, in compoſitione uariè accipitur.*

1 GENERI.) †Generi appellatione hîc traditur progeneros, & ſi qui ulteriores ſunt, cõtineri: quod ex poprietate ſermonis eſſe Bartolus credidit, at alij contrà. Ipſe ex interpretatione eſſe non ambigo, cui tamen interpretationi larga uocabuli ſignificatio, nec omino impropria accedit: & ideo in qua cunq; materia hoc procedere, niſi rationis diuerſitas aliqua reddatur, qua aliud in genero, aliud in progenero ſtatui debere appareat. †Præpoſitio enim, pro, in compoſitione uariè accipitur: quandoq; ut ordinem quendam deſignet, qui porrò, procul'ue ſit: ut ſi pronepotem, proauum, progenerum, proſocerum dicamus, quòd in gradu diſtantior nepos, auus, gener, ſocer ſit. Quandoq; ut impropriétatem oſtendamus, eumq; qui loco alicuius habeẽ, ut cùm dicimus, protutorem, proregẽ, proconſulẽ. Quandoque ut extra ordinem rem geſtam denotemus: unde Prop*r*etor dicitur, nõ ſimpliciter qui loco Prætoris eſt, ſed quilibet extra ordinaria prætura inſignis.

l. Gallus. §. inſtituens.

1 *Multa fœcundis mulieribus præmia à Ronis conſtituta. & num. 3*

2 *Ancillæ olim propter multos partus libertatem conſequebantur.*
4 *Hodie uirginitas à fœcunditate nihil differt.*
5 *Ter enixa mulier quæ dicatur.*
6 *Quod argumentum ex hac lege ſumi poſſit.*

TER ENIXA.) †Procurabant ueteres Romani, quantũ poterant, ut filijs ciuitas repleretur, multaq; fœcundis mulieribus prẽmia conſtituebant. Hinc cautũ Tertulliano S. conſulto, ut quæ mulier ingenua tres liberos enixa eſſet [a], filio defuncto ſuccederet: traditq; Gellius profuiſſe hoc matribus, etiã ſi filij ſtatim deceſsiſſent. †Lucius quoq; Columella moris antiquorum fuiſſe autor eſt, ut ancillis quæ tres liberos peperiſſent uacationem, quæ plures libertatẽ concederent. Vnde fortè illa cõditio in iure emanauit, Arethuſa ſi tres pepererit, libera eſto [b]. †Apud Euſebium quoq; proditũ eſt, matronis quæ filios progenuiſſent, lecticarum uſum, margaritarumq; permiſſum, cùm alijs eſſet lege ademptus. Opinor & hac de re aliquid lege Papia Popæa fuiſſe conſtitutum: quapropter Tranquillus teſtatur, cùm eius legis Claudius uacationem certis ex cauſis permiſiſſet, latinæ conditionis uiris ius Quiritium conceſsiſſe, fœminis uerò ius quatuor liberorum. Quod enim Romanæ mulieri priuilegiũ ex tribus filijs competebat, libertinæ, uel latinæ conditionis, ex quatuor dabatur: cuius rei in S. conſulto Tertulliano exemplũ ſumi poteſt. † Hodie tamen & Honorij & Iuſtiniani conſtitutionib. [c] extincta huiuſmodi priuilegia ſunt: nihiloq; differre à fœcunditate uirginitatem uoluerũt: quod græcus autor Procopius admodũ improbat, cauſamq; euerſionis Rom. imperij inde ortam arbitratur, quòd cum homines propagationi prolis non conſulerent, infrequentiores factæ ciuitates à barbarorũ ingentibus exercitibus ſe tueri nequiuerint. † Igitur oſtendit hîc Iuriſconſultus, ter enixã mulierem dici, etiam quæ uno partu tres edidit: nihilq; refert diuerſis temporibus, an uno utero

a §. j. Inſtitut. S.C. Tertull.
b l. Arethuſa ſtat. hom.
c l. j. & ij. C. de iur. lib.

utero tres pepererit: cùm enim nõ eodem nixu plures infantes naſcantur, ſed unus poſt alium, proprietas uerbi hanc interpretationẽ

6 neceſſariò recipit. † Qua ratione ſumi hinc argumentum poteſt: ſi ei, qui tribus uulneribus aliquem affecerit, certa pœna ex lege conſtituta ſit, qui cũ tridente, ſeu trifixili telo uulnerauerit, teneri [a]: ut nihil referat, an diuerſis temporibus, an eodẽ nixu, tres plagas incuſſerit: ſ̃d utiq; crebrius receptum eſt, præterq; cùm uerba legis actum percutientis reſpiciunt: ut ſi ita concepta ſint, Si quis ter aliquem uulnerauerit, uel ſi quis telum contorſerit, itemq; ſi quis in cuiuſque crura ſagittas iecerit.

a Bart. l. fin. ff. arb. fur. cæſ.

1 *Bonorum poſſeſſio pro iure ipſo hæreditario accipitur, quod cum prætoris decreto acquiritur.*
2 *Bonorum poſſeſſio & hærcditas differunt.*
3 *Bonorum poſſeſſor an propriè hæres appelletur.*

1 HAEREDITATIS.) †Bonorũ poſſeſsio pro iure ipſo hæreditario accipitur, ſ̃d cum prætoris decreto acquiritur: ut tametſi res ipſas hæreditarias poſsideamus, bonorũ tamen poſſeſsionem, id eſt, ius ipſum à iudice impetrare nobis neceſſarium ſit. † nihil ea ab hæreditate differt, niſi quòd ſolo animo hæreditas aditur: bonorũ poſſeſsio, ut acquiſita uideatur, ius dicentis officium requirit.

2 Qui ergo bonorum poſſeſsionem agnouit, hæreditatem habere, uel pro hærede gerere, etiam propriè dicetur [b]. †Sed an bonorũ poſſeſſor propriè hæres appellabitur [c]? Et loco hæredis eſſe traditum eſt: quo fit, ut propriè hæres non ſit [d]: nam & prætor hæredem ipſe facere non poteſt: ſed cum omnino hæredi ſubrogatus ſit, quælibet diſpoſitio de hærede uerba faciens, eum quoq; comprændet [e]. Quod opinor obſeruandum, etiam ſi materia odioſa pœnalisq; ſit [f]: quãuis quidam aliter ſentiant, eo potiſsimũ argumento, quòd in huiuſmodi materia nec pater, qui iure peculij caſtrenſia filij occupat [g], nec fideicõmiſſarius pro hæredibus habentur [h]. Sed illi quo ad effectum ſolùm hæredibus æquiparãtur, bonorum poſſeſſor etiam quo ad nomen.

b l. puberem. C. de iur. delib.
c l. j. ff. de bono. poſſeſſ.
d §. quos autẽ. Inſtit. de bon. poſſeſſ.
e l. in condit. §. ſi patronus. de cond.
f Soc. l. ij. not. de uulg.
g l. Pap. §. j. de inoff.
h l. ſi ante. l. ſeq. ad Syl.

1 *Aedificiorum penſiones olim Romæ indictæ.*
2 *Munus colonarium quid.*
3 *Quæ intelligantur ædificia Romæ eſſe.*
4 *Caſus ad hanc legem ſecundum Accurſium.*
5 *Alia ſpecies applicata ad hanc legem.*
6 *Perfectum quid dicatur.*
7. 8 *Perfectum ædificium quomodo accipiatur.*
9 *Factum non dicitur ante conſummationem rei.*
10 *Stante lege, quòd uolente lautè ædificare uicinus ad proximæ rei uenditionem cogi poſit, an hoc proſit, qui perfecto ædificio addere uelit.*

IDEM LIB. V.
LEX CXXXVI.

GEneri appellatione & neptis eſt, quod eis imputetur, qui qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerũt: necq; id, quod fataliter acceſsit, matri damnũ iniungere debet.

IDEM LIB. V.
LEX CXXXVII.

TEr enixa uidet etiam, quę tergeminos peperit.

PAVL. LIB. II.
AD LEG. IVL.
LEX CXXXVIII.

HAereditatis appellatione, bonorũ quoq; poſſeſsio continetur.

VLP. LIB. VII.
LEX CXXXIX.

AEDIFICIA.) †Cùm populo Rom. aduerſus Antonium in Mutinæ obſidione belligerãti pecunię deeſſent, ſcribit Dion, Senatorij ordinis uiris indictum, ut quatuor obolos ſoluerent, in ſingulas quaſq; tegulas ædificiorum, quæ Romę incolerent. Idem à triumuiris cõpulſos ciues ait, ut ædificiorũ, quæ Romæ habebant, penſiones penderẽt: † quod munus colonariũ appellari à M. Ciceroẽ ad Atticũ Epiſt. lib. XIII. & C. Cæſare bellorum ciuilium cõmentario III. ipſe arbitror, cuius uocis etiam in authenticis [i] mentio habetur, tametſi & columnarium legi poſsit. †Igitur potuit dubitari, quę intelligantur ædificia Romæ eſſe: & hîc traditur, etiã quæ extra muros in continentibus urbis fiunt, contineri: Roma enim mœnibus nõ terminatur, ſed continentibus ædificijs. † Accurſius caſum in lege fingit: Si conſtitutum eſſet, ut qui ædificium Romæ feciſſet, ciuis Romanus haberetur. Addit Bartolus, talem uerè & propriè ciuem eſſe: quoniam quoties lex ea confert, quæ ſolius iuris ciuilis ſunt, propriè confert, nõ per fictionem: unde conſequens eſt, ut etiã in odioſis huiuſmodi receptitius pro ciue exiſtimetur [k]. † Ipſe in ea quoq; ſpecie interpretationem hanc intellexerim, cùm cautum eſt, ut ædificia Romæ ultra certam altitudinem non erigantur [l], uel non deſtruantur, & ſi qua ſimilia: intelligentur enim Romæ eſſe, & quæ in ſuburbijs ſunt. Sanè quod ad ædificantium inſtructionem attinet, græcum elegans extat carmen:

Σώματα ϖολλὰ τρέφῃ, καὶ δώματα ϖολλ' αὐξηέσθω,
ἀνϑρώϖοις εἰς ϖᾶσιν ὅϑεν ἐυμοτάτη.

Aedificare domos, multorum & paſcere uentres,
Pauperiem in miſeram prompta frequensq; uia eſt.

1 *Aedificiorum penſiones olim Romæ indictæ.*
2 *Munus colonarium quid.*

i §. quidam. in Auth. de non ali.
k l. cum ex oratione. C. de ex cuſat. tut. ubi Bald.
l l. j. & ij. C. de æd. priv.

¶ §. PERFECISSE.) † Perfectũ dicitur, cui nihil addi uel minui, ſalua integritate, poteſt [m]: idq; propriè. Quandoq; tamen ex ſubiecta materia aliter iudicamus, † & perfectũ ædificiũ interpretamur, quod in tali uſu eſſe poteſt, qualem paterfam. hic deſtinauit: ſicq; Vlpiani uerba hîc accipienda ſunt: alioquin quodlibet imperfectum ædificium, aliquo in uſu eſſe poteſt. Scribit M. Vitruuius architectonices lib. X. Epheſi antiquã legem fuiſſe, Architectus cùm publicum opus curandum recipit, polliceatur quanto ſumptu ſit futurũ: ædificio perfecto, ſi quod profeſſus eſt, omne impenſum fuerit, & ultra quartã eius partem etiam aliquid, quod præterea excurrerit, de ſuo ſuppleat. † quomodo hîc accipiemus perfectum ædificium? an ſimpliciter, ut Vlpianus hîc ait? minimè uerò: ſed perfectum intelligemus, cùm factũ eſt illud, quod fieri inter partes conuenit; † antè enim, q̃ res con-

m l. iuriſperitos. de excuſ. tut.

ſummationẽ acceperit, factũ nõ dicitur: quæ ſi acceſſerit, non ſolùm factum, ſed etiã perfectum dicetur. †Sed finge, cõcedit lex uolenti lautè ædificare, ut uicinũ ad proximæ rei uenditionem cogere poſsit, an eum quoq; adiuuabit, qui lautũ ædificiũ perfecit, ſed addere illi aliquid deſiderat, puta hortum ampliare, uel impluuiũ? Qua in re, cùm ego impeterer, negabam adiuuari: cùm enim ornatus urbis ratione ita conſtitutum eſſet, & quò ciues ad expoliendа ædificia incitarentur, in eo, qui iam perfeciſſet, hæc ratio locũ non habebat: nam incitandus nõ erat, qui iam perfeciſſet, nec uolebat ædificare, qui iam ædificaſſet: quandoquidẽ & modica illa ampliatio ciuitati ipſi ornamento nõ erat, ſed ædificiũ, q̃d ſatis iam perfectũ fuerat: reſtringendũq; interpretatione decretũ dicebam, q̃d nõ ſolũ aduerſus legem ciuilem inductũ erat, ſed etiã ius gentiũ tollebat, quod lib. Regũ III. cap. XXI. habetur: nam & Trãquillus tradit, Auguſtum Imp. forũ feciſſe auguſtius, cùm poſſeſſorib. proximas domos extorquere auſus nõ fuiſſet: aiebantq; optimi principis Auguſti exemplũ imitandũ, non cuiuſuis alterius, qui eius decreti autor fuiſſet. Verũ cùm non tam iuri meo, q̃ iudicibus diffiderem, tranſegi: ut ueriſsimum ſit illud Heſiodi,

Μηδὲ κακὸν βῆς ἀπόλοιτο ἐπὶ μὴ γείτωρι κακὸς ἔῃ.

Quod, ut L. Columella ait, non ſolũ de boue dicitur, ſed etiã de omnib. partibus rei familiaris: adeò refert nõ habere malum uicinum.

1 Facti ſpecies applicata ad hanc legem, unà cum dubitandi, decidendiq; ratione.
2 Cepiſſe an intelligatur, qui alijs acquiſiuit.
3 Non uidetur receptum, quod receptum non durat.

PAVL. LIB. VI. LEX CXL.

CEPISSE.) †Cùm filio uel ſeruo aliquid relictum eſt, & præſtitum, quamuis eius rei dominium incontinenti in patrem, uel dominũ transferatur, nihilominus ipſe filius uel ſeruus cepiſſe uidetur: † qua in re potuit meritò dubitari, cùm cepiſſe non uideatur, qui reſtituturus ſtatim eſt [2]. Sed hæc diſsimilia ſunt: pater enim uel dominus ex iure ſubiecti ſibi hominis nituntur, qui etiam potuit illud ius non agnoſcere [c]. Sed is cui quis reſtituere debet, proprio iure innititur, & ut ſibi reſtituatur, actionem habet. Quamuis igitur effectum acquiſitionis attendamus, ut acquiſiuiſſe non uideatur, niſi is, cui quæſitum durat, tamen & filius uel ſeruus acquiſiuiſſe uidentur, cùm tale ius ex eorũ perſona cõſideretur, ſicut quod pater cùm moritur, acquirit, acquiſiuiſſe uidetur, quia illud in hæredẽ tranſmittendi ius habet [d]. Idem in eo, qui incõtinenti reſtituere nõ habet neceſſe: cõmoditas enim medij tẽporis nõ modici effectus eſt [e]. Et ex his decîdi poteſt quæſtio: ſi lege municipali quicũq; aliquid iure cõtractus receperit, dñio translato, teneatur Reipub. uectigalis nomine decem pẽdere, qui recepit: ſed contractus deinde reſolutus eſt, an debeat? Et extat reſponſũ, nõ debere [f]: † quoniam non uidetur receptum, quod receptum nõ durat [g]. Quod utique uerũ eſt, cùm recipientis ius extinctum eſt: alioquin ſi non extinctum, ſed translatũ proponatur, ex hoc reſponſo receptũ uidetur.

a l. aliud, §. eod.
b l. qui hominẽ. §. quidam. de ſolut.
c l. cum proponas. C. de hæred. inſtit.
d Bart. l. fin. de ſcond. inſtit.
e l. Sulpitius. de iur. dot.
f Abbas conſil. 60. in j.
g Gl. c. nam q. extra eod.

1 Duo exempla, quibus mater cum moritur, filiũ nõ habet, quem poſt mortem habet. & num. 2.
3 Si mater aliquid ſibi filijsq;, quos cum morietur habebit, acquiſierit, etiam cæſi ex utero continentur.
4 Cæſo ex utero, omnia, quæ cæteris filijs indulgentur, competunt.

ETIAM.) †Referũtur hîc duo exempla, quibus mater, cùm moritur, filiũ non habet, quem tamen poſt mortem habet. Primũ eſt, cùm ex fictione iuris habet, uerè non habet: qui cũ execto uentre natus eſt, uerè mortua matre naſcitur: ſed lex eum, qui in utero eſt, fingit uiuere. †Secundum eſt è conuerſo, cùm uerè filiũ habet, ſed lex interpretatẽ non habere: ut quando filius ab hoſtibus captus eſt. †Et hinc conſequens eſt, ſi mater aliquid ſibi filijsq;, quos cùm morietur habebit, acquiſiuerit, eos etiam cõtineri, qui cæſo utero naſcuntur [h]: quod ex proprietate uerborũ nõ eſſe Baldus ſentit [i], ſed ex coniectura mentis, quæ in actu filijs ipſis fauorabili cum primis obſeruãda eſt: cui ego facilè aſſentior. Hinc que fit, ut is fratribus inſtitutis, à matre præteritus, pro inſtituto habeatur: at extraneis inſtitutis, querelam inofficioſi teſtamenti habeat [k]. †Generaliter enim proditum eſt, quæcunq; cæteris filijs indulgeantur, huic quoq; cæſo competere [l].

h l. ſi. C. de ſuis & leg.
i l. cũ mater. de inoffi. teſta.
k l. poſthuma. §. de inoff. teſt.
l l. quod dicitur. de lib. & poſth.

1 Epitome huius legis.
2 Cognito quod mixtum eſt, ſimplicium natura cognoſcitur.
3 Coniuncti uerbis.
4 Re & uerbis coniuncti.
5 Re & uerbis coniunctus cæteris præfertur.
6 Verbis tantum coniunctus, excludit re tantum coniunctũ.
7 Quibus caſibus præcedens doctrina fallat. & num. 8.
9 Verbis coniuncti ab initio ſibi partes faciunt, re coniuncti per concurſum.
10 Explicatus Seruius Iuriſconſ. in l. item. §. j. de hære. inſtit.
11 Confutata ſententia eorum, qui putant, ſi teſtator Titio & Seio leget fundum, non eſſe re coniunctos.
12 Tacitus intellectus in cõiunctiõis materia nõ cõſideradus.
13 Hæc uerba, In qua parte Titium inſtitui, in ea Seium inſtituo, quid operentur. & num. 14.
15 Re tantũ cõiuncti, à Iuſtiniano ſemper diſiũcti appellãtur.

Triplici.)

1 TRIPLICI.) a ¶†Explicat hîc Iuriſconſultus triplicẽ cõiunctionis ſpeciẽ, proſequiturq; exẽpla coniunctorũ re, & uerbis:
2 †quoniã cognito quod mixtũ eſt, ſimplicium natura cognoſcit. demũ exemplũ affert, quo ex tribus cohęredibus duo re coniunguntur, tertius nullo modo. Sciendũ
3 itaq;, †coniunctos uerbis dici, qui una ſtructura in eiuſdem rei partib. cõiunguntur: ut ſi ita dixerim, Titio fundum Seianũ lego, Seio eundem fundum æquis portionibus: nã ſi Titius & Seius à diuerſo uerbo regerentur, dubiũ nõ eſſet coniunctos nõ uideri. Idem ſi reſpectu diuerſarum rerum coniungerent, ut ſi dictũ eſſet, Titio fundum & Seio centũ lego [a]: licet em uerbis copulent, quia tamen nõ ad eiuſdem rei certas partes uocant, huiuſmodi con
4 iunctio modici effectus eſt. † Quòd ſi ad eandem rem, non diuiſam, ſed ſolidã à principio cõiunctim aliqui uocentur, etiã re coniuncti dicuntur: ut in propoſito caſu, ſi dictũ ſit, Titio & Seio fundũ Seianũ lego: uidetur enim quilibet ad integrũ fundũ uocatus, unde per cõcurſum partes ſibi faciunt, & altero excluſo, alter totũ habet: nõ quia collegæ portio ſibi accreſcat, ſed iure proprio: quia cũ à principio ſolidũ uideatur ſibi legatũ, collega non
5 concurrente portio decreſcere nõ debet. † In hac coniunctione, qui re & uerbis connexus eſt [b], cæteris præfertur: duplex enim uinculũ
6 fortius alligat. †At qui uerbis tantũ iungitur, eum excludit qui ſolũ re coniunctus eſt: cùm enim uerbis cõiuncti ad eandẽ rem, licet certis portionibus, uocati ſint, portionũ illarũ à teſtatore mẽtio facta uidetur, reſpectu cõiunctorum inter ſe, qui unum corpus cenſentur: unde ſi eorũ aliquis excluditur, perinde cæterí admituntur, ac ſi quo ad eum partiũ mentio nulla fuiſſet facta: cõiunctiq; illi nõ uerbis ſolùm, ſed & re forent [c]: quapropter qui re ſolùm cõiungitur, ab eis excluditur [d]. †Quę interpretatio quandoq; ex alijs cõiecturis ceſſat, & re cõiunctus æqualiter cum coniuncto uerbis ſuccedit: ueluti cùm apparet re cõiunctum à teſtatore cæteris prædilectũ eſſe: ut ſi
7 quis ita ſcripſit [e], Titius hæres eſto, Caius & Męuius ex æquis partibus hæredes ſunto. In hoc enim exemplo, cumprimũ ſolidũ Titio datum ſit, q̃ Caius & Mæuius uerbis cõiuncti nominarent, nõ uidetur fuiſſe mens teſtatoris, in deficientis portione eum penitus excludi, interpretamurq; intentionis eius fuiſſe ſingulos ſeparatim inſtituere, ſed ut celerius ſcriberet, duos poſtremos cõiunxiſſe: q̃d autẽ, ne etiã ſi hos articulos detrahas, &, q̃, cum, interdum tamen cõiunctos accipi oporteat: ueluti, L. Titius, P. Mæuius hæredes ſunto ex pte dimidia: uel ita, P. Męuius, L. Titius hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia hæres eſto: ut & Titius & Męuius ueniãt [f] in partẽ dimidiam, & re & uerbis coniuncti uideant [g]. L. Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte, qua [c] L. Titiũ hæredem inſtituit, & Salicet probat [f]. †Idq; ſi ſcriptũ ſit, Mæuio fundi partem dimidiã, Seio partẽ dimidiam lego, eundem fundũ Titio lego: cuius enim Titius re coniũctus ſolùm ſit, tamẽ in Seij deficientis parte cũ Męuio ſuccedet, qui Mæuius ſeparatim eſt uocatus, & iuris intellectu, ſeu in abſtracto tantũ coniunctus eſt.

a l. huiuſmodi. §. quibus. de lega. j.
b l. re coniuncti. de leg. iij.
c l. j. §. hæc ita. C. de cad. toll.
d l. planè. in prĩ. de lega. j.
e l. ſi ita quis. de hæred. inſtit.
f l. Mæuio. de leg. ij.
g l. item. §. j. de hæred. inſtit.
h l. hæredes. 5. de hær. inſtit.
i l. j. C. ſi plu. una ſent.
k Bald. l. ſi ſortid. C. de leg.
l l. ſi mihi. de uerb. oblig.

PAVL. LIB. VI. AD L. IVL. ET PAP. LEX CXLII.

TRriplici [a] modo intelligi coniunctio poteſt: aut enim re per ſe coniunctio cõtingit, aut re & uerbis, aut uerbis tãtũ: nec dubiũ eſt [b], quin coniuncti ſint, quos & nominũ & rei cõplexus iungit: ueluti Titius & Męuius ex parte dimidia hæredes ſunto: uel ita, Titius Mæuiusq; hæredes ſunto: uel ita, Titius cum Mæuio ex parte dimidia hæredes ſunto. Videam [c] de his, quos uerbis tantũ coniunctos dicit, quæ ſit uis uerborum. Et primum quidem ſi ſolis uerbis coniuncti ſint, ut ſi ita ſcriptum ſit, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, non dubium eſt, quin tres portiones fiant, & ad ſingulas portiones ius accreſcendi ſit: quia nihil interſit, ſingulis portionibus ſingulos hæredes inſtituantur, an ſingulis portionibus ſingulorum nomina adiungantur. Quid ergo ſi ſolis uerbis coniuncti ſint, ut ſi ita ſcriptum ſit, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, ſed Titius ex parte dimidia hæres eſto, Mæuius ex parte dimidia hæres eſto? Quæritur, an ius accreſcendi ſit? Et ſi quidem ſolis uerbis coniuncti ſint, ius accreſcendi non eſt: ſi uerò re & uerbis, ius accreſcendi eſt. Quid ergo ſi ſolis uerbis coniuncti ſint, ut ſi ita ſcriptum ſit, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, ſed Titius ex parte dimidia hæres eſto, Mæuius ex parte dimidia hæres eſto, Seius ex parte, qua [d] L. Titiũ hæredem inſtituit? Et ſi quidem ſolis uerbis coniuncti ſint, ius accreſcendi non eſt: ſi uerò re & uerbis, ius accreſcendi eſt. Quid ergo ſi ſolis uerbis coniuncti ſint, ut ſi ita ſcriptum ſit, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, ſed Titius ex parte dimidia hæres eſto, Mæuius ex parte dimidia hæres eſto, Seius ex parte, qua [e] L. Titiũ hæredem inſtituit, & Seius ex parte, qua L. Titius hæres eſto? Et ſi quidem ſolis uerbis coniuncti ſint, ius accreſcendi non eſt: ſi uerò re & uerbis, ius accreſcendi eſt. Quid ergo ſi ſolis uerbis coniuncti ſint, ut ſi ita ſcriptum ſit, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, Titius & Mæuius hæres eſto, ſed Titius ex parte dimidia hæres eſto, Mæuius ex parte dimidia hæres eſto, Seius ex parte, qua

tem Titij omnẽ adimi,& Seio dari:ſicut cùm dicimus,Quod Titio legaui,id Seio do [a]: ſed in legato aliud eſſe quidã reſpõderũt: q̃d plerique reprobãt [b]:non eñ differre hac in re legata ab hæreditate: unde cõmuniter tradunt, in ꝓpoſito caſu nõ omne legatũ trãſferri, ſed Titiũ Seiũq̃ cõiungi [c]:quod mihi à luriſcõſulti mẽte abeſſe uideť:igitur forma uerborũ cõſideranda eſt: ſi eñ dixero,†In qua parte Titium inſtitui,in ea Seium inſtituo,uerba trãslationẽ nõ inferunt, cùm abſurdum nõ ſit in eadem parte duos inſtitutos eſſe. at ſi dixero, q̃d Titio legaui, id Seio do, in ꝓſona Titij ademptio neceſſariò infertur: non enim dari potuit Seio, niſi Titio auferať [d]: ut nouum non eſt, eandem rem pluribus legari, qui per concurſum ſibi partes faciant, ita quod uni legatum eſt, alteri dari non poteſt, niſi illi adimatur: quoniam ſi per concurſum admitteretur, non haberet ſecundus, quod primo legatum eſt, ſed partem: quod contra teſtatoris uerba inducerẽtur.

a l. ſicut. de adi. leg.
b Bart. l. re coniuncti. ij. oppoſ.
c In d. l. ſicut.
d l. Mæuio. de leg. iij.

f ¶ Semiſſes.) Et cauſa dubitationis ex relatiuo erat: ſi enim ad quantitatẽ ſimpliciter referretur, tres ſemiſſes faciendi erant: ſed magis eſt, ut ad eandem ſpeciẽ trahatur, ideoq̃ cenſeatur uterq̃ in unum ſemiſſem coactus, ſintq̃ re coniuncti: addunt aliqui, etiã uerbis cõiunctos uideri, tantamq̃ relationis emphaſim eſſe, ut quãuis duæ ſint orationes, una uideatur: quæ ſententia recepta non eſt.

g ¶ Sed eò.) Quid ſi hæc ratio ceſſaret, ut quia Sẽpronius ex triente ſolũ inſtitutus eſſet? Et putarim in eundẽ ſemiſſem Seiũ nihilominus admitti [e]: nec enim hac ſe ratione Iulianus tuetur, ſed propter naturã relationis. Quid ſi etiã Titius in triente inſtitutus eſſet? & hoc caſu fortè à natura relationis recedere mus, tum ut omnes hæredes eſſent æquales, tum ne uideretur teſtator de parte ſolùm hæreditatis prouidiſſe.

e l. Iul. quoq̃. de hæred. inſtit.

h ¶ Coniunctim.) Re tantum, ut creberrima ſe habet ſententia: ſtametſi Iuſtinianus huiuſmodi, qui ſolùm re coniunguntur, diſiunctos ſemper appellet [f].

f l. j. C. de cad. toll.

1. 3 Qui actionem habet, rem habere uidetur.
2 Actiones ad mobilia cõpetentes, inter res mobiles numerãtur.

g Gl. l. j. C. ſi ad uerſ. tranſ.
b l. minus. j. tit. j

ID APVD.) †Qui actionem habet, rem habere uideť: † hincq̃ eſt, q̃d actiones, quæ ad mobilia cõpetunt, inter res mobiles cõputantur [g]. Procedit autẽ hæc regula nõ ex ueritate, ſed ex interpretatione legis [h]; alioquin minus eſt actionẽ habere, q̃ rem, q̃d propter litiũ anfractus introductũ eſt [i]. Hinc eſt q̃d in odioſis uel correctorijs ſuprà diximus regulam hanc nõ obſeruari, quod etiã dicendum eſt, cùm de reſciſsione cõtractus agitur. Qua propter cùm trãſactionẽ ex eo reſcindimus, quia in dimidia iuſtiprecij parte erratũ ſit [k], iuſtum preciũ nõ intelligemus, q̃d actione etiam legitima petitum eſt, ſed q̃d ex dubio euentu colligi poteſt. In de etiam eſt, quòd poſſeſſor in cẽſum rem ipſam deferre debeť [l], nõ qui interim actione aduerſus eum experitur: prodeſtq̃ huiuſmodi poſſeſsio, ne ſatisdare quis ex edicto compellatur [m].

i l. Labco. §. ſ. cod.
k Bart. l. ſi quis cum alite. de uerb. oblig.
l l. formæ. ff. eum. de cenſ.
m l. pen. §. qui ſatisd.

LEX CXLIII.

ID apud ſe quis habere uideť, de quo habet actionem: habetur enim quod peti poteſt.

PAVL. LIB. X. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CXLIIII.

MAſurius ſcribit libro Memoralium, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm uxor nõ eſſet, cum aliquo tamẽ uiuebat: quam

1 Pellicis ſignificatio explicatur ex ſententia Maſurij.
2 Latinè à uiris nõ dici, hæc eſt pellex mea, ſed ab uxoribus.
3 Defenſus Maſurius ab impugnatione Vallæ & Perotti.
4 Pellex eſt, quam Græci παλλακὴν dicunt.
5 Accurſij ſententia de amica & concubina.
6 Concubinæ nomen apud ueteres non fuit inhoneſtum.
7 Amicæ nomen quaſcunq̃ meretrices continebat.
8 Meretrices à Solone publicitus inſtitutæ.
9 Meretrix quæ ſit.

MASVRIVS.) ¶ †Explicat Iuriſconſultus pellicis ſignificationem, oſtenditq̃ ex Maſurij Sabini ſententia, eo nomine accipi, quæ citra matrimoniũ cum aliquo cõ ſueſcat, domiq̃ retineať: ſubijcitq̃ uulgò ſic accipi, quæ cum eo ſe miſceat, cui ſit uxor. Sed priorem interpretationem nobiliſsimi Grammaticorum Valla & Perottus non recipiunt: † quoniam latinè à uiris dici non arbitrantur, hæc eſt pellex mea, ſed ab uxoribus potius. Hinc philomela apud Ouidium in Metamorph. ſe pellicem ſororis dicit: & apud Senecam Tragicum Iuno ſe cedere pellicibus ait: ut manifeſtè appareat, pellicẽ non dici niſi uxoris reſpectu, fortq̃ à pellendo, quòd maritos ad expellendas uxores cõpellat. quòd ſi apud aliquos autores aliter legatur, ut apud Plinium, Curtium, Tranq. corruptos codices uitio librariorũ contendunt, & non pellices, ſed pallacas, quę græca uox eſt, legendum autumant. † Verum penes me antiquior eſt Maſurij autoritas, quẽ & in Satyra Perſius celebrat, & apud Græcos Athenæus: † nam & Nonius Marcellus pellicem eſſe, quam Græci παλλακὴν uocant, cum Iuriſconſulto opinatur, ut meritò eiuſdẽ ſignificationis utraq̃ uox ſit. Sed & Martialis Pontícum deludit, pellice læua utentem: quem locum ne corruptum credamus, ratio carminis manifeſto argumẽto eſt: qui, ſi Vallæ ſententia probaretur, nimis dura & barbara translatione uſus eſſet. Satius ergo Iuriſconſulti eſt expoſitionem ſequi, & utranq̃ interpretationem defendere. † Quòd autem uero nomine amicam, paulò honeſtiore cõcubinã appellari hîc traditur, Accurſius non probat, ut honeſtius nomẽ concubinæ cenſeať, quàm amicę, & ideo non reſpectu amicę, ſed pellicis cõparationẽ fieri exiſtimat: quæ interpretatio cũ ſermonis ipſius ductu nõ admodũ conuenit. † Igitur ſciendum apud ueteres cõcubinæ nomen inhoneſtũ nõ fuiſſe, ſolumq̃ ſic appellatas, quæ extra legis pœnã, & ſine metu criminis haberentur: † at amicæ nomen, etiam quaſcũq̃ meretrices continebat, q̃d ex Terentio Plautoq̃ uarijs in locis conſtat: idq̃ Græcorũ exemplo, qui ἑταίρας, id eſt, amicas, quæcunq̃ ſcortilla uocant, etiam ignobilia. Hinc Ariſtophanes in Pluto, καὶ τὰς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς πορνίθιας, & quæ ſequuntur. † Inſtitutas autem publicitus meretrices à Solone Philemon eſt autor, ut ea Venere contenti iuuenes, à pudicis ſolicitandis abſtinerent. † Sanè meretricem non eſſe, quæ cum uno aut altero, etiam pecunia accepta, ſe cõmiſcet, dubiũ non eſt: ſed eam quæ palàm & pluribus ſe proſtituit, ſolamq̃ huiuſmodi de uicinia poſſe expelli exiſtimauerim, ne probis mulieribus malo ſit exemplo.

k Bart. l. ſiqua cum alite. de uerb. obl.
l l. formæ. ff. eum. de cenſ.
m l. pen. §. qui ſatisd.

1 Virilem portionem pro æquali intelligi.
2 Aliquando dictio, Virilis, naturam ſuam amittit.
3 Excuſſa l. pater. §. filiam. ff. de hæred. inſtit.

a l. uirilis. de leg. præſt.
b l. ij. C. de hæred. inſtit.
c l. poteſt. §. eo.
d l. pater. §. filiam. de legatis iij.

1 VIRILIS.) † Virilis portio pro æquali intelligitur: unde ſi Titium & Seium in uiriles partes inſtituero [a], æqualiter admittentur. Sed finge Titiũ hæredem eſſe non poſſe, an totũ Seius habebit [b]? Et hîc probatur habiturum, † & hoc caſu dictio illa uirilis, naturã ſuam nõ ſeruabit, quod & ſuprà de dictione reſiduum, tractauimus [c]. Et ex hoc reſponſo ſunt qui conſequentem quæſtionẽ decîdãt: † Filia hærede inſtituta, uetuerat [d] quis ædificiũ de nomine ſuo exire, ſed ad uernas quos nominauerat, pertinere iuſſerat: defuncta hærede & legatarijs, cùm uernarũ unus ſupereſſet, reſpondit Scæuola ei uirilem partẽ præſtandam. Interpretatur Accurſius, pro uirili portione omne fideicõmiſſum comprændi: atq̃ ita à cæteris traditum eſt. Sed negari nõ poteſt, quin expoſitio hæc impropria ſit, nec

uerbis Iuriſconſulti quadrans: unde ego propriè de uirili portione intelligo. & cùm ex ordine contextus appareat prius hæredem deceſsiſſe quàm legatarios, ſtatim ab eius morte ipſo iure uirilis portio translata eſt: unde quãuis alij deceſſerint, ſuperſtiti ſola ſua pars remanet, quoniam cæteri collegatarij legatum ſuum ad hæredem transmittunt, nõ enim ipſi quicq̃ reſtituere grauati fuerant, ſed filia: & licet prohibitio ne de nomine ſuo exiret, uim aliquam fi deicommiſsi habere uideatur, quia tamẽ nominauerat, quibus legatum reſtitui uellet, ſatis eſt ipſis ſemel acqſitũ fuiſſe: quæ deciſio in fideicõmiſſo uniuerſali non procederet, cùm illud neceſſe ſit agnoſci, nec ipſo iure quæratur [c].

tiam totam hæreditatem cõtineri dicendum eſt.

TERENTIVS CLEMENS LIB. II.

LEX CXLVI.

SOceri & Socrus appellatione, auũ quoq̃ & auiam uxoris uel mariti cõtineri reſpondi.

IDEM LIB. III. AD EDICTVM.

LEX CXLVII.

QVi in continentibus urbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.

c Bar. l. j. de legat. j.

1 Socceri nomine ſocer magnus continetur: idem de ſocru.
2 Patrui nomine cõtinetur patruus magnus, & quãdo hoc
3 Soceri ſocruſq̃ deriuatio. (obtineat.
4 Antiqui ſoceram pro ſocrum dixere.

SOCERI.) † Cùm ſuprà explicuerimus, an appellatione generi & nurus, progener & pronurus contineatur [f], cõſequens eſt idem in ſocero dicendum: correlatiua enim ſunt, nec abſq̃ altero alterũ eſſe poteſt. Illud hîc tantummodo admonendus eſt lector, ſicut ſoceri nomine ſocer magnus continetur, † ita dicendũ de patruo, ut de eo lex uerba faciens, etiam patruũ magnum cõprændat. In quo articulo magna eſt controuerſia, uideturq̃ crebrius recipi [g], ut in materia fauorabili cõprændatur, in ſtricta uerò uel aliàs odioſa non cõprændatur: in quam ſententiã & ipſe accedo: quãdoquidem in fauorabilibus cùm amplior fiat interpretatio, ueriſimile eſt de utroq̃ patruo actum: nec nouum eſt aliquam dictionem duplici de ſpecie intelligi [h]. Sanè † ſocer à græco ſermõe deducitur ἑκυρὸς, ſicut ſocrus ἑκυρὰ, ut Modeſtinus ſcribit [i]: † quo exemplo & aliqui ex antiquis ſoceram pronunciauerunt, non ſocrum.

f l. nurus. l. generi.
g l. j. C. de ſuc. edi.
h l. in lege. loc. 3
i l. iiij. de grad. 4

1 Continentia pro ſuburbijs accipi.
2 Natus in continentibus, in urbe natus dicitur.
3 Oriundum quomodo accipiamus.

QVI IN continentibus.) † Continentia pro ſuburbijs accipiũtur [k], q̃d cum ipſa urbe ſe teneãt, cõtiguaq̃ ſint: † qui ergo in his naſcitur, Romæ natus dicitur. Quid ſi in uico aliquo qui urbi Romanæ reſpondeat [l]? Et licet is patriam Romã habeat, nõ tamen Romæ natus intelligitur. Quid item ſi lex eum,

k l. ij. C. de cad. 1
l l. qui ex uico. ad mun. 2

qui Romæ natus nõ ſit, à dignitatibus excludat, an is cuius mater extra domicilium peregrè peperit, recipiendus ſit? Et certum eſt uerbis legis eum excludi, licet ex interpretatiõe aliud forte ſit [a]: in eo enim loco is eſſe intelligitur, in quo domicilium cõſtituit: & nõ receſsiſſe uideť, q animũ reuertendi habet [b]. Quid ſi lex nõ de nato, ſed de oriundo loquatur? †Et uulgò traditum eſt, oriundũ eſſe [c], q ipſe natus eſt, uel qui inde originẽ duxit: puta quia pater uel eius maiores ex eo loco antiquitus prognati ſunt. Sed peritiores oriundum nõ eſſe qui ipſe natus ſit, exiſtimant, ſed qui genus dixit. Sic T. Liuius: Nati, inqt, Carthagine, oriundi à Syracuſis.

a Pet. Cyn. l. huiuſmodi. §. legatũ. de leg. j.

b l. pleriq;. de ritu nupt.

c c. j. de uſur. in 6.

CAIVS LIB. VIII. AD L. IVL. PAP.

LEX CXLVIII.

NOn eſt ſine liberis, cui uel unus filius unáue filia eſt: hæc enim enũciatio, habet liberos, nõ habet liberos, ſemper plurali numero profertur, ſicut & pugillares, & codicilli.

IDEM LIB. X. AD LEG. IVL. PAP.

LEX CXLIX.

SIta à te [d] ſtipulat [e] fuero: quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes? non ſolet dubitari, quin ſi lem numerũ. Sed in deſcendentibus dubium non eſt, etiã unico filio extante ſubſtitutũ excludi, idq; cõiectura pietatis [h], ne alienos ſuo ſanguini præpoſuiſſe teſtator uideat. Dubitari igitur poteſt, cùm conditio illa extraneo adiecta eſt: nã tũc etiã ratio Caſij hîc ceſſat. Sed tamẽ unico nato deficere conditionẽ uerius eſt [i], & receptius, ut ex præſumpta mẽte pluralis numerus in ſingularẽ reſoluat. † Sicut in lege municipali, qua extantibus liberis, fœminæ excludantur: nõ enim eſt ratio, cur uno exiſtẽte, excludi non debeant. Quod & in ea ſpecie proditũ eſt, cũ pontifex mihi ſacerdotiũ conferri mandat, ſi pro alijs nõ ſcripſit: nam ut ſubmouear, uel pro uno ſcripſiſſe ſatis eſt: & ita pleriſq; huius reſponſi argumento uiſum eſt [k]. His accedat, quod ex facto reſpondit Calderinus [l], cùm heredes ſi ſine liberis decederent, ædiculam cõſtruere à teſtatore iuſsi eſſent, altero defuncto ſine liberis, non tamen alterũ interim teneri, nec conditionem ſcindi. Sunt & id genus pleraque, quæ à recentioribus coacta legere eſt [m].

h l. cum auunc. cond. & dem.

i Bald. d. l. j.

k Bald. Carol. mandatum de reſcript.

l Cald. conſil. 42. de teſta.

m Felin. c. omnes. j. diſtin.

1 *Dictio, Liberi, de unico filio dicitur.*
2 *Liberum etiam ſingulariter dicimus pro filio.*
3 *Pugillares quid.*
4 *Sine liberis non decedit, qui unicum filium relinquit.*
5 *Cõditio, Si ſine liberis deceſſerit, relicto nepote ex filia deficit.*
6 *Si conditio de filijs loquatur, an ad excludendum ſubſtantiuũ unicus ſufficiat.*
7 *Si lex dicat, Extantibus liberis filiæ excludantur, uno exiſtente excludi debent.*

1 NON eſt ſine liberis.) ¶ †Hæc dictio, Liberi, etiam de unico filio dicitur: ſolet enim latinè loquentib. plurali numero proferi, ſicut pugillares, & codicilli: †q̃uis quãdoque etiã ſingulariter liberũ dicamus: & ut Iuſtinianum omittã, cuius autoritas, quantũ ad rem latinam attinet, nõ multũ pollet: Modeſtinus [d], Non poteſt, inquit, quis nolle ſuum liberum eſſe. Vlpianus quoq; [e], Locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſiuit. Addit Valla ſe eandẽ uocẽ apud Quintilianũ obſeruaſſe. Pugillares quoq; (†ſunt hi libelli uel tabulæ ceratæ, in quibus ſcribebãt, quos Græci, ut opinor, ἐγχειρίδια uocant) ſingulari numero reperiuntur, ut apud Auſonium: Bipatens pugillar expedi. quod & de codicillis frequentius inuenitur: ſed tamẽ qui caſtigatius loquuntur, Caſij ſententiam hîc approbant: †ut dubiũ non ſit, qui cum unico filio filia'ue decedat, ſine liberis non decedere. Sed hoc amplius conſtitutũ eſt, †conditionem, ſi quis ſine liberis deceſſerit, relicto nepote ex filia, deficere [f]: receptumq; eſt idem eſſe, ſi additũ eſſet, ſine liberis ex ſe natis: quoniã per continuationẽ ſanguinis, nepos uel neptis ſatis dicitur ex auito corpore naſci, ut Bald. & Cor. exiſtimarunt, licet reclament aliqui [g]. † Sed quid ſi cõditio de filijs loquat? uidetur enim in eo caſu ſaltem duos requiri propter plura-

2 *Argumentum per locum à contrarijs ſemper concludit.*
2 *Cùm pluribus ſubſtitutum eſt, ſi ſine liberis legitimè natis deceſſerint, etiam pupillo ſubſtitutum uidetur.*

NAM quem.) ¶ † Argumentatur Iuriſconſultus per locum à contrarijs: repugnant enim, habere liberos, & nõ habere, ut altero cõceſſo, alterum neceſſariũ ſit negari: quod genus argumenti ſemper cõcludit, niſi ex mente loquentis aliud colligatur: uerbi gratia, hæc conditio, ſi Titius & Seius hæredes erũt, altero repudiante deficit: ergo iſta, ſi Titius & Seius hæredes non erunt, hoc caſu euenit, & tamen his uerbis aliquis ſubſtitutus non admittitur [n]. Sed primus hæres ſolidum habet, quod propter mentem teſtatoris eſt, qui uidetur primũ magis dilexiſſe, quàm ſubſtitutũ [o]. † Sed dubitari poteſt, cùm pluribus ſubſtitutũ eſt, ſi ſine liberis legitimè natis deceſſerint, an pupillo ſubſtitutum uideatur: & uideri Bart. ſenſit, idq; uerius eſt [p].

n l. quamuis. C. de impub.

o Imol. §. cum ita.

p In l. centuria. s. col.

2 *Promittens quanto minus à Titio exigetur, ſi nihil exigatur, ſolidum debet.*
2 *Dictio, minus, etiam ad nihilum referri poteſt.*
3 *Comparatiuum nomen propriè naturam ſuam ſeruat, & poſitiuo confertur, deq; eadem ſpecie intelligitur.*
4 *In ſubſidium promittens, uidetur ſub conditione debere, nec propriè fideiuſſor eſt.*
5 *Cautela, ut à promittente in ſubſidium totum exigi poſſit.*

SI ITA A TE.) a ¶ †Qui promittit quãto minus à Titio exigetur, ſi nihil exigat, ſolidum

ſolidũ debet, quia dictio hæc, minus, ex mẽte cõtrahentium uim comparationis amittit, & perinde eſt ac ſi promiſiſſet, etiã ſi nihil à Titio haberi poterit, quod etiam ſuperius à nobis tractatũ eſt. Hinc eſt q̃d cùm Iuſtinianus cõſtituerit cõiugẽ inopem cõiugi locupleti in quartam partẽ bonorũ ſuccedere, ſiue plures ſiue minus filij fuerint, interpretabimur conſtitutioni locũ eſſe, q̃uis filij nihil à Titio fuero conſecutus, totũ debeas [b] quod Titius debuerit.

TERENTIVS CLEMENS LIB. V. AD L. IVL. PA.

2 nulli adſint, †quoniã dictio illa minus, etiã ad nihilum referri poteſt [a]: idq; Alex. & Iaſ. probant. Sed & Bal. cùm conſtitutũ eſſet, ut qui centũ libris cenſerent, ſoluant decẽ: qui minus, ſoluãt quinq; : etiã eum quinq; debiturũ ſcripſit, cuius cenſus eſſet nullus [b]. Cæterum 3 q̃uis hæc interpretatio admittat, †propriè tamen comparatiuũ nomen naturã ſuã ſeruat, & poſitiuo confertur, & de eadem ſpecie intelligitur. Quapropter cùm lex uerberantem mulcta x. aureorũ afficeret, uulnerantem maiore, arbitrio iudicis: reſponſum eſt, nõ poſſe iudicem aliam quàm pecuniariam pœnam pro uulnere indicere: comparatiuum enim maiore ratione mulctæ collationẽ facit [c]: idq; Cynus, Baldus, Iaſon ſcripſerunt.

a Authen. præterea. in fi. C. unde uir.

b l. fin. ſ. ſi cer. pet.

c l. ubi. de uerb. oblig.

4 b ¶ Debeas.) Is enim, puta Seius, qui in ſubſidiũ promiſit, uidetur ſub cõditione debere [d], quatenus à Titio conſequi nõ potero, & ideo propriè fideiuſſor nõ eſt, & ante euentum conditionis, id eſt, priuſquam conſtet à Titio me non poſſe conſequi, utiliter cum eo agi nõ poteſt. † Arbitror tamen poſſe me ab eo totum petere, dum tempore accepti iudicij, id eſt, quo lis conteſtatur, excuſsionẽ fieri procurem, & per iudicis interlocutionẽ declarari, quatenus Titius ſoluendo ſit: nam quanto minus ſoluendo erit, tanto petitionẽ totius, prius præſtitã moderabor, idq; à Seio conſequar: nec ideo in aliquo puniar, quòd à principio plus petierim: quam ſententiã Celſus probat [e], licet in uulgatis codicibus cùm prius legeret, tãto minus poſtea petere poſſum: additũ exiſtimem, à Titio: & inde maxima inter Doctores altercatio orta ſit.

d l. x. de uerb. oblig.

e l. ſi. ſi cer. pet.

1 *Vt adire quis poſsit hæreditatem, quæ ſint neceſſaria.*
2 *Quæ dicitur delata hæreditas.*
3 *Si ſtatutũ mandet, hæreditatẽ delatã in quemcunq; ſucceſſorẽ tranſmitti, an ea tranſmittatur, quã ſibi quis delatã ignorauit.*
4 *Infanti propriè dicitur delata hæreditas.*
5 *Quid in furioſo.*
6 *Ratio, cur nondum delatæ hæreditatis repudiatio non ualeat, ſecundum Alciatum.*
7 *Vnde ſit, quòd decretalis bonorũ poſſeſsio repudiari nequeat.*
8 *Bonorum poſſeſsiones edictales, & decretales.*

1 DELATA.) a ¶ †Vt adire hæreditatem quiſquã poſsit, neceſſariũ eſt eum ſcire hæreditatẽ ſibi delatã, & delationis cauſam. Et ideo ſi neſciat teſtatorẽ mortuum, uel dubitet de iuribus teſtamenti, uel quomodo ſit inſtitutus, purè an ſub conditione, uel an aliquis eũ præcedat: itemq; an teſtator iure teſtatus ſit, uel ex qua cauſa ſibi hæreditas deferatur, ex teſtamento, an ab inteſtato, uel ex quota parte ſit hæres [f], ſuús ne & neceſſarius an uolũtarius, adire non poteſt, quapropter nec repudiare. † Explicatigitur Iuriſconſultus quę dicatur delata hereditas: & ꝓpriè ſic dici arbitratur, quãdo eam hæres adire poteſt, ita quòd nihil neq; ex parte hæreditatis, neq; ex parte hæredis impedit, quò minus eam conſequi poſsit. Quòd ſi aliquid impediat ex perſona ipſius heredis, puta quia ignoret, huic propriè hæreditas, ut quidã exiſtimant, non dicitur delata. Hinc eſt quòd furioſo nõ dicimus delatam [g]: largè tamen accipiendo ſecus eſt. † Hinc q; dubitatum fuit, Si lex municipalis hæreditatẽ delatam in quemcunq; ſucceſſorem tranſmitti mandet, an ea tranſmittatur quam quis ſibi delatam fuiſſe ignorauit: Aliqui negant [h], ſed Alex. [i] & pleriq; aiunt, quibus ego accedo, & q̃uis hæres ignoret, hæreditatẽ propriè delatam dici arbitror: poteſt enim eam quis adeundo conſequi [k]: quod in dubitante non procedit. † Qua propter & infanti propriè dicitur delata [l], qui quamuis in præſentia ius ſuum ignoret, tamen præſumitur quòd factus adultior ſciet: † at furioſus nec ſcit, nec ſciturus præſumitur, unde illi nõ pleno iure, ſed miſerationis cauſa ratione fructuum prouidetur [m].

f l. is poteſt. de acquir. hær.

g l. j. §. furioſi. de ſuc. edict.

h Math. notab. 194.

i Alexan. d. l. is poteſt.

k l. Pantonius. cod. tit.

l l. ſi infanti. C. de iure delib.

m l. j. ſ. de bon. poſſ. inf. fur.

b ¶ Conſequi & repudiando amittere.) †Sed cur nondũ delatæ hæreditatis repudiatio nõ ualet [n], cùm facilius uideatur ſpem ipſam à nobis ſegregare, quàm ius ſemel quæſitum? Alciatus reſpõdet, eum qui repudiat, nihil iuris ſibi acquirere, nec in alium tranſferre: nec enim transferre poteſt, quod ipſe adhuc non acquiſiuit [o]: & ideo quamuis pendente conditione repudiauerit, nihilominus lex ei ius defert: ſed quando iure delato repudiat, ſubit incontinenti qui gradu proximus eſt: unde qui repudiauit, excluditur, pendente uerò conditione nemo ſubit, cùm interim uocetur nemo, quòd ſi quis futurum pacto remiſit, uel in iudicio publicæ perſonæ abſentis nomine acceptanti renunciauit, licet nihilominus lex ei hæreditatem legatúmue deferat, ex pacto tamen non agnoſcere id lucrum tenetur, ſi modò paciſcentis intereſt: & in hoc Raph. Paul. Iaſ. conſenſerũt [p]. † Sed unde eſt, quòd decretalem bonorum poſſeſſionem repudiari non poſſe lex ait [q]? quoniã antequam decreta ſit, non eſt delata: poſtquã autem decreta eſt, ſerò repudiatur, quod iam acquiſitum eſt. Cùm enim id ſit delatum, quod adeundo poſſumus conſequi, ſi in caſu à lege permiſſo decretalem petam, cùm eam conſequi poſsim, cur delata dici non debet?

n l. ſi infanti. C. de iure delib.

o l. fuit. cod. tit.

p d. l. is quí.

q l. j. de ſuc. edi.

Et si cõmunem sententiã sequamur, qua traditũ est, eandem bonorũ possessionẽ anteq̃ decreta sit dici edictalem, pòst uerò decretalem, non uideo quid responderi eleganter
8 posit: † sed existimo edictales bonorũ poss. esse, quas ordinarias uocamus, & quę ius tribuũt: decretales uerò extraordinarias, quę sũt facti, ut Carboniana, & quæ uentris nomine, uel litis instituendæ gratia[a]:

LEG. IVL. PAP.
LEX CLII.

HOminis appellatione tã fœminam, q̃ masculũ contineri nõ dubitatur.

[a] l. ij. §. si quis ex lib. ad Tertull.

itemq̃, quæ furioso decernitur. Nam ut demus etiam in ordinarijs hoc iure decretum necessarium fuisse, solæ tamen extraordinariæ decretales dictæ sunt, quoniam hæ potissimum à decreto pendent: priores enim etiã anteq̃ concedantur, aliquid sunt, & ius in se continent, quo defuncti persona repræsentatur: sed posteriores omnem substantiam ex prætoris decreto accipiũt, & eodem momento oriuntur, petentiq̃ acquiruntur: non ergo ante decretrũ potest dici ius aliquod delatũ esse, cùm ius nullum adhuc ortum sit, sed speremus ut ex decreto prodeat.

1.4 *Homo tam masculum quàm fœminam continet.*
2 *Adam, quasi terra natus.*
3 *Homo unde dictus.*
5 *Qui in utero est, homo non dicitur.*
6 *Veterum ritus, ubi quis primum natus esset.*

1 HOMINIS.) ¶†Homo cõmune nomen est, & tam masculũ quàm fœminã continet, idq̃ exemplo græci sermonis, ἀνθρωπος:
2 nam & Hebræi † Adam, quo nomine terra natum hominẽ significãt, ad utrunq̃ sexum referunt, ut habetur Geneseos v. Creauit eos, & benedixit illis, & uocauit nomen eorum Adam. Ridiculi uerò sunt antiquiores Græ- 40
ci, dum nescio quem Adamũ finxerunt Cœli & Terræ filiũ, qui Adameæ regioni nomen dederit, ut apud Stephanũ περὶ πόλεων legere
3 est. † Dicitur aũt homo siue ab humo, ut Varro existimauit: siue à cõcordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας,
4 quòd nullũ animal sit socialius. † Et hinc apparet, legem quæ de hominib. loquitur, etiã de fœminis accipiendam esse, & quidem pro
[b] l. j. §. cod. priè[b], quod arbitratur Bart. etiam si articulus quis præponatur. In qua tamen re dubito, mo- 50
uerq̃ exemplo Græcorum, qui per articulos ὁ καὶ ἡ sexum distinguunt. Illud constat, cùm hominem dicimus, quemcunq̃ contine
[c] l. iij. §. j. de libe. ho. exhib. ri, non solùm siue masculus siue fœmina sit, sed siue liber siue seruus, siue pubes siue im-
5 pubes[c]. † Sed an is qui in utero est, homo dica
[d] l. cum inter. de fid. lib. tur[d]? Et constat non dici: expectari igitur lex
[e] l. penult. C. de post. hær. iubet postquã natus est, & in terram ceciderit[e]: quæ uerba ex antiquorum consuetudine
6 interpretari debemus. † Siquidem solebant 60 ueteres, ubi quis natus esset, nudũ protinus in terra statuere, opemq̃ Deũm inuocare, ut nascẽti auxilio essent: cuius rei meminit Augustinus Ciuitatis diuinæ lib. IIII. & Plinius lib. VII. Macrobiusq̃. Hinc Statius: Tellure cadentem Excepi, fouiq̃ sinu.

1 *Qui in utero est, pro nato habetur, in sui fauorẽ. fall. nu. 3. 4*
2 *Lex fingit impossibilia, dum subsit æquitas.*
5 *In computatione annorum ortum hominis attendimus.*
6 *Aduersus eum qui in utero est, usucapio procedit.*
7 *Lex in eadem specie bis non fingit.*

TERENTIVS CLEMENS LIB. XII. AD LEG. IVL. PAP.
LEX CLIII.

INtelligendus est mortis tẽpore fuisse, qui in utero relisse, qui in utero est, in sui fauorẽ pro nato habetur, idq̃ per fictionẽ legis, quæ licet per naturam impossibile sit ante septimũ mensem eum nasci, & uiuere, hoc fingit: † ut omnino 2
uerum nõ sit, quod uulgò traditur, legẽ nunquam fingere impossibilia, fingit enim dum subsit æquitas. Igitur si auus cuilibet nepoti, qui tẽpore mortis suę uiuat, centũ relinquat, etiã eum, qui in utero est admitti, Dyn. respõdit. Qui eẽ in utero est, cùm de suo cõmodo agitur, natus existimatur. † Quod tamen sem 3
per non procedit, ueluti cùm damnum nullum partui infertur, si natiuitas expectetur. Cur enim lex fingat, cũ necessaria nulla causa hoc suadet? & ideo posthumo non confer
[f] l. fin. §. de cond. [g] l. antiqui. de petit. hæred. [h] l. ult. l. posthumo. C. de contra tabul. tur[f], antequam sit natus: item ad partem hæ- 30
reditatis interim non admittitur[g], nec præteritus rumpit testamentum[h], neque interim suus est hæres: nam & propter incertitudinẽ his in casibus aliud constitui nõ potuit. † Cæ 4
terum & si decretum sit, in demortuorũ decurionũ locum filios subrogari[i], Oldradus existimauit eius qui in utero sit, rationẽ non habendam, cùm huiusmodi fictio ad id trahi non debet, quod iure statuti uel consuetudinis defertur. Sed id ego uix probo, nisi protinus uel sine dilatione subrogandum lex dicere. Cùm enim appareat moram ullam fieri non debere, handquaquam uidetur interim infantis natiuitas expectanda. Sed & si uerba legis partui non conueniunt, ut quia de homine loquãtur, tunc de eo nõ intelligemus. si tamen eiusmodi sit lex, quæ ex ficta interpretatione extendi nequeat, ueluti si sancitũ sit hominis occisorem decollari: cõstat enim qui prægnantem abortire fecerit, ea lege non puniri: quoniam, ut suprà quoque diximus, hominis appellatione, qui in utero est, non compræditur: quod in hac specie ea quoq̃ ratione obseruandũ est, quoniam hîc de eius cõmodo directè non tractatur, & in hoc omnes consentiunt[k]. † Illud quoq̃ certũ est, in 5
computatione annorum, eius temporis calculum non duci, quo quis in utero fuit, etiam si eius utilitas hoc suaderet: ab hominis enim ortu solemus annos numerare, idq̃ & Bald. prodidit[l]. Verum & quamuis dubitetur, an 6
contra infantem ipso iure currat præscriptio, dubium non est, † aduersus eum qui in utero est, usucapionem procedere[m], licet restitutionem prætor polliceatur. Cæterum & si mater prægnans

[i] Alb. in l. pen. C. de admo. iudi.
[k] Felin. c. fin. de homicid.
[l] c. cum in cæteris. de elect.
[m] l. etiam. ij. de min.

prægnãs apud hostes enixa sit, nec infans reuersus sit, nõ uidetur in utero tempore captiuitatis fuisse, nec aliquod legis Corneliæ ca-
7 put ei patrocinabitur, ne bis in eadem specie fingere lex uideatur.

1 *Mensurarũ aliqua nomi-*
Ibid. *Digitus, palmus, pes. (na.*
2 *Dimidius pes, semis uulgò appellatur.*
3 *Spithama græcè, latinè dodrans dicitur.*
4 *Cubitus, gressus, passus.*
5 *Vlna, pertica, plethrum, iugerum.*
6 *Stadium, diaulus, milliarium, dolichus, & leuca.*
7 *Parasanga triginta censetur stadijs.*
8 *Schœnus, & stathmus, & mansum quid.*
9 *In dimensuratione unde ineunda computatio.*

MARCELLVS LIB. I.
LEX CLIIII.

MIlle passus[a], nõ à muro urbis[b], sed à cõtinentib. ædictus est.

1 MILLE PASSVS.) a ¶Vt sciamus qua
1 longitudine sit Passus, † præfari nos oportet mensurarum aliqua nomina, ex quibus minima est Digiti, quorum quatuor Palmum conficiũt, XVI. pedem. Est autem Pes
2 tanq̃ as in numeris, & † ideo dimidius pes, semis etiam uulgò appellatur, quantũ uidelicet
3 pugno, extẽsoq̃ pollice metimur: † sicut Spithama uox græca, quæ & ipsa uulgò seruat nomen, quantũ extensis articulis à minimo ad pollicem amplecti possumus: latinè Do-
4 drans dicitur, & Palmus maior quibusdã: † at cubitus sesquipedalis est. Gressus uerò, duos pedes & semissem continet: Passus quinq̃ pedes, sic dictus, q̃d passis, id est, dilatatis brachijs & manibus hanc dimensionẽ conficiamus. † Vlna (sic enim Orgyiam interpretor) sex pedibus, ut Herodotus scripsit, constat. Pertica duos passus in se habet, hoc est, pedes decem: unde & decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iugerum longitudine pedibus ducentis quadraginta, in latitudinẽ dimidio minus cõficitur, duosq̃ in se Actus
6 continet. † Stadium passus centum uiginti-quinq̃ habet, qui sunt plus paulò pedes sexcenti. Diaulus duo sunt stadia. Milliariũ sunt mille passus, hoc est, stadia octo. Dolichus stadiorũ est duodecim. Leuca dictio est galli
ca, cuius tamen Ammianus Marcellinus meminit: mille & quingentos etiam ipsa passus habet, ut Antonius in Itinerario ostendit, li-
7 cet plerisque in locis sit amplior. † Parasanga uocabulum Persarum, triginta censetur stadijs, quæ mensura paulò minor est milliario Germanico. † Schœnus apud Aegyptios
8 sexaginta est stadiorũ. Stathmus, id est, mansio, milliaria habet uiginti octo semis: huius in Authenticis[a] mentio habetur. Est & uulgaris uox Mansum, qua tantum agri significatur, quantum singulis annis par boum arare, colereq̃ potest[b].

[a] §. si igitur. in authẽ. ut om. obe.
[b] c. j. de censib.

9 b ¶Vrbis.) † Quapropter cùm præfectus urbis, de his, quæ intra centesimum lapidem perpetrata sint[c], cognoscat, inibitur computatio à continentibus, quod & in dubio semper seruandũ est: alioquin distinguimus quẽ

[c] l. j. §. cum urbem. de offic. præf.

admodum cõcepta sint uerba, ut si prohibiti sint ciues capras retinere prope urbem, computetur à muris: si prope Romam, à cõtinentibus, ut plerique hîc sentiunt.

1 *Cùm lex agnato proximo hæreditatẽ defert, an hæredem se asserens, eam qualitatẽ probare debeat.*
2 *Proximus dicitur etiam ille, qui solus est.*
Ib. *Is præsumitur solus, cuius socij nulli apparẽt.*
3 *Deriuatio uoculæ proximus.*
4 *Ius proximitatis ex cõmuni usu, de cognatione speciali intelligitur.*
5 *Proximus interdum dicitur, qui priorem ante se habet.*
6 *Proximus à consorte differt.*

ficijs numerãdi sũt.

LICINIVS RVPHIN. LIB. VII. REGVL.
LEX CLV.

PRoximi appellatione, etiam ille

PROXIMI.) ¶Quemadmodũ proximus intelligatur, qui solus est, suprà à nobis tractatum est: † sed dubium est, cùm lex agna- 1
to proximo hæreditatem deferat, an necesse habeat eam qualitatem probare, is qui se hæredem asserit. Et si nõ possideat, aliusq̃ agnatus ei contradicat, nõ est dubium probari debere. quòd si in iudicio alius agnatus non appareat, durũ esset si eum ad id cogeremus, ut probaret, neminem q̃; ipse sit, defuncto pro- [d] Consil. 194. in iiij.
pinquiorẽ esse: idq̃ Cornæo[d] placuit, cui & nos assentimus: † cùm proximus sit, ut hîc di- 2
citur, qui solus est: eumq̃ præsumamus solũ cuius socij nulli appareãt, cùm uerisimile sit, ad lucri partẽ omnes cõuolaturos, si extarẽt. Terent. in Phor. At si talentũm rem reliquisset decẽ, primus esses, memoriter progeniem uestram usq̃ ab auo, atque atauo proferens. Hinc & prouerbiale apud Græcos carmen:

τῶν δυτυχόντων πανταὸν εἰσὶ συγγενεῖς.

Omnes uirorum diuitum sunt proximi. Sufficit igitur, si intra cum gradũ esse se probauerit, unde legitimos prætor uocat: idq̃ &
Alexan. probat[e]: hunc enim esse proximum [e] In l. is potest. de acq. hæred.
agnatum censebimus. Cæterum hîc superest uidere, & quæ prima sit huius uocis significatio: † & constat à propè fieri proximũ, & ideo 3
uox ualde est generalis: unde uicinus proximus dicitur, & amicus: transfertur & ad sanguinis iura, & proximi, tam agnati, quàm cognati dicuntur. † In usu aũt magis est, ut cùm 4
ius proximitatis dicimus, de cognatione speciali ter intelligamus[f]: † quo sensu etiã qui an- 5
te se aliquem habent, nihilominus proximi [f] l. ad inteſtati. C. de leg. hær.
dicuntur: quod eius constitutionis exemplo apparet, qua traditur, proximis, necessarijsq̃ personis solummodo deferri copiam de adul
terio accusandi[g]: non enim dubium est, licere patruo accusare, licet frater extet. Itemq̃ [g] l. quamuis adulter. C. de adult.
cùm legatum rei alienæ ab ignorante factũ, traditur nõ ualere, nisi proximæ personæ relictum sit[h]: intelligemus proximam, etiam qua aliquis prior in gradu sit. † Addidit Bal- 6
dus[i], hoc differre proximũ à consorte, quòd [h] l. cum rem. C. de leg.
proximus per consanguinitatẽ dicitur, consors socius est, & dominij particeps. Sed ego à peritioribus intellexi, consortem eiusdem sortis & conditionis hominem significare, [i] Bal. l. dudum. C. de contrahen. empt.

ſed ex ſubiecta materia aliter atq; aliter *μετάφορικῶς* accipi.

1 *Maiore parte anni poſſediſſe quis dicatur.*
2 *Interdictum Vtrobi, & Vti poſidetis, ſunt exæquata.*
3 *Aduerbia, utrobi, alibi, inibi, necubi, ſicubi, nuncibi.*

MAIORE.) Interpretatur hîc Iuriſconſultus interdictũ, quo cauebatur, utrobi qs maiore parte anni fuiſſet, ibi & manere: †oſtenditq; maiorem partem anni intelligi, reſpectu poſſeſſoris aduerſarij: hodie tamen hoc in interdicto id ſolùm attendimus, utrobi litis cõteſtatę tẽpore eares ſit[a], de cuius poſſeſſione litigatur: idq; exẽplo interdicti, Vti
2 poſſidetis: †exæquata eñ hęc ſunt. †Eadẽ aũt
3 ratione dicimus, utrobi, utro in loco: qua alibi, alio in loco: & inibi, in eo loco: necubi, ne quo in loco: & ſicubi, ſi quo in loco. Ouidius:

Sicubi Colchorum Minyis regina uacaui.

Ita enim cenſeo legendum. Nuncubi, num quo in loco. Terentius in Eunucho: Nuncubi meam benignitatẽ ſenſiſti in te claudier? Conciſa autem ſunt hæc ex dictione alicubi, ut etiam Vallæ placere uideo.

1 *Murus propriè eſt, qui urbem munit.*
2 *Murus pro pariete priuati ædificij.*
3 *Macerìa.*
4 *Parietum uaria genera.*
5 *Via, iter, actus differunt.*
6 *Via ſt de ſeruitute non accipiatur, etiam ſemitam continet.*
7 *Iter diſtat à ſemita.*
8 *Varia uiarum genera.*
9 *Via publica de regalibus an ſit.*
10 *De eo, qui in uia publica deliquit, quiuis ſuppliciũ ſumere poteſt, cui ex generali principis conceſſione competit.*

1 QVANTVM.) a ¶†Murus propriè dicitur publicus, qui urbem munit, & mœ-
2 nia continet: † impropriè hîc uidetur accipi de priuato ædificio, quod paries dicitur: quo ſenſu aduerſus Vallæ traditionẽ etiam Cornel. Tacitus lib. XV. utitur. Oſtendit autẽ Iuriſconſultus parietem eſſe etiam maceriam:
3 †ſic appellatur paries ſine calce aliáue cõpactione formatus. Erant autem parietum uaria
4 genera, †lateritij, lapidei, cæmentitij, teſtacei, cratitij. Fuerant lateritij, ex lateribus duriſsimæ ſoliditatis, utpote qui crudi ſub ſole diutius permanſerant, ut exiccarentur. Teſtacei ex latere cocto, qui etiam nunc ſunt in uſu. Cæmentitij fiunt ex temerè coniectis lapidibus calceq; commixtis, & imbricum modo hærentibus. Cratitij, quos cõcratitios Papinianus[b] appellat, ligneis cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus arrectis tranſuerſisq; in modũ cratis: uocanturq; alio nomine interea continetur, qui ſolus eſt.

IDEM LIB. X. REGVLARVM. LEX CLVI.

MAiore parte anni poſſediſſe quis intelligit, etiã ſi duobus menſib. poſſederit: ſi modò aduerſarij[9] eius aut paucioribus aut diebus nullis poſſederit.

a §. *ſed hòdie. Inſtit. de interd.*

b ¶Via.) †Cùm de priuata uia loquimur, quatenus ſeruitutis ſpecies eſt[c], ab itinere actuq; diſtat: quæ differẽtia ex uocabulorũ etymo accipitur. Iter enim ab eundo dictum eſt, & ideo iter ius eſt, eundi hominis. Actus ab agẽdo: unde ius iumentũ agẽdi actus eſt. Via à uehendo, & ideo ius in ſe cõtinet etiam uehiculũ ducendi: tametſi & q̃ habet actũ, in conſequentiã iumentorum etiam uehiculum adducere poſsit. Sanè lege XII. tabularum ea menſura uiam confici traditum eſt, ut in porrecto pedum octo eſſet, in anfractu XVI. cuius dimidiũ actui tributũ eſt. † Cùm uerò de ſeruitute nõ accipitur, aliter uiam intelligimus, continetq; non ſolùm iter, ſed etiam ſemitam. † Hoc autẽ diſtat iter à ſemita, quòd iter latius eſt, ſemita anguſtior, & quidam quaſi callis. Videtur etiam iter propriè dici de uia publica, quæ populo debetur: q̃d ex Iulio Frontino libro de coloniis Italicis intelligi poteſt, quo ſenſu ſemitam tramitẽ priuatum interpretabimur: Græci ἀτραπὸν dicunt, unde parœmia, cuius Euſtathius Odyſſ. ν meminit, ὁδὸν παρέουσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς, Cùm præſtò uia ſit, tu requiris ſemitã. Plaut. in Curcul. ſemitam accipere uidetur pro ea uię parte, per quam incedunt homines, in cuius medio aguntur currus & iumenta: quapropter apud eum paraſitus minatur ſe factu rum, ut obuij capite ſiſtant in uiam de ſemita. M. Seruius in IIII. Aeneidos cõmentario aliter explicat, nimirũ ut ſemita ſit ſemis uia, uia actus dimidius, qua poſsit ire uehiculũ: actum autem duo capere propter euntiũ & uenientium uehiculorum occurſum, in qua re diſſentit à Iuriſcõſultis[d]. † Sunt aũt uiarum aliæ βασιλικαὶ, quas conſulares uocant, alię uicinales, quæ ad uicos ducunt, & ex his utraq; publica eſt: ſicut priuatarum duplex quoque eſt ſpecies, agrariæ, & quæ ad ſeruitutes ſpectant. Sed dubium eſt, †uia publica ad quem pertineat. Et extat relatũ eſſe de regalibus[e], & ideo uideretur in ſimplici conceſsione caſtri eam non transferri. At alibi creberrimè proditur ad ciuitates pertinere[f], & idcirco licere decurionibus lata lege eam in priuatum redigere. Ipſe cenſeo uiæ publicæ ſecuritatẽ ad principẽ ſpecialiter pertinere, eius fundũ ad municipes, iuriſdictionẽ uerò ad eum, cui caſtrum ipſum cõceſſum eſt. † Et ideo ſi quis in uia publica deliquerit, poſſe ſuppliciũ de eo ſumere quemcunq;, cui ex generali principis cõceſsione hoc competat: & ita quidam ex antiquis ſenſerunt, & ego ex facto conſultus reſpondi.

c *Inſtit. de ſeru. in prin.*

d *Bar. l. Lucius. §. Sempro. de leg. iij.*

e *l. legato general. de leg. j.*

f *Bart. l. continuus. §. cum quis. de uerb. oblig.*

b *l. ſi fratres. §. pro ſoc.*

1 *Orationum alia particularis, alia ſingularis, alia indefinita.*
2, 3 *In legibus indefinita æquipollet uniuerſali: ſecus in diſpoſitiõe hominis.*

1 IN VSV.) † Orationũ alia eſt particularis, ut cùm ſignum particulare præponitur, quale eſt, quidã, aliquis, unus: alia ſingularis, ut ſi nomẽ proprium ei inferat: alia eſt indefinita, ut cui nullus terminus præpoſitus eſt. unde eius ſignificatio ualde ambigua eſt particulariter ne, an in uniuerſũ accipiẽda ſit. Et cũ ex, pferentis mẽte id pẽdeat, eam ex ſubiecto argumento conijcimus. Conſtat autẽ neceſſariò huiuſmodi ſermonẽ uniuerſalem ſenſum nõ accipere, & idcirco in teſtimonijs nõ fiet hæc interpretatio[a], ſed potius aduerſus eũ, qui produxit, ut nõ probatum ſit, intelligemus[b]. † In legibus autem nõ ita eſt, & ideo in his indefinita æquipollet uniuerſali, cùm legum natura ſit, ut de uniuerſis conſtituantur. Sed & ſi lex uelit homicidam ſummo ſupplicio affici, niſi ab hærede pacem impetrauerit, omnium cõſenſum ſi plures adſint, requiri exiſtimo[c]: idq; frequentius receptũ mihi uidetur. † At in diſpoſitionibus hominũ non æquipollet, niſi uerba ex ſui natura generalitatẽ quandam ſignificent, ut piſcis, aurum, argentum, lana. Idem in hærede ex cõmuni uſu loquendi: cũ enim plures ſunt hæredes, hæc dictio, hæres, uni ſoli omnino nõ conuenit[d], cùm inſolidũ non ſit hæres, ſed unà cum alijs admittatur, meritò inualuit uſus, ut de omnib. intelligeretur: ſed & ſi hæres indiffinitè prohibitus ſit, ne alienet, exiſtimauerunt plerique de omnibus ſucceſſoribus actum uideri. ſi tamẽ generale id nomen certis finibus contineretur, ut homo, particulariter potius ꝓpter ſermonis proprietatẽ intelligeremus, & mediocris poſſet accipi[e]. In diſpoſitione quoq; ipſi proferenti fauorabili, ueriſimile eſt tali ſermone eum uniuerſaliter prouidiſſe: ut cùm pater filium ſuum ſe inſtituere, uel filio tutores dare profeſſus eſt[f], quòd ſi pluraliter id nominis proferat, tunc uniuerſaliter, & ideo collectiuè ſemper accipitur: ut ſi filios exhæredare ſe dicat, uel cognatis legare.

a *l. non hoc. ubi laſ. C. unde leg.*

b *Bart. l. ſi pluribus. de leg. ij.*

c *l. iiij. §. Cato. de uerb. obli.*

d *Raph. d. l. ſi pluribus.*

1 *Aes metalli ſpecies, antiquior ferro.*

CELSVS LIB. XXXV. DIGESTORVM. LEX CLVIII.

INuſu iuris frequẽter uti nos, Caſſellius ait, ſingulari appellatione, cùm plura generis eiuſdem ſignificare uelimus: nam multũ hominẽ ueniſſe Romã, & piſcem uilem eſſe dicimus. Itẽ in ſtipulando ſatis habemus hęredi cauere, ſi ea res ſecundum me, hæredémue meũ iudicata erit. Et rurſus, q̃d ob eam rem te hęredém ue tuũ: nẽpe æquè ſi plures hæredes ſint, continentur ſtipulatione.

2 *Qualiſcunq; pecunia, æris appellatione continetur.*
3 *ἀργυρεῖσθαι græcè, latinè exargentare.*
4 *Numus aureus cuius olim ualoris.*
5 *Solidus idem quod aureus.*
6 *Græci χαλκὸν, id eſt, æs, pro quacunq; pecunia accipiunt.*

VLP. LIB. I. AD S. C. LEX CLIX.

ETiam aureos numos ęs dicimus.

IDEM LIB. II. AD S. C. LEX CLX.

CAeterorũ & reliquorũ appellatione etiã omnes cõtinẽt, ut Marcellus ait, circa eum, cui optio ſerui legata eſt, cæteri Sempronio. Nam tentat, ſi nõ optet, omnes ad Sempronium pertinere.

ETIAM AVreos.) † Aes ſe parata ab auro argẽto q; metalli ſpecies eſt, apud antiquiſsimos quoq; prius in uſu, quàm ferrum, ut Heſiodi poẽtæ carmẽ indicat: unde & pecunia ſolo ære cudi cœpta eſt, hincq; paulatim factũ eſt, †ut qualiſcunq; pecunia, æris appellatione comprænderẽ: idemq; in trãſalpina Gallia de argento: qualemcunque enim numorũ ſpeciẽ, ſimpliciter argentũ uulgò appellãt: †nam & Græcis ἀργυρεῖσθαι, q̃d M. Cicero exargẽtare tranſtulit, in pecuniam redigere ſignificat. † Numus autem aureus, cuius hîc mentio eſt, ſeſtertios ęris centũ ualebat, quod in Diſpunctionibus annotaui, hoc eſt, denarios argentos XXV. Idem autẽ eſt denarius quod drachma. Sed deinde minoris æſtimationis aureus fieri cœpit, † & in Cæſarum conſtitutionibus ſolidus appellari, quorum ſeptuagintaduo auri libram conficiunt: qua ratione cùm aureus, quo hodie uulgò utimur, drachmam auri pendat, conſequens eſt, ſolidum drachmam pependiſſe, eiusq; præterea tertiam partem, hoc eſt, ſiliquas ſex. † Sanè & Græci χαλκὸν, id eſt, æs, pro quacunq; pecunia accipiunt: unde ἀχαλκεῖ apud Lucillium epigram. II.

Ἑρμοδότου τὸ δόγμα τὸ παύσφορον, εἴ τις ἀχαλκεῖ, μηκέτι πωλύητω θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Hermodoti hoc dogma eſt, Quiſquis miſer, indiget ære,
Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.

1 *Cæterorum appellatione omnes contineri.*
2 *Dictio, cætera, unde deducatur.*
3 *Clauſula, Et cætera, abbreuiationis cauſa appoſita, quid operetur.*

CAETERORVM.) † Sicut ſuprà uidimus has dictiones, amplius, reliquũ, uirilem partem, etiam de toto dici: ita de dictione cæterorum, admittendum eſt. & ideo legata Titio optione ſeruorum, & cæteris Sempronio relictis, ſi Titius non optet, uel alio modo à legato excludatur, omnes ad Sempronium pertinebunt[h]: nõ quòd portio Titij ad illum per ius accreſcendi deuoluatur, ſed ex

h *l. cum optio. de op. leg.*

a Rom. sing. 35. b Com. consil. 105.

uí ipſorum uerborum: & ita Pontanus[a] id reſponſum declarat, & in eo, cui ſuperfluũ relictum erat. Raphaël[b] ex facto cõſultus idem reſpondit. †Deducitur aũt hęc dictio, cętera,
2 3 à græco, ὑπέρπορα, id eſt, & alia: † & ideo cũ abbreuiationis cauſa apponitur, eius uíz tute cenſentur alia repetita, quę ex natura & conſuetudine actus regrebantur, obſeruabimúſque hac in re notarij ipſius conſuetudinẽ: unde in re dubia nõ licebit eius ſucceſſori abſq; iudicis mãdato eam clauſulã extendere, ut Bart. ſenſit[c].

c Bar. l. Gallus. §. ij.

PAVL. LIB. II. AD S. C.

LEX CLXI.

ILla uerba, optimus, maximusq;, uel in eũ cadere poſſunt, qui ſolus eſt: ſic & circa edictũ prætoris ſupremæ tabulę habentur etiam ſo-
10 læ. ¶ Pueri appellatione, etiam puella ſignificat: nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu: & Græci communiter ὁ καὶ ἡ παῖς appellant.

IDEM LIB. VII.

LEX CLXII.

NOn eſt pupillus qui in utero eſt.

1 Pupillus non eſt, qui in utero eſt.
2 Ancilla non ideo precioſior, quia prægnans.
3 Parturiens mulier in periculo mortis cẽſetur eſſe.
4 Hæreditas in lege falcidia propter uentrem ancillæ non augetur.
5 Si mulier prægnans in exilium acta ſit, filius ibi natus nõ eſt exul.

NON EST pupillus.) †Qui in utero eſt, 1
pupillus nõ eſt, ſed uiſcerũ matris quædam portio: & ideo ancilla prægnante uendita, ſi partus euincatur, nõ agitur duplæ: quia nõ uidetur magis in contractu ad partũ habitus reſpectus, q̃ ad quoduis aliud inteſtinũ[e]. Hinćq; eſt conſequẽs, †ut nõ ideo precioſior 2
ſit ancilla, quòd prægnans ſit: q̃uis enim aliqua ſpes lucri inde dño ſubeſſe uideatur, contrario tamẽ detrimenti periculo elidit. Quid enim ſi ancilla abortiret? †cùm præſertim par- 3
turiens mulier cenſeatur in periculo mortis eſſe[g]. † Meritò ergo in legis falcidiæ cõputatione propter ancillæ uentrem hæreditas nõ 4
augetur[h], quod periculum in brutis tam frequens non eſt. Si tamen cariore precio propter partum quis ancillam emat, quod ex ea natum erit titulo oneroſo habere uidebitur[i]. Sed & ſi fur matrem ſuſtulerit, partũ quoq;, quí apud eum conceptus eſt, contraxiſſe uidetur, unde neq; eum ullo tempore per poſſeſſionẽ acquirit, quod ſuprà attigimus[k]. Et ex his conſequẽs eſt, † ſi mulier prægnans in 5
exilium acta ſit, filium ibi natum non uideri exulem[l]. Sed & legem Corneliam aduerſus homicidas latam, uerius eſt nõ procedere in eo, qui abortionẽ procurauit: tametſi alíj aliter ſenſerint[m]. Illud quoq; traditum eſt, ſi lex portorij uectigal pro quocũq; animali impo-
50 nat, pro eo, quod in utero eſt, nihil ſoluendũ eſſe: nam & huiuſmodi in cenſum non refertur, & in hoc omnes conſentiunt. Sanè Iuriſconſultus pupillum hîc uidetur lata ſignificatione accipere, pro quocunq; infante. Accurſius tamen etiam propriè accipit, & ideo infert, tutores pupillis ſuis datos non uideri uentris tutores fuiſſe, ſi infans non naſcatur: cuius ſententia uera eſt[n].

d l. j. de his quæ in teſta.

e Bar. l. Gallus. §. ij.

f l. ſi prægn. de cuiq.

g Abb. c. poſtoralis. in fine offi. ord.

h In l. fil. pluit. ff. ad leg. falcid.

i l. quod ſtet Pamphil. de lega. ij.

k l. partũ. ſ. in.

l Bar. l. inſerum. de ſtat. hom.

m Felin. c. ſtat. de homic.

n l. cum pater. de neg. geſt.

1 Applicata facti ſpecies ad hanc legem.
2 Supremus dicitur, qui unicus fuit.
3 De qua ſubſtitutione textus ſit accipiendus.
4 Quid ſi dictũ ſit, Mihi & ei, qui ſupremus morietur, Seius hæres eſto?
5 Humanitus accidere, eſt mori.

Con-

6 Conditio illa, Si quid acciderit, de morte intelligitur.
7 Et an mors ciuilis hoc caſu ſufficiat.
8 Imperiti teſtatoris uerba ex uulgi conſuetudine declaranda.

1 IN VVLGARI.) a ¶ †Inſtituit teſtator filium, quẽ habebat, & quoſcunq; habiturus eſſet, eíq; qui ſupremus moriẽt, Seiũ ſubſtituit: dubitari potuit, ſi alios filios nõ habuerit, an Seius illi ſaltẽ quẽtum, cũ teſtaretur, habebat, rectè ſubſtitutus uideretur. Et exemplo legis XII. tab. rectè ſubſtitutũ defendit[a]:
2 †quonim in ea lege ſupremus dicit, qui unicus fuit: ſatisq; eſt, ut ultimus quis cenſeatur, qui poſt ſe neminẽ habeat, etiam ſi à nemine quoq; præcedatur, quod & ſuprà latius attigimus. Sed in hac ſpecie dubium eſt, ſi plures ille filios haberet: an inuicem ſubſtituti uiderentur[b]? & receptum eſt, cenſeri legitimæ ſucceſſionis inter plures cohæredes ius reſeruatum, niſi ultimo decedenti in omni hæreditate ſubſtitutio facta ſit[c]: non enim qui ſupremus moritur, omnem hæreditatem reſtituere poteſt, niſi ipſe eam habuerit: at habere eam non poteſt, niſi uiciſsim eos grauatos dicamus. Sunt qui idem eſſe opinantur[d], cùm ita uerba cõcepta ſunt, ut poſt mortem omniũ reſtitutio facienda ſit, tametſi expreſſe dictum non ſit, ut qui ultimus moriatur, reſtituat[e]: quod rationem in ſe ullam nõ habet: non ergo ultimus omniũ portionem, ſed eo
40 in caſu unuſquiſq; ſuam reſtituet.
3 a ¶ Vulgari.) †Accurſius interpretatur, id eſt, pupillari. Ego aliter ſentio: cùm enim teſtator filijs inſtitutis, ei, qui ſupremus morietur, ſubſtituit, ſi unicus ille ante aditam hæreditatẽ decedit, ſubſtitutus ex uulgari admittetur: ſi poſt aditam, antè tamẽ, quàm pubes eſſet, ex pupillari: unde à principio ea ſubſtitutio ſatis poteſt uulgaris appellari. nec obſtat quòd ex uulgari ei nõ ſuccedatur, ſed teſtatori, quía pronomẽ illud pro ſuperuacuo
4 habetur, idq; Albericus probat[f]. †Sed quid ſi dictũ ſit, mihi & ei, qui ſupremus morietur, Seius hæres eſto? Et adhuc opinari quis poſſit, de uulgari & pupillari ſubſtitutione ſolũ egiſſe teſtatorẽ, ut ordinem coniuncta denotet, quaſi ſibi ſubſtituerit, ſi filius hæres non erit, & filio ſi hæres erit. Quidam etiam fidei cõmiſſariam contineri aiunt, ut Pontanus & Iaſon[g], & in electione ſubſtituti eſſe, directè
60 an per fideicõmiſſum hæreditatem uendicet: quæ ſententia propter ueriſimilem teſtatoris uoluntatem adiuuanda eſt.
5 b ¶ §. SI QVIS ITA.) †Humanitus acci-

POMPONIVS LIB. II. AD S. C.

LEX CLXIII.

IN uulgari[a] ſubſtitutiõe, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituit, rectè ſubſtitutũ etiam unico intelligit, exemplo legis XII. tabul. ex quibus proximus agnatus, etiã ſolus habet. ¶ Si quis ita[b] in teſtamẽto ſcri-

a l. qui duos. de reb. dub.

b l. uel ſingulis. ſ. de uulg.

c l. Titia Seio. §. ij. de leg. ij.

d Socin. §. cum ita. ad Treb.

e Arg. l. codicillis. de uſufr. leg.

f l. j. in prin. de uulg.

g Iaſ. l. pen. C. de imp.

dere, eſt mori[h]: & ita docti ſolẽt loqui. Sed teſtatores ex uulgi ſermone, qui conciſior eſt[i], & breuior, ſimpliciter accidere, & contingere, pro uita defungi accipiunt: ultimus enim, qui homini euenire poſsit caſus, eſt mors:
†meritò illa condi- 6
tio, ſi quid acciderit, de morte intelligit[k]: alioquin propter generalitatem nulli, ferè momẽti eſſet. †Sed an mors 7
ciuilis hoc quoq; caſu ſufficiat, ut qui in exiliũ quis miſſus ſit? & Baldus[l] de ea ſentire cõtrahentes non arbitratur. †Hinćq; argu- 8
mentum ſumi poteſt, imperiti teſtatoris uerba ex uulgi cõſuetudine declarari: quod & Socinus[m] in ea ſpecie annotauit, cùm filium quidam uiuum & mortuum relinquere ſe Titio in teſtamẽto dixiſſet: interpretatus eſt enim, Titiũ uiuenti tutorem datum, mortuo hæredem[n]. Sed huiuſmodi uerbis hæreditatẽ dari periculoſius eſt, quàm ut ego affirmare auſim, cùm & curam mortui gerere quis poſsit, dum pompam funeris, ornatũ ſepulchri, parentaliaq; huiuſmodi procurat.

h Inſtit. de do. in prin.

i l. publica. de poſt.

k l. uxorem. §. Seia. de leg. iij.

l Bal. in rub. C. de poſt.

m l. qui duos. de reb. dub.

n Lancel. l. centurio. in fin.

1 Poſthumus propriè quis.
2 Teſtator de filiabus diſponens, an de poſthumis ſenſerit.
3 Propria ſignificatio ex interpretatione reſtringenda: & quando id locum non habeat.
4 Portio de qualibet parte dicitur.
5 Quando hoc non obtineat.
6 Quibus caſibus etiam de minima portione actũ fuiſſe intelligatur.
7 Regulariter uerba cum effectu accipienda.
8 Habere quis dicatur.
9 Vis pro effectu accipitur in iure.

NOMEN filiarũ.) a ¶ †Poſthumus propriè intelligitur, qui patre humato natus eſt: ſed & qui poſt teſtamentũ natus eſt, largo modo poſthumus dicetur[o]. † Sed pone 2
teſtatorem de filiabus aliquid diſpoſuiſſe, an de poſthumis quoq; actũ cenſebimus? Et dubium non eſt, ex proprietate ſermonis poſthumas ea appellatione contineri: ſed quía earum meminiſſe nõ uidetur, neq; cogitaſſe ut poſthumæ naſcerentur, ad futuros poſt mortem ſuam filios reſpexiſſe non creditur[p]: † & 3
ideo propriam ſignificationem ex interpretatione reſtringimus: quæ interpretatio locũ non habet, cùm contrarijs coniecturis prior præſumptio tollitur, ut ſi in parte teſtamenti poſthumarum mentionem fecerit: non enim oblitus uideri poteſt, qui aliqua in parte poſt humã cõmemorauit. Idem ſi neceſſariò poſthuma admitti deberet, ut in inſtitutione, teſtamentũ enim corrueret. Quod & dicẽdum

o l. iij. §. j. de inſt. rut.

p l. qui filiabus. de leg. j.

a l. si quis filia. de testa.tut. est, cùm filiabus tutores [a] quis designat: utilis enim hic actus posthumæ est, nec hæreditati damnosus: unde propter fauorẽ de posthumis quoq; actũ credimus, & uim uerborũ obseruamus. Sanè qui post testamentũ nascitur, indistinctè admittendus est, si tamen testator eum natũ esse sciuit: cũ enim nihil mutet, declarare uidetur, de eo quoq; se intellexisse: & hoc Bar. probat [b].

b l. si cognatis. de reb.dub. b ¶§. PORTIONIS.) †Portio uidetur mihi de qualibet parte dici: qua propter cùm lex in totum uel pro parte aliquid recipi uetat, q uel minimũ recipit, pœnæ reus est [c]. Et emphyteota qui particulare damnum tolerare, suoq; periculo ferre debet, qualecũq; erit, feret [d]. Et facultas rem à socio uenditã luendi, illi, qui in ea partem habeat cõpetens, uel ei cuius sit, milleſima nõ denegabitur [e]. †Quoties autẽ uerisimile nõ est, de minima re actum esse, ut quia dispositio nullius redderetur momenti, ueluti in eo, qui partẽ fundi promittit [f], uel alio simili dubioq; casu, de dimidia accipiendum est [g]. Vndẽ qui partis bonorũ usumfructũ legat, de dimidia intellexisse uidetur [h]. Et cùm quis ab altera se parte electũ ait, nõ minus, quàm dimidia sit, intelligemus [i]: alioquin quæ in pauciore numero esset, cùm nullius momenti haberetur, alterã nihil impediret. † Quòd si portiunculæ mẽtio fiat, uel alicuius, uel quantæcũq;, uel certæ partis, uerius est etiã de minima intelligi [k]. Idem si quãtula, uel minuscula scriptum sit [l]: nisi ad certam aliquam iuris dispositionẽ se referant, ex subiecta enim materia interpretationẽ recipiunt. Quapropter qui in testamento sextam partem hereditatis suæ relinquit, sextam assis legasse intelliget, idq; Bart. uisum. Quod in hæreditate procedit, quam lex in duodecim partes diuidit: in aliis uerò rebus Angelus dissentit [m], quod & nos probamus. Quapropter si duas partes rei petieris, nõ duas ex asse, sed ex tribus partibus petisse uideberis. quòd si sex partes dari testator uoluerit, dubiũ nõ est semissem deberi. Qua ratione si unam partem hæreditatis relinquere se dixerit [n], de una uncia intelligendum uidetur.

c l. aurilie. in fi. de elect. libro 6. d l. j. C. de iure emphyt. e Bald. l. j. C. de com. ser. ma. f Gl. l. cũ post. §. gener. de iure dot. g l. planè. in fi. de leg. j. h l. etiã. de usufruct. i Gl. c. si prius quàm. 28. dist. k Bartol. l. ij. C. quand. & qui bus. lib. x. l l. qui concub. §. j. de leg. iij. m Ang. l. defuncta. de usufr. n Bart. l. interdum. de hær. instit.

c ¶§. HABERE.) Regula est generalis, quã alibi attigimus, † Verba cum effectu accipienda esse [o]. †Is aũt est effectus, ut ex persona sua quis habeat: ut deductis oneribus, lucrũ illi supersit: ut momentanea nõ sit acquisitio: quę si nõ interueniant, habere quis propriè & strictè nõ uidetur. Effectum quoq; ea respicere existimant, quibus actus alicuius sit momenti, non autem eluſorius remanet [p]. Sed & ut lex rebus ipsis, nõ uerbis imposita censeatur, ad effectũ pertinet [q]. † In iure quoque lectũ est, uim pro effectu accipi: ut apud Marcellum [r], ei qui hominem stipulatus est, promissor eũ dando, qui tunc illi seruierat, liberatur ui ipsa. Sic & Corn. Tacitus lib. XIII. Vectigal mãcipiorum remissum magis specie, quàm ui. Cuius locutionis ratio est, quia uis à græco βίη descendit, cuius contrariũ & κατ' αἰνησιν χωρ est ius. Vnde ad differentiã eius, quod ipso iure fit, dicimus aliquid in effectu, uel ui ipsa factum.

o l. aliud. l. cepisse. p c. si ciuitas. de sent. excom. in 6. q l. ij. C. comm. de leg. r l. qui decem. §. Stichum. de solut.

1 Ad hæredẽ peruenisse dicitur, quod deductis oneribus per
2 Quid in legatario obtineat. (uenit.
3 Regula, Eatenus habuisse quilibet uidetur, quatenus deductis oneribus remanet. Fallit hæc regula, ut num. 4.

VENISSE.) ¶†Ad hæredẽ id peruenisse existimandum est, quod deductis oneribus peruenit: hocq; exemplo legis falcidiæ rationem inibimus. † Ad legatariũ uerò, qui fundum accipere, & decẽ hæredi dare iussus est, totum fundum iure legati peruenisse interpretabimur [s], & hoc quantum sit ad hæredis falcidiam, qui X. illa conditionis implendæ causa sibi data computare non tenetur: alioquin uerum est, huiusmodi legatarium in toto fundo lucratiuum titulum non habere [t]. † Et hinc generalis regula colligitur, eatenus habuisse quẽlibet uideri, quatenus deductis oneribus remanet [u]. Hinc si quis sacerdotiũ ualoris centum aureorum impetrauerit, illud obtinere poterit, quod ducentis censeatur, si deductis oneribus sola centũ sint reliqua: quod & in portoriorum legibus obseruandum est. Habetur autem in his oneribus, & medij temporis usurarũ ratio [x], & cuiuslibet pecuniæ, quæ pro re ipsa effundat, quale est ἐφαλωδιπώλ, id est, proxenetæ merces, hastarumq; solennium impendia, & si qua similia. † Sanè cùm lex exactionis effectum nõ respicit, sed petitionis modũ, aliud dicendũ est: ut si actorẽ mandet duos aureos in singula centum, quæ petat pro sportulis, deponere, sacramentoq; sic contendere [y]: nihil enim refert, quòd reus ita inops sit, ut etiã si uincatur, petitam summam soluere nequeat.

s l. ad uetera. ad leg. falcid. t l. nõ amplius. de leg. j. u Decio. consil. 156. x l. si. d. l. nõ amplius. y l. cum quæst. de iurisd. omn. iud.

1 Vrbana mancipia à rusticis quomodo separentur.
2 Dispensator quis, & unde dicatur.
3 Seruus uillicus.
4 Seruus insularius.
5 Insulæ pro domibus accipiuntur.
6 Numerus etiam ordinem & turmam significat.
7 Serui ordinarij & uicarij.

Qui

8 Qui prouinciæ præest, extra eam pernoctare non potest.
9 Quid sit pernoctare.
10 Dictio, Per, in compositione ad totũ siue integritatẽ refertur.
11 Pernox luna.
12 Peregisse rerum.

IDEM LIB. VI.

LEX CLXVI.

VRbana familia [d] & rustica, non loco, sed genere distinguit: potest emi aliquis dispensator [b] nõ esse urbanorum seruorũ numero, ueluti is qui rusticarũ rerum rationes dispensat, ibiq; habitet, & non multum absit à uillico [c]. Inris ambirẽtur, canalibus, ut opinor, eis in parietibus additis, ut reprimẽdis ignibus aqua facilius decurreret: hinc insulæ nomen deductum. Erant autem non modò ab incendijs tutiores [d], sed etiam à furibus, qui per tegulas cõmeare in eas nõ poterãt: ideoq; in eis precioſiora quæque reponebãtur, ut quæ ſolius effracturæ periculo ſub ijcerentur.

d l. quemadmodum. de supp. leg. b l. seruis urba. de leg. iij. c l. si ita. de usu & hab. d l. iij. §. effractarij. de offi. præf. uig.

1 VRBANA.) a ¶†Vrbana mancipia nõ loco, sed genere usus cognoscuntur [a], & à rusticis separãtur: unde qui rationes uillicas dispensat, & de cibarijs prouidet, in rusticis computabitur: at qui in ſulas custodiũt, urbani existimabuntur. cùm tamen dubitamus, quid paterfamiliãs senserit, ex eius consuetudine deprændemus [b]: cuius rei & exrationibus libellisq; eius, aut uicariorum, qui uel rustica curant, uel urbana, certiores fieri poterimus.

2 b ¶Dispensator.) †Seruus est qui impendia domus curat, & uictui præest: huic obsonatores, piscarij, coqui, idq; genus serui parent. Sumpſit nomen ab expendendo pecuniã, uel quòd rationes dispendat, id est, procuret, & consideret, calculumq; ducat. hi ut plurimum in urbe degunt.

3 c ¶Villico. †Villicum M. Cato, & L. Columella pro eo seruo accipiunt, qui ruri præest, & agriculturam rusticasq; operas curat, eisq; secundum domini utilitatem præcipit: huic serui ipsi agricultores subijciuntur.

4 d ¶Insularius.) †Recentiores quidam insularium accipiunt seruum, qui propter aliquod delictum in compedibus opus faciat, in insulãq; relegatus sit: quod falsum est: insularius enim simpliciter seruus accipitur insulæ custos, cuius rei Pomponius autor est [c].

5 †Insulas autem Festus interpretatur domos quæ uicinorum cõmunibus parietibus non cõiunguntur, sed quoquouorsum uel priuata uel publica area ambiuntur. Quam sententiam sunt ex recentioribus qui improbent: quoniam ex P. Victore cõstat, longè plures Romæ insulas, quàm domos fuisse: quod uerisimile non esset, si hoc significatu insulæ acciperentur: quapropter ipsi interpretantẽ insulas eas ædes esse, quæ inquilinis locari solerent: quod & ipse probarẽ, si aliqua hoc etymologiæ ratio suaderet. Festi igitur opinionem sequor, quæ ex Corn. Taciti libro XV. cõfirmat. Is propter crebra incendia, cũ multi aquæductus in urbem deferrentur, à Nerone excogitatũ tradit, ut aqua priuatorũ licentia intercepta, quò largior & plurib. in locis haberetur, in publicũ flueret, ædificiaq; non cõmunione parietũ, sed proprijs quæq; mu-

ris ambirẽtur, canalibus, ut opinor, eis in parietibus additis, ut reprimẽdis ignibus aqua facilius decurreret: hinc insulæ nomen deductum. Erant autem non modò ab incendijs tutiores [d], sed etiam à furibus, qui per tegulas cõmeare in eas nõ poterãt: ideoq; in eis precioſiora quæque reponebãtur, ut quæ ſolius effracturæ periculo ſub ijcerentur.

e ¶Numero.) †Numerus etiã ordinem & turmam significat [e]: unde numeri militum dicuntur: hinc & numerus familiæ. Obseruandũ igitur erit, an paterfamil. in ordine & cõsortio rusticorum seruorum aliquẽ haberet, an uerò urbanorum.

6 e l. j. in fin. de bono. poss. ex test. mil.

f ¶Vicarijs.) † Serui ordinarij dicuntur, quibus peculiũ dominus concesſit, negociariq; sinit [f]. Vicarij sunt, qui ordinarij uices gerebant, quidamq; quasi subinstitores. Igitur si ordinarius urbana rusticaq; negocia pertractasset, habuisſetq; alios uicarios urbanis, alios rusticis, qui seruus in rustici uicarij familitio erit, rusticus censebitur. Martialis:
Esse sat est seruum, iam nolo uicarius esse:
Qui rex est, regem Maxime non habeat.

7 f l. si seruus. 5. de pecul.

g ¶§. PERNOCTARE.) †Qui prouinciæ præest, extra eam etiã uoti soluendi causa pernoctare nõ potest [g]. Quæritur, †quid sit pernoctare: & integrã noctem significari Iuriſconſultus ait. Sic Flamen Dialis quoties ualetudo aduersa incidisset, non ultra binoctium pernoctare poterat, ut Tacitus lib. III. scribit. Sic & in lege XII. tab. quæ trinoctio abnoctasset, usurpabatur, ut ex Q. Mutio A. Gellius lib. III. tradit. †Id autem dictio per, in compoſitione demonſtrat, quæ uox ad integram noctem refertur. Quo argumẽto si lex prætori in delictis suí officij tempore perpetratis iurisdictionẽ mandet, cùm prioris tempore quis uulneratus à sicario esset, & sub ſucceſſore perijſſet, responſum à quibusdam est, neutri ius cognoscendi esse, cùm integrũ delictum neutrius tempore factum sit, perpetrare autem ad totum refertur [h]. Sed hæc deciſio uera non est: qui enim letiferè percuſſit [i], quod in se est, omne delictum perfecit, & ideo ad primum magiſtratum ius coërtionis pertinet [k]. † Sanè hoc exemplo & pernox luna dicitur, quam Græci παννύχιον uocant.

8 g l. illud. de offi. præf.

9

10

11

12 †Sic & peregisse rerum dicitur, nõ qui solũmodo detulit, sed qui condemnauit [l]: quo exemplo & perennare dicimus, & perhibere, & perlegere, & perferre, & percipere: hæc enim omnia ad quandam integritatẽ, perfe-

h Alb. hic. i l. fin. §. sicut. de bon. eor. k l. diuortio. §. si uir. sol. matri. Alex. l l. ij. de adult.

ctionemq; referuntur. Tametsi non negauerim in compositione eam dictionẽ aliter quo que accipi, ut cùm perfidum periurum dicimus: itemq; perpluere, perspicuus: & rursus perpauci, pertinax: sed & perorare dicit, cui finis orandi demãdatus tantummodo est.

VLPIAN. LIB. XXV.
LEX CLXVII.

CArbonũ appellatiõe materiã[4] non cõtineri, sed an lignorũ? & fortasis quis dicet, nec ligno rum[b]: nõ enim ligno rũ gratia habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumũ faciãt, utrũ ligno, an carboni, an suo genere annumerabimus? & magis est, ut propriũ genus[c] habeãt.

1 CARBONVM.) ¶† Materia rei appellatione, quæ ex ea cõficitur, nõ uenit. Vnde qui carbones dicit, de lignis nõ intelligit, qui libros, de chartis, qui calcẽ, de lapidibus: quamuis ex lignis carbones, ex chartis libri, ex lapidibus calx conficiatur: idq; & Accursius, & quadam disputatione Pylleus probat.

2 † E cõuerso nec appellatione materiæ, quod ex ea factum est, cõprænditur, si speciali nomine nuncupetur, nisi eiusmodi sit quod effectum est, ut in materiam suam redigi rursus possit[a], quale est argentum factum, uel aliter mentem testatoris conijciamus. † Hinc est quòd ligni appellatione, id solùm continetur, quod comburendi causa paratum est[b], & à solo diuulsum, & alio speciali nomine non appellatum, nisi uel testatoris uoluntas, aut cõditio, uel regionis natura aliud suaderent. Quo exẽplo cùm omnia nemora quis locasset, respondit And. Siculus[c], de eo non censeri actũ, quod materiæ causa haberetur, cùm id in alium elegantem usum destinatũ esset. Sed hac in re planè μάταιος est, & Siculis ger ris uaniora conscribens.

a ¶ Materiam.) Sic propriè ligna appellantur, quæ ædificiorũ causa, uel alterius operis habẽtur: inde materiarij fabri. Hîc autem de materia intelligit, quam idcirco quis præparauerat, ut carbones cõficeret: † hi in antiquorum eulogijs[d] græca uoce dendrophori appellantur, quòd arborem ferunt & torrent.

5 b ¶ Lignorum.) † Sunt ligna propriè, quæ comburendi causa habemus: unde materia carbonum, cùm in alium usum principaliter habeatur, non intelligitur lignum esse.

c ¶ Genus.) Cùm enim speciale nomen tiones, sulphurata, faces, & nuclei habeãt, nõ uidetur quisquam ligna nominans, de eis intelligere. † Sunt autem sulphurata tenuissima 6 ligna sulphure utrinq; illita, ad accendendas lucernas, quorum & Martialis meminit, nos uulgò sulphuretos uocamus.

Sulphurata quoque de ligno çquè eandẽ habebunt diffinitionem. ad faces quoq; parata, non erunt lignorum appellatione compræns a, nisi hæc fuerit uoluntas. Idem etiam de nucleis[d] oliuarũ, sed & de balanis[e] idem est, uel si qui alij nuclei sũt. De pinu saũt integri strobyli, ligni appellatione cõtinẽt.

IDEM LIB. IIII.

d ¶ Nucleis oliuarum.) † Hi enim 7 ab antiquis ossa oliuarum appellantur, ut meritò pro lignis habendi nõ sint. quod & in cæteris dicẽdum est, quales sunt glandium, nucũ, amygdalarũ, & si qua similia. Idẽq; in uinacijs statuẽdum, cùm acini nõ ignibus tantum, sed & pascẽdis columbis usui esse soleant.

e ¶ Bellarijs.) Antiqui codices balanis habent, & castigatius. † Significat βάλανος 8 glandem generali nomine, sed specialiter de palmulis, quas uulgò dactylos uocamus, accipitur: palma enim in Aegypto & Syria eos fructus fert, gustu suauissimos, ut bellaria omnia præcellant. † Sunt bellaria, quæ sub fi- 9 nem conuiuij afferuntur, & secundæ mensæ appellantur. † Iulius Pollux palmã aliam marem, aliam fœminam arbitratur: & fœminæ fructus ex Herodoti Xenophontisq; sententia propriè balanos dici: propendent autem ab inuolucro, corticoso ue operimẽto, quod elaten seu spathen uocant, & ipsum magni in medicina usus, ut Galenus ostendit, tametsi hodie in eis regionibus nullum alium, quàm ignibus usum præstet.

f ¶ Pinu.) † Nil aliud est pinus, quàm picea 11 excultior: eius nuces strobyli, coccali, coni, & Latinis nuclei uocantur: qui pinei sunt detrahuntur gustatu idonei, & medicina utiles. At Iurisconsultus hîc, cùm integros strobylos dixit, de pinu agresti, uel picea intellexisse uidet, qui casi & cibo inutiles sunt, ideoq; à cono non diuelluntur, solis ignibus aptissimi. Potest & de nuce ipsa pinea domestica intelligi: in quibusdam enim regionibus ita abundat, ut eius fructus nulla sit æstimatio: † nam de ea strobylos specialiore significatio 12 ne dici ex Dioscoridis lectione obseruatum est, qui lib. I. cap. LXXXV. itẽq; cap. LXXXIX. στρόβυλος pro pinu accipit, πίτυς pro picea, πεύκη pro tæda, quæ congeneres omes arbores sunt. Sanè ubi nucis pineæ fructus in precio sit, non opinarer legatis lignis strobylos eius integros contineri: sed tum deberi, cùm fructus exempti fuerint.

1 *Pedamentorum tria genera.*
2 *Pedamenta lignis legatis non continentur.*

Quan

3 *Quando hæc decisio non habeat locum.*

1 PALI.) † Pedamentorũ, quæ uitium admi nicula sunt, tria sunt genera: unum robustum seu fissile ex quercu, uel iunipero, q̃d appellatur ridica: alterum est è pertica, qui palus dicitur, hicq; teres est: tertiũ ob inopiam ex harundineto sumit, sicq; M. Varro, & L. Columella tradiderũt.

2 † Hęc pedamenta, quæ & statumina uocantur, lignis legatis nõ continentur, quoniã in materia sunt, & alium usum quàm ignis

3 præstant: † putauerim tamen, cũ propter uetustatẽ amplius in uineæ usu esse non poterunt, præstanda: nam ratio Pauli tunc locũ non habet: nec eẽ amplius in numerum materiæ rediguntur, imò tunc solent patres familiarum eos palos comburere.

1 *Si fundus, uti optimus maximusq; est, sit uenditus, isq; obligatione aliqua propter munera publica sit affectus, an uenditor teneatur.*
2 *Clausula hæc, Vti optimus maximusq; est, & in contractibus & testamentis adponi olim solita.*

NON TANTVM.) ¶ Qui fundũ tradit, uẽdit, legat, ita uti optimus maximusq; est, non illi quidem seruitutem deberi ait, sed nemini eum debere: qua de re suprà à nobis

1 tractatũ est. † Sed quid si fundus ea cum clausula uẽditus, obligatione aliqua propter munera publica affectus sit? Et si uenditor sciẽs emptorem eius obligationis non admonuerit, Aretinus[a] respondit, quanti minoris emptor comparaturus rem erat, posse uenditorem cõueniri, nec eius adiectionis prætextu excusari. Sed & Paulus Castrensis[b] non imputari hoc casu emptori existimauit, si cùm generaliter sciret fundum obligatum, minimè diligentiam adhibuit, ut quantitatẽ, summamq; debitæ pecuniæ certius exploraret: cùm enim eius declaratio ad uenditorẽ pertineat, tutò negligere potuit, qui ius suũ non diminui sciebat[c], nisi specialiter fuisset admonitus. † Erat aut ẽ clausula hæc & in contracti

2 bus[d], & in testamentis apponi solita, quod & antiqua inscriptio ostendit, quæ in Gratiano oppido Montisferrati ita legit: V. F. T. Vectius T. L. Hermes Seplaciarius, mater genuit, mater recepit, hi horti ita uti optimi maximiq; sunt, cineribus seruiant meis: nam curatores substituam, qui uescantur ex horum hortorum reditu natali meo, & præbeant rosam in perpetuum: hos neque diuidi, neque abalienari uolo,

a Consil. 105. in fin.
b Consil. 195. in j. in nouiss.
c l. sicut. §. non uidetur. ſ. qui bus mod. pig.
d l. Iuli. §. idem Iulia. de actio. empt.

1 *Si hæres grauatus sit legato, nec adeat, an substitutus illi soluere teneatur.*
2 *Hæredis nomen ad quoscunque gradus pertinet, omnes q; successores continet.*
3 *Sibi, & quibuscunq; hæredibus pacisc ens, de particulari censisse intelligitur.*
4 *Idem si hæredib. & successoribus dictum sit.*

AD SENATVSCONS.
LEX CLXVIII.

PALI & perticæ in numerũ materię redigendi sunt, & ideo lignorũ appellatione nõ continent.

IDEM LIB. V.
LEX CLXIX.

NOn tantũ in traditionibus, sed etiã in emptiõibus, & stipulatiõibus, & testamẽtis, adiectio hęc, uti optimus, maximusq; est, hoc significat, ut liberũ præstetur prædium, nõ etiã ut seruitutes ei debeantur.

VLP. LIB. XXX.
AD S. C.
LEX CLXX.

HAeredis appellatiõe omes significari successores credendũ est, etsi uerbis nõ sint expressi.

POMPON. LIB. XVI.
LEX CLXXI.

PEruenisse ad te rectè dicit, quod per te ad aliũ peruenerit, ut in hæreditadit, seu in certa re, hæredis appellatione cõtinebit[f], dum uel materia fauorabilis sit, uel res eiusmodi sit naturæ, ut in singularem successorem transeat. † Sed & cùm quis sibi & quibuscunq; hæredibus pacisc itur, de particulari quoq; accipiendum erit[g]. † Idem si hæredibus & successoribus dictum sit[h], ut geminatio alicuius sit effectus, nec alterum uideatur superfluum[i]. Sed in hoc quidam dissentiũt, cùm hæredes de iure ciuili, successores de prętorio intelligere possimus[k], quod nõ probo: qui enim sic cõtrahit, nõ modò successiones, sed effectum cõsiderasse uidetur. Adde, quòd cùm hodie eo iure prætorio ferè nunq; succedatur, nõ est ueri simile in frequentis casus mentionem factã: nam & si hæredis tantùm mentio facta esset, satis hoc responso apparet bonorum possessoris habitam rationẽ. Verior itaq; prior est sententia, quam de facto consultus, Alex. approbauit[l].

1 *Facti species præsenti legi adaptata.*
2 *Dubitandi causa in hac lege.*
3 *Decidendi rationes.*
4 *Peruenisse ad me quid dici possit. & num. 5.*
6 *Verbum, Peruenire, in substitutionibus an sit directũ uel*
7 *A liberto, pro, de liberto.* (obliquum.
8 *Accursium ignorasse huius legis hypothesin.*

PERVENISSE.) ¶† Per rogationem ado 1
ptauerat quis filiũ, qui cuiusdã liberti patronus erat, caueratq;, quod ad eum filiũ peruenisset, eo impubere defuncto, his ad quos ea res pertinere potuisset, restituturũ: deinde is filius liberto suo successit, quæ hæreditas ex regula iuris nec momento quidem in eius persona nõ cõstitit[m], sed protinus patri quæsita est: fuit dubitatũ, an ad filiũ hereditas peruenisse diceretur? † Et dixisset aliquis, nõ uideri peruenisse: huiusmodi enim uerbum cum 2

f l. in cõuentionalib. tit. j.
g Rom. l. in tempus. de usuca.
h l. fluminũ. §. j. de dam inf.
i Iaſ. l. quidam. §. j. de eden.
k l. stipu. ista, habere. in prin. de uerb. obli.
l 193. in 2.
m l. placet. de acq. hæred.

effectu accipitur,& dictio Per,illi addita,per fectionem quandam acquisitionis denotat[a]. † sed tamẽ in proposito casu aliud dicendum fuit, non eo solùm argumento, quòd etiam si cautio nulla interposita fuisset, nihilominus ea hæreditas restituẽda erat, quia ipsius filij respectu, non aũt patris delata uideretur[b]: sed hac etiam ratione, quia uerba stipulationis hoc inferũt:

4 †peruenisse eũ ad me dicit, quod per me ad alium peruenit, dum ille iure meo nitatur, ut superius à nobis expositum est. Idem si culpa mea peruenerit. Exempli causa: Constitutum est, ut præfectus pro apparitorib. suis in id teneatur, quod ad se peruenerit: si aliquid peruenerit, quamuis amplius non habeat, ut quia per iniuriam amisit, nihilominus tenebitur[c]. †Alibi quoq; proditum est, id solùm peruenisse uideri, quod deductis expensis supereſt, idq; in uenditore hæreditatis[d], qui, quod ad se peruenit, tradere tenetur, responsum est. Dubitatũ quoq;

6 extat, †an, peruenire, uerbum in substitutionibus directum sit, an solùm fideicõmissi uires habeat? & non esse directum frequentius traditum est[e], nisi additũ esset, ut eo ipso perueniat, uel pleno iure, uel libere: huiusmodi enim uerba eius sunt effectus, ut hæredis manus expectanda nõ sit. † Sane hoc in cõtextu annotanda est constructionis forma, qua lurisconsultus acquisitã à liberto hereditatem, id est, de liberto dixit: sicut cũ nos à quæstoribus acquisiuisse mancipiũ dicimus, hoc est

8 lucrifecisse, uel comparasse. † Accursius constructiõis huius nouitate motus, ὑποθέσιν, seu facti speciẽ aliam fingit: quam adeò nõ probo, ut eam referre dissentiam.

1 *Liberti appellatione etiam liberta continetur.*
2 *Libertorum tres fuisse olim species, ex Caio: Ciues Romani, Latini, Dedititij.*
3 *Manumissi per uindictam efficiebantur ciues Romani.*

LIBERTI.) ¶Solebant testatores uestiaria, uel cibaria libertis libertabusq; suis relinquere[f], quod & de iuribus sepulchrorũ obseruatum fuisse, ex quãplurimis inscriptionibus constat. † Pone testatorem solùm mentionem libertorũ fecisse, existimat Vlpianus etiam de libertabus accipiendũ: quod etiam in fideicommissis proditum est. Cuius rei ea

1 est ratio, quòd masculinum semper sub se fœmininum complectitur[g], ut superius tractauimus. † Tres autem libertorũ fuisse species Caius Institutionum lib. I. tradit: Alios enim Ciues Roma. alios Latinæ conditionis, alios esse Dedititios. Ciues Ro. sunt, qui testamento, aut in æde sacra, aut ante consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolã, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitione manumittuntur. Dedititij uerò sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt: aut in quorũ facie uel corpore quæcunq; indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa, ut deleri non possint. Hi si manumissi fuerint, Dedititij appellãt. Sed inter hæc tria genera libertatum ideo Ciues Romani meliorẽ statũ habent, quia & testamenta facere possunt, & ex testamẽto quibuscũq; personis succedere: nã Latini & Dedititij nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorũ aliquid dimissum possunt ullatenus uendicare: tametsi Latini certis rebus priuilegia Ciuium Rom. libertorũ consequi possunt: Dedititij uerò nulla ratione possunt ad Ciuium Rom. libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in æde sacra, aut ante consulem manumittuntur, Ciuium Rom. priuilegia consequuntur. hæc Caius. Quæ uerba referre placuit, quòd Iustinianus[h], qui has differentias sustulit, nimis concise, & suspensa, ut dicit, manu, eas declarauit, tametsi ad multorum in iure ueteri locorum interpretationem pertinerẽt[i]. † Nam cùm de manumissis uindicta mentionẽ reperimus, Ciues Rom. intelligimus: eo enim modo ante consulem, seu, quod idem est, proconsulem, uel prætorem manumittebãtur, fiebantq; ciues Rom. nisi aliter conuentum esset[k]. Persius:

Vindicta postquã meus à prætore recessi.

Hinc Corn. Tacitus lib. XIII. eos tradit, qui uindicta manumissi non essent, aliquo uelut seruitutis uinculo teneri. Ausonius in Grypho: Triplex libertas, capitisq; minutio triplex. Meminit & Boëthius in Topica Marci Ciceronis.

1 *Collegæ qui propriè dicantur.*
2 *Ab eligendo collegæ dicti.*
3 *Ecclesia collegiata dicitur, etsi Canonici eius simul non habitent.*
4 *Collegia quæ dicantur.*
5 *Vt collegium dicatur, non est necesse aliquem ei præfici.*
6 *Collegæ possunt de his, quæ ad artem suam pertinent, constituere, dũmodo alijs præiudiciũ nõ inferãt. & nu. 7.*
8 *Collegæ an constituere possint, ut aliquis non recipiatur, nisi omnibus consentientibus. & num. 10.*
9 *Id in collegijs maior pars potest, quod totus ordo.*
11 *Quæ dicatur esse maior pars.*
12 *Abesse quis dicatur.*
13 *Emendatus locus huius legis.*

COLLEGARVM.) ¶†Collegas Iurisperiti nostrates eos propriè dici opinant, qui simul habitant, quasi unà se colligant: cui sententię ueterũ autoritas aduersatur, †à quibus proditum est, ab eligendo collegas dictos, quasi in idem munus coëlectos diceremus: quod & Iurisconsultus hîc sentit, cùm eiusdem

[a] l. qui concubinam. §. ij. de leg. iij.
[b] l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulg.
[c] Paul. Clem. i. §. cæterum. de priuil.
[d] l. ij. §. j. de hæred. uend.
[e] Mod. l. centurio. in fin.
[f] l. iiij. de alim. leg.
[g] l. cũ pater. §. cum inter. de leg. ij.
[h] In §. ult. Inst. de libert.
[i] l. qui Romæ. §. Flauius. de uerbor. oblig.
[k] l. j. §. illo. C. de lat. lib. toll.

eiusdem esse potestatis ait, sicut erãt Cõsules, 3 prætores, tribuni plebis, & similes. † Quapropter And. Siculi rationem non approbauerim[a], ecclesiam collegiatã (ut ipse ait) negantis, quoniam eius Canonici simul nõ habitarent: nã hoc nil refert uerius est, dũ aliter de eorum iure cõstet: sufficitq;, si eligere actorẽ cõ sueuerũt[b], & sigillo communi uti, aliaq; eiusmodi facere, quæ uniuersitatum propria sunt.

4 †Eadẽ ratione collegia dicuntur, in quibus, qui dent nomẽ, eliguntur, dum pauciores tribus non sint[c]. Sic collegium doctorum dicimus, sic & nauiculariorum, sic cæterorum artificũ. Fuit & collegium olim poëtarum. Solentq; hi aliquos sibi præficere, ut plurimum duumuiros, quos uoce parum latina Abbates uocamus. Sunt & qui unicum

5 rectorẽ habeant, sunt & qui nullũ: †nec enim ut collegium dicatur, necessariũ est aliquem ei præfici[d]: imò eo casu cõgregandi collegij, referẽdiq; ius ad eum pertinebit, qui in albo prior antiquiorq; sit[e]. † Posse autem eos collegas de his, quæ ad artem suam pertinent, con

6 stituere, secq; uicissim illis decretis alligare, euidentissimi iuris est, †dum tamẽ alijs præiudicium nullum inferant[f]: ut si monopolium sapiant, uel ambitiosa sint. Vnde cùm semel constituissent, ne qui sacris initiatus esset admitteretur: responsum est, decretum non ualere. Quod tamen in collegio iudicum, quale Mediolani est, non censetur seruandũ: nec enim huiusmodi decreto libertas ecclesiastica imminuitur, cùm iure quoq; Canonico à

8 ciuilibus iudicijs abstinere eos honestas suadeat[g]. † Sed nunquid constituere possint, ut aliquis nõ recipiatur, nisi omnib. consentientibus? Et licet constitutio ex se ualeat, præsertim si iuramentũ accesserit, putauerim tamẽ, qui à maiore parte admissus sit, iure admissum uideri. Nec enim legẽ sibi imponere potuerunt, à qua recedere non possint, tametsi

9 periuri efficiantur[h]. †Id enim in collegijs maior pars potest[i], quod totus ordo[k]. Et hoc maximè annotandum aduersus eos est, qui singuli plurima promittunt, munificosq; se exhibent, cùm uniuersi eius legis prætextu nihil extricent, fidemq; uiolent. † Si tamen à

10 principe eiusmodi constitutio confirmata esset, non diffiteor omnem cõsensum necessarium esse[l]. † Sed quam maiorẽ partem esse dicemus? & receptum est, duas partes ex tribus necessariò requiri: si tamẽ autoritate ordinarij iudicis omnes citati sint, & quia non aduenerint contumaces habiti, in his qui paruerint, solis ius uniuersitatis residet, tametsi minima pars adsit. Secus si à collegis simpliciter fuerint uocati, ut quia collegium præfectis careat, uel præfecti iurisdictionẽ non habeant[m]. Et ita ego censeo, repugnantiũq; sententias concilio.

¶§. QVI EXTRA.) Absentium procuratores rem ratam haberi[n], aut iudicatum solui, satisdare debẽt, præsentis non debent. †Quæritur ergo, quis abesse dicat. Et Iurisconsultus respõdet, eum abesse, qui extra continentia urbis est, id est, suburbia, & quatenus se urbs cõtinet. † Vulgati codices continentiam fœminino genere scriptum habent, sed ratio latini sermonis hoc non patitur: neutro itaq; genere pronunciandũ est. Sanè uerbum id, abesse, uarijs modis in iure accipi suprà[o] ostendimus, ut minimè operæprecium sit ea quæ diximus, repetere: tametsi & infrà Iurisconsultus de eodem nonnihil scribat.

1 *Mancipiũ uendens, tenetur id præstare, eum furto noxaq; solutum.*
2 *Et quomodo ea uerba accipi debeant.*
3 *Admittitur excusatio, qua dominus rei, ut furẽ liberet, sua sponte rem ablatam attestatur.*

Qui extra cõtinentia urbis est, abest: cęterum usq; ad continentia non abesse uidebitur.

IDEM LIB. XL.

ALEX CLXXIIII.

ALIVD est promittere.) ¶†Qui uendit 1 mancipium, tenetur id præstare[p], eum furto noxaq; solutum: †quæ uerba hoc significant, ut tempore, quo uenditur, solutus sit. Vnde quãuis aliquando furtum fecerit, si tamen ea noxa sit liberatus, redhibitioni locus non est. At qui furem non esse dicit, de moribus dixisse uidetur, & ideo hoc præstare debet, quòd nunq; furtum cõmiserit[q]. Sed & si 2 ipsi uenditori quandoq; furatus fuerit, non dubitatur quin ex stipulatione emptori succurratur[r]. Sed finge uenditorem, ut iudicium euitet, asserere, nullum furtum sibi à seruo unquam factum fuisse, sed seruum se uolente accepisse, & propter familiaritatem, quam cum seruo dominus habuit, fortè credendũ ei uideretur, cùm traditum sit, †admitti eam excu- 3 sationem, qua dominus rei, ut furem liberet, sua sponte rem ablatam attestatur[s], si ex amicitia, uel familiaritate, quam cum domino is, qui furti reus est, habebat, uerisimile id sit. Qua ratione deprensi in concubitu, & adulterij accusati, se excusant, si coniugium contraxisse asseuerent, eorumq; affirmatio uerisimilis sit[t]. Sed in proposita quæstione eam assertionem emptori non obesse existimauerim: cùm enim integritatem morum, & propositi, id est, uoluntatis serui pollicitus uenditor se præstiturum uideatur, non sufficit si sua sponte ablatã rem dixerit, nisi & hoc probetur credidisse seruum, qui abstulit, se uoluntate domini auferre.

1 *Quæ in fraudem creditorum facta sunt, restitui prætor iubet.*
2 *Factum dicitur, quod est redditum.*

[a] Barb. consil. 17. in j.
[b] Abb. c. à nobis. de iu. pat.
[c] l. Neratius. ff. eod.
[d] Innoc. c. cum non. de præb.
[e] l. final. de alb. scriben.
[f] l. fi. C. de iur. om. iud.
[g] c. ij. ne cler. uel mo.
[h] c. dilecto. de præb.
[i] l. quod maior. ad municip.
[k] Bald. l. fi. C. de aut. præst.
[l] Gl. c. ubi. uerb. singulis. de elect. in 6.
[m] Dec. e. cum omnes. de constit.
[n] Gl. l. præsens. de procur.
[o] l. mulieris.
[p] l. j. in prin. de ædil. edict.
[q] l. quod si nolit. §. j. eo. tit.
[r] l. furtũ. eo. tit.
[s] Bar. l. inter. §. rectè. de fur.
[t] Gl. l. pen. C. de fideiuss. Felin. c. j. de præscr.

3 *Stipulatio quæ de reddendo est, si actū sit, ut incontinenti reddatur, magis facti quàm dationis dicitur.*

4 *Qui dat, facere dicitur.*

1 FACIENDI.) ¶ †Quæ in fraudē creditorum facta essent, restitui prætor iubet[2]. Finge in fraudē creditorū illud q̄d sub conditione, uel in diē debebā, me creditori ante tempus reddidisse, an creditoribus cōsuleturꝰ Et indubitati iuris est cōsuli: †factum enim dicitur, q̄d est redditū. Quapropter & cū prætor, si quid metus causa factū affirmaret, auxiliū pollicitus esset[b], D. Marcus edicto declarauit, id quoq; factū uideri, cùm per metū sibi rem suā nō adito iudice aliquis debitorē reddere cōpulisset. Sanè cū stipulationes aliæ in facto, aliæ in dando consistant, †ea quæ de reddēdo est, si actū sit, ut incōtinenti reddat[c], magis facti q̄ dationis existimatur[d]: †tametsi & negari non possit, uerbum facere, tam generale esse, ut & dationē comprændat, quod infrà suo loco dicemus: qui enim dat, procul dubio aliquid facit.

a l. omnes. in fi. quæ in fraud. cred.

b l. extat. quod met.

c l. si pœnam. de uerb. oblig.

d Bal. l. cū allegass. de usur.

1 *Procurator solutioni recipiēdæ cōstitutus, si delegationē aliāue satisfactionem recipiat, debitorem non liberat.*

2 *Mandans solutionem recipi, mandasse id intelligitur, ut in specie debita recipiatur.*

3 *Quoties lex pecuniam solui uult, de alia satisfactione intelligi non potest.*

4 *Procurator recipiendæ solutioni constitutus, si confiteatur se recepisse, debitorem non liberat, nisi de uera numeratione constet.*

5 *Contraria sententia defensa.*

SOLVTIONIS.) ¶ Quid solutionis, liberationis, satisdationis, satisfactionisq; uerbo cōtineatur, superius à nobis traditum est.

1 Hîc solùm admonendi sumus, †procuratorē, qui solutioni recipiendæ cōstitutus sit, si delegationē aliámue satisfactionē recipiat, debitorem non liberare: ut enim solutionis uerbo uerum sit omnē satisfactionē accipi, tamē cùm aliud pro alio inuito creditore præstari

2 nō possit, † qui mandat, ut solutio recipiatur, mandasse id intelligit, ut in specie debita recipiatur: & ideo absq; domini consensu, procurator reū debendi liberare nō potuit, idq; Alex.[e] in facti quæstione respondit, quod & nos probamus. Dum ergo hîc omnē satisfactionē cōtineri dicitur, subinferendum est[f], quam tamē creditor acceptare uoluit. Addit

3 Bar. †quoties lex pecuniā solui uult, de alia satisfactione intelligi nō posse, quod à nobis superius explicatū est. † Illud constat, procuratorem ad recipiendum solutionē constitutū, si confiteatur se recepisse, debitorem nō liberari, nisi uera de numeratione aliter constaret: idq; frequentius receptū est: quoniā si de numeratione nō appareat, qui cōfitetur, donare uidetur: at huiusmodi mandato non est existimandū id actū, ut donare liceat[g]. †Fuere tamen, qui hoc in articulo dissentirēt, quorum sententia hac mihi uidetur ratione defendi posse: nam cur non ea fit interpretatio, ut de donādo mandatū uideatur, ratio illa prodita est, q̄ qui donat, p̄dit, remq; suā prodigit: quod in nostro casu non est, cùm possit dominus aduersus p̄curatorē agere, ut rationes reddat, restituatq;, quod se recepisse confessus est. quòd si soluendo procurator non sit, æquius est, ut domino id imputetur, qui huiusmodi procuratorē elegit, quàm creditori, qui bonam fidem sequutus ei satisfecit, & apocham recepit. Et satis durum uidetur ad debitorē id pertinere, ut probare debeat ueram numerationē interuenisse, ut sic in domini facultate sit procuratorem eligendo, duriorem debitoris conditionē facere. Et fortè uerior hæc opinio est, nisi q̄ ut in cæteris rebus, sic in iure numerantur plerunq; sententiæ, non ponderantur.

e Consil. 95. in 3 f l. item liberatur. in fi. qui. mod. pig.

g Bart. l. ij. in fi. cert. pet.

1 *Cauillari, uarijs modis in iure accipi.*

2 *Cauillari dicitur, qui eo assumpto, quod euidenter uerum est, dissimiliter, acceptis terminis, quod falsum est infert.*

3 *Tribus id modis fieri, ex Aristotele probatur.*

4 *Syllogismus sophisticus.*

5 *Restituta græca dictio in hac lege. & num. 7.*

6 *Διαβολὴ definitur.*

8 *Sophistæ nomen apud ueteres honestum.*

9 *Mutato facto, etiam ius mutari.*

10 *Ex facto ius oritur, quo uariato, & ipsum uariari necesse est.*

11 *An cauillationibus uti aduocatum deceat.*

NATVRA.) †Cauillari uarijs in iure modis accipitur. Cauillatur, qui calūnioſe agit. cauillatur, qui breuiter & falsè aduersarium sermone captat, aut irridet. cauillatur, qui sciens, ut suā sententiā tueatur, falsa prodit. †Specialius uerò, & ut ita dicā, ἐμφατικωτέρως cauillari dicitur, qui eo assumpto q̄d euidenter uerum est, dissimiliter, acceptis terminis, q̄d falsum est, infert. †Id tribus modis fieri Aristoteles in Elenchis tradit: aut eīm argumentū in materia peccat, aut in forma, aut in utroq;. In materia, ut si dicam: Quæ in nullius bonis sunt, occupanti cōceduntur: res sacræ in nullius bonis sunt, ergo occupanti conceduntur. Is autē syllogismus propriè σόφισμα appellat, de quo Accursius iurisconsultū hîc intellexisse existimat, cui & ipse assentior. In forma, ut: Omis seruus in potestate est, filius familiās est in potestate, ergo filius famil. seruus est, nomenq; huic argumēto παραλογισμὸς est.

est. In utroq; peccat, cùm dicimus, Quilibet seruus pro mortuo habet: nemo alieni iuris est, qui seruus nō sit: qui igitur alieni iuris nō est, pro mortuo non habetur. Sed hæc latius ab Aristotele eiusq; interpretib. accipienda

5 sūt. †Quomodo autem cauillatio græcè appellatur, iurisc̄onsultus hîc ostendit: sed in uulgatis codicibus uox illa deficit. Fuere igitur qui σοφολὼ reponendū existimaueruntꝰ † eam sic definiendam Lucianus arbitratus est, ut sit criminatio ἐν τῇ ἐπηρείᾳ, id est, nocumento orta, cùm reo nihil sciente, nedū ad cōtradicendū non admisso, soli delatori fides adhibetur. Qua ex definitione apparet, eam uocē hoc in loco non esse reponendam: hîc enim nō de calūnia agitur, sed de sophisti

7 co argumento. †Antiqui codices hîc γοητείων habent, & infrà de regulis iuris, ubi idem responsum legitur, σόφισμα, quæ lectio utraq; conuenit, posteriorq; plus mihi arridet, quæ magis specialiter rem exprimit, quandoquidem γοητεία pro quacūq; fraude uidetur posse accipi. †Apud antiquiores tamen sophistarum nomen honestū fuit, & qui philosophiæ

8 Doctores erant, uulgò sophistæ dicebantur, idq; ex Philostrato, & M. Victorino palàm est: suspicorq; propter malos eorū mores, nō minis quoq; dignitatē cōuersam: nam & Plutarchus, grauis autor, à maiorū institutis eos degenerasse ostendit, & pro philosophis, planos, sycophantasq; quosdā fuisse. Sanè hinc apparet, ex breuissima mutatione ueritatem

9 obnubilari: †unde proditū est, mutato facto, etiam ius mutari: nec ideo iurisconsultum reprændi posse, qui uaria responderit, cùm aliquantulū mutatę sibi facti species essent propositę: †ex facto enim ius oritur, quo uariato,

10 11 & ipsum uariari necesse est. † Sed an huiusmodi cauillationibus uti aduocatum deceat? Et

a 23. q. ij. dominus.

graui uiro conuenit nunq; uti[a]: nec enim debet quis de uictoria magis, q̄ de ueritate esse solicitus: quoniā id uitium, ut Cicero inquit, maximè contra prudentiam est. Sed recentio res pleriq; ambitione præcipites, omnes disciplinas puerilibus hisce nugis peruertere, & cùm paucis ueritatē explicare possent, per argumenta & oppositiones, artem in uerborū contentionē deduxere. Sic magno Reipub. Christianæ detrimento Theologi, sic & Philosophi, sic deniq; & legum interpretes fecere: receptissimūq; apud omnes est, licere aduocato bonā causam falsis rationib. tueri, & fraude fraudem trudere. Imò pro cōsilio proditum est, plurimas semper rationes iudicib. afferendas, uerisq; falsas immiscendas, cū indocti pleriq;, qui iusto argumento fidem nō adhibuerūt, futili moueant. Sed & nescio cuius Pontificis factū laudatur, qui nocenti impunitatē promiserat, ut delicti cōfessionē ex torqueret: huiusmodi ego dolū probare non possum, nec ex simili cōfessione damnari reū debere arbitror, cùm ea fiducia fateri potuerit, ut q̄p primū litiū carceris'ue molestiā euitaret, cùm crederet fore ut sibi fidem iudex seruaret: nisi ergo spe huiusmodi defectꝰ reus, priorē cōfessionē ratā habeat, liberabitur: atq; ita Imola & Deci. scripserūt[b], licet in cōtrariā sententiā frequētius ītū sit, pro

b l. ea est. ff. tit. j.

qua apud Græcos extat hîc Aeschyli senarius

Ἀπάτης δίκαιος οὐχ ἅπτεται θεός.

A fraude iusta nec deus quidem abstinet.

1 *Pecunia unde dicta.*

2 *Pecuniæ appellatio ad omnem censum refertur.*

3 *Pecuniam pro numis simpliciter accipi.*

4 *Hæreditatē uēdēs, rebus hæreditarijs euictis nihil præstat*

5 *Diminuta hæreditate, si grauatus restituere, tantū ex fructibus percepit, restituere eos cogitur, quatenus diminuta est.*

6 *Hæreditas quibus modis augeatur.*

7 *Iure gentium nullæ erant actiones, sed in XII. tabulis repertæ sunt.*

8 *Formulæ actionum olim uariæ.*

9 *Formula rei uendicationis pro re immobili.*

10 *Forma rei uendicationis pro re mobili.*

11 *Actionis in personam formula antiqua.*

12 *De interrogationibus & uindicijs.*

13 *Proposita olim actiōis formula, quæ fuerint iudicis partes*

14 *Sacramēto uincere apud M. Varronē, & Ciceronē, quid.*

15 *Sportulæ iudicum.*

16 *Vadimonium facere, siue uadari.*

17 *De legis actione.*

18 *Cùm lex de magistratu, apud quem legis actio est, uerba fecit, de ordinario iudice intelligit.*

19 *Actionum uariæ species.*

20 *Interdicta dicuntur, quasi interim dicta.*

21 *Officij iudicis imploratio, propriè persecutio dicitur, & ad mixti imperij causas pertinet.*

22 *Officiū iudicis quoq; competit, quod in executionibus exerceri solet.*

23 *Fideicōmissa antiquo iure an ordinariè per actionem peti potuerint.*

24 *Verbum, Debere, si ad omnes actiones refertur, etiam realem comprændet.*

PECVNIAE VERBVM.) a ¶ †Pecuniam dictam esse à pecu receptum est, quòd in pecoribus omnis ueterū census esset: hincq; tractū est, ut appellatio pecuniæ[c], cùm latissimè accipit, ad omnē censum referat, quo sensu & species, & corpora & iura quoq; cōtinentur: in fauorabilibusq; propius est, ut ita intelligamus. †Plinius tamen pecuniam pro numis simpliciter accipit, quòd pecudum nota antiquitus moneta signaretur: qui sensus in materia odiosa probabilior est[d], hocq; & uulgarem loquendi usum secuti pleriq; tradiderunt. quòd si subiectū argumentū nec omnino fauorabile[e], nec odiosum sit, mediā uiā deligemus, pecuniāq; ad id, q̄d in numerato est referemus[f]. idemq; si pondere uel mēsura cōsistat, ut in legatis & cōtractibus: nisi aliud ex cōiectura uoluntatis appareat, uel ratio legis

1 2 *c l. fin. C. de cōstit. pec.*

3 *d l. sed iul. §. mutui. ad Maced.*

e l. si uerò. in fi. fol. matr.

f Bar. l. talis. de lega. j.

æquè in corporib. ꝓcedat, atq; in quãtitate [a].

b ¶§. HÆREDITAS.) Ipsum ius est, persona defuncti referens, ideoq; ab ipsis rebus hereditarijs differt: unde qui hæreditatẽ uendit [b], rebus hæreditarijs euictis nihil præstat. ἀναφορικῶς tamẽ supra dixi pecuniam ipsam hereditariã, hæreditatis nomine accipi posse.

c ¶Decessionẽ.) Id est, diminutionem: † plerũq; eñ accidit, ut diminuatur hæreditas, quo casu grauatus restituere, si tantum ex fructib. percepit, restituere eos compellitur, quatenus decessit hereditas, ut Celsus & Metianus scribunt [c].

d ¶Vel.) † Id est, etiã fructibus. Augetur enim & alijs modis, ut partu ancillarũ [d], itẽq; pensionibus: interestq; hoc scire, ut omne hæres habeat: nam & fideicõmissario huiusmodi fructus restituendi sunt: nec distinguitur, coactus hæres, an sponte adierit: pars enim hæreditatis sunt, nihilq; à cæteris rebus hæreditarijs differunt [e]. Sed quid si iacente hæreditate seminatum est, & ea adita ab hærede fructus percepti? & existimauerim eatenus cõputandum, quatenus in agro spes, quæ additionis tempore suberat, uendi potuisset. Et ita accipi, quod uulgò dicitur in lege falcidia fructus pendentes hæreditatis esse [f], quodq; alibi traditur, hosce fructus filium sibi in legitimam iure naturæ debitam imputare [g]: licet alij aliter.

e ¶§. ACTIONIS.) † Iure gentiũ olim actiones nullæ erant, sed manu regia controuersiæ dirimebantur: deinde in XII. tabulis actiones repertæ sunt, & certis uerborũ formulis cõclusæ, quas à Põtificib. litigaturi accipiebant: qui formulã malè cõcepisset, causa cadebat. † Huiusmodi autem quæstiones in hoc genere, ut Quintil. lib. III. ait, uersabant, an huic, an cũ hoc, an hac lege, ãn apud hunc, an hoc tempore agere liceat: quas nũc dilatorias, declinatorias q; exceptiões appellamus: Hæ formulæ ex natura actionũ uariæ erant.

† In petitiõe fundi, huiusmodi q; rei immobilis, hæc ex parte uẽdicãtis uerba recepta fuisse traditũ est: Fundus qui est in agro, qui Sabinus uocatur, meus est: eum ego ex iure meũ esse aio: ibi ego te ex iure manu consertũ uoco. Cui is, à quo uendicabatur, sic præscribebat: Vnde tu me ex iure manu consertum uocasti, inde ego te reuoco. Quorũ uerborũ Cicero in oratiõe pro Muræna meminit, uimq; eorũ lib. ult. ca. IX. A. Gellius explicat. † Rei uerò mouẽtis uendicatio sic fiebat, apud magistratũ populi Ro, uel prætorẽ, uel præsidẽ, qui uendicat, in iudicio rem exhibitam tenens dicebat: Hanc ego rem ex iure Quiritium meam esse aio. Cui aduersarius: At ego eam cõtrà uendico. Quòd si aduersarius contrà nõ uendicabat, sed actui assentiebat, cessio in iure dicebatur [h]: fiebatq; ut plurimũ, cũ filiũ quis adoptiõis causa uẽ dicaret: imaginaria eñ hęc uendicatio obseruabat, prętorq; uẽdicãti addicebat, idq; legis actio uocabat: cuius rei libro Instit. II. Caius est autor. † Actionis in persona uerba erãt in usu, Aio te mihi dare oportere [i], itẽq; oportere facere, q̃rum Val. Probus in libello de præscriptis notis meminit. † Harum actionũ præparatoriæ erant interrogationes, & uindicię. Interrogatio sic fiebat: Q. T. I. I. C. P. A. T. F. A. Id est, Quando te in iure conspicio, postulo an te facias autorem. Vindiciæ erant ius possessionis, quo disceptabat pendente iudicio, penes utrũ res, quæ uendicabatur, deberet remanere: sic dictæ, ut Pedianus ait, quòd qui in his obtineret, uindicem, id est, prædẽ dare deberet, nil in re possessa deterius interim facturũ. Pompon. [k] Cũ animaduertisset, inquit, Virginius Ap. Claudiũ uindicias filiæ suæ à se abiudicasse, & ei, qui in seruitute ab eo supposita petierat, addixisse. Quæ uerba adduxi, quoniam in uulgatis codicibus corrupta circumferuntur. † Cæterũ proposita formula, Prætor de ea primũ cognoscebat, ut an formula uel actiõe actor excidisset, perspiceret, ut sic actionem, quod Vlpianus quoq; [l] usurpat, eximeret: si uerò negocio conueniens [m], iustaq; ea formula uideretur, actionem dabat, quam quoniam certis uerbis partes petebãt, impetrare dicebantur. Interrogabat enim, an sibi de ea re iudicandi potestatem facerent, ipsiq; se facere respondebant: sicq; iudicium accipiebatur, id est, lis cõtestabatur: deponebantq; in æde sacra sportulam, in qua pecunia erat, quã, qui uicisset, lucrabatur: ea pecunia sacramentum dicebatur. † Inde est apud M. Varronem, & Ciceronem, Sacramento uincere. † Et quia deinde cœptum est ex huiusmodi ære iudicibus honoraria persolui, sportulæ iudicum inde nomen traxerunt. Erant & qui re ipsa nõ deponerent, sed simpliciter sponderent: unde ductum, ut sponsione contendere dicerentur, tractabanturq; huiusmodi sacramenta, & sponsiones, ut ego arbitror, sponte partium: † inuiti uerò compellebantur uadimonium facere, id est, sub certa pœna se iudicio staturos promittere. Id etiam uadari dicitur, quòd sed plerunque actiones personales solemus dicere. Petitionis autem uerbo, in rem actiones significari uidentur. Persecutionis uerbo, extraordinarias persecutiones puto contineri: utputa fideicõmissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem.

¶ Hoc uerbum, debuit, omnẽ omnino actionem cõprendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicõmissaria fuit persecutio.

[a] l. j. & seq. de calum.
[b] Liu. in prin. de hæred. uen.
[c] l. si is qui CC. CC. ad Treb.
[d] l. ancillarum. de pet. hæred.
[e] l. ita tamen. §. j. ad Trebell. ubi Alex.
[f] l. in lege. ad l. falcid.
[g] l. in fideicom. ad Trebell. ubi Alex.
[h] l. j. §. j. de rei uend.
[i] l. uerbũ oportere ẽ. eod.
[k] l. ij. de orin.
[l] l. sed & §. ait. ẽ. ex quib. caus. ma.
[m] l. j. C. de fer.

quòd uidelicet ea de causa, qui multæ fidei possessor nõ erat, uadem, id est, fideiussorem dare tenebatur. † Supererat postremò legis actio, cùm prætor negociũ definiebat: id tribus uerbis explicat, Do, Dico, Addico. Primum ad actiones, quib. rem dari petimus: secundũ ad facta, uel rei uendicationẽ: ultimum ad executiões pertinet, sicut & adiudico. † Cùm igitur lex de magistratu, apud quem legis actio est, uerba facit, de ordinario iudice intelligit [a], qui nõ solũ iudicare, sed etiam exequi possit. Idemq; est, cũ de eo meminit, cui adiudicatio data sit, ut suprà uidimus [b].

† Sanè actionũ uariæ sunt species: nõ enim in rem, aut in personam tantùm sunt, sed etiam mixtæ, quibus utrunq; persequimur [c]: qualis est familiæ erciscundæ formula: sicut & personales in rem scriptæ, ut quæ ad exhibendum datur [d], omniaq; ferè interdicta: licet enim in personam sint, tamen ratione rei competunt [e]. † Dicuntur autem interdicta, quasi interim dicta: cùm enim possessionem respiciant, totam litem non perimunt, quin de dominio quæri possit: quapropter & præiudicia quandoq; appellantur. Interdicere autem apud ueteres id significat, quod interim dicere. Cicero in Rhetoricis ad Herennium lib. II. cap. XI. Verùm pueriles horum opiniones rectissimis rationibus, cùm uoles, refellemus: impræsentiarum hoc interdicere non alienũ fuit [f]. † Est & officij iudicis imploratio quã Persecutionẽ propriè uocamus [g], solaq; æquitate suggerente cõceditur, & ideo extra ordinariũ est iudiciũ. Pertinet autẽ ad mixti imperij causas, sicut Accusatio ad meri [h], Actio simpliciter ad nudam iurisdictionem: sic res iudicata executioni mandatur: sic de damno infecto cauetur [i], tutores constituuntur, iudices dantur, decretum semel iterumq; interponitur: sic & fideicõmissa olim effectum habebant, licet hodie Iustiniani constitutione actio concessa sit tam personalis, ẽ hypothecaria [k]. † Addit Angelus [l], officiũ quoq; iudicis cõpetere, quod in executionibus exerceri solet: quoniam si in testamẽto nõ cancellato nec abolito scripta sint, executionem in promptu habeãt [m]: cui ego assentior, licet alij cõtrà, quorum sententia hoc iure uerior esset.

† Sunt & qui hoc iure fideicõmissa ordinariè per actionem peti crediderint: nam plerunq; ex fideicommisso rem peti, agi, uendicari, in ipsis digestis reperitur. Accedit his, quod Vlpianus [n] scribit, per omnia exæquata esse legata fideicõmissis, uideturq; crebrior hæc esse sententia, cui tamen nos minimè assentimur: nec enim Vlpianus è conuerso dicit fideicõmissa legatis exæquari, ut sicut ordinario iure legata petũtur, ita & fideicõmissa peti necessariò fateamur: annotauimusq; plerisque in locis, uerba illa, peti, agi, uendicari, ad officium iudicis referri: qua de re Paradoxorum lib. II. cap. X. diffusius disputauimus: sentitq; nobiscum [o] Petrus, Cyn. Bald. Imola, Raphaël, & quãdoq; idem asseruit Bartolus cũ Accursio.

f ¶§. HOC VERBUM.) † Verbũ, debere, si ad omnes omnino actiones refertur, proculdubio etiã eam, quæ in rem est, cõprændet: quam sententiam ueriorem esse, etiam suprà testatus sum [p], & Accursius hìc probat: atq; ideo consequens est, ut lex municipalis aliquid aduersus eum, qui q̃d sibi debetur petere negligit, constituens, etiam de eo intelligatur, qui uendicare rem suam nolit [q], licet aliqui dissentiant. Qua ratione etiam arbitror, si quis liberationem ab eo, quod sibi debetur, legauerit, etiam legata uideri, quæ uendicari potuissent, nisi cùm probatur testatorem hoc non egisse, ut donaret, sed quia uerè redditas sibi rationes existimabat [r]: tunc enim ne furtum cõmittere quisquam tutor impunè possit, propius est, ut in rem actio hæredi detur. Sed & si quis uetet rationem reposci, clarum est, his uerbis non esse rei suæ dominium remissum [s]. Sed num is, qui id, quod Titius debet, fide sua esse iussit, promisisse etiã uidebitur, quod officio iudicis accessoriè debetur, quales in contractibus bonæ fidei sunt usuræ? Et non teneri uerius est, nisi in omnem casum promiserit [t].

1 *Hæc uerba, quanti ea res est, ad ueram rei æstimationem referuntur.*
2 *Plerunq; tamen etiam ipsum interesse continent.*
3 *Item hæc uerba interdum ad pœnam referuntur.*
4 *Clausula, In quantũ iudici æquũ uidebitur, quid cõtineat.*
5 *In iudicijs id dicitur esse uerum, quod ex actis uerum esse probatur.*
6 *Iudex secundũ acta iudicare debet, nõ secundũ cõscientiã.*

IDEM LIB. LI.

LEX CLXXIX.

INter hæc uerba, quanti ea res erit, uel quanti eam rem esse apparet, nihil interest: in utraq; enim clausula placet uerã in rem est, cõprændet: quam sententiam ueriorem esse, etiam suprà testatus sum [p], & Accursius hìc probat: atq; ideo consequens est, ut lex municipalis aliquid aduersus eum, qui q̃d sibi debetur petere negligit, constituens, etiam de eo intelligatur, qui uendicare rem suam nolit [q], licet aliqui dissentiant. Qua ratione etiam arbitror, si quis liberationem ab eo, quod sibi debetur, legauerit, etiam legata uideri, quæ uendicari potuissent, nisi cùm probatur testatorem hoc non egisse, ut donaret, sed quia uerè redditas sibi rationes existimabat [r]: tunc enim ne furtum cõmittere quisquam tutor impunè possit, propius est, ut in rem actio hæredi detur. Sed & si quis uetet rationem reposci, clarum est, his uerbis non esse rei suæ dominium remissum [s]. Sed num is, qui id, quod Titius debet, fide sua esse iussit, promisisse etiã uidebitur, quod officio iudicis accessoriè debetur, quales in contractibus bonæ fidei sunt usuræ? Et non teneri uerius est, nisi in omnem casum promiserit [t].

1 *Hæc uerba, quanti ea res est, ad ueram rei æstimationem referuntur.*
2 *Plerunq; tamen etiam ipsum interesse continent.*
3 *Item hæc uerba interdum ad pœnam referuntur.*
4 *Clausula, In quantũ iudici æquũ uidebitur, quid cõtineat.*
5 *In iudicijs id dicitur esse uerum, quod ex actis uerum esse probatur.*
6 *Iudex secundũ acta iudicare debet, nõ secundũ cõscientiã.*

INTER HAEC VERBA.) ¶† Hæc uerba, quanti ea res est, ad ueram rei, de qua agitur, æstimationem referuntur [u], non etiã ad id quod interest: illud enim plerunq; rei preciũ excedit. † Quandoq; tamẽ etiam id, quod interest, cõtinent: uerbi gratia, in magistratum qui damni infecti caueri non curauerit, lex, quanti ea res est, actionẽ dat [x]: eius enim culpa non minus damnũ rei, quàm accessiones quoque respicit: unde meritò omnis utilitas actori reponenda est, quoniã ea res, id est, detrimentũ de quo agitur, tanti est. Sed & hæc clausula ad eam, quæ petita est, quantitatem quãdoq; refertur [y], licet ueritas æstimationis alia sit, ut quidam sentiũt [z]: quod tamen ipse omnino non probo, intelligimusq; quanti ea res est, scilicet quę petita est [a]. † Referẽ & quã-

[a] l. iiij. de adop.
[b] l. aliud. ẽ. eod.
[c] §. quædam. Instit. de actio.
[d] l. iij. §. est autem. & §. fin. ad exhib.
[e] l. j. §. interdicta. de interd.
[f] l. actionis. ẽ. de act.
[g] l. actionis. ẽ. eod.
[h] l. imperiũ. de de iur. om. iu.
[i] l. iubẽt. co. tit.
[k] l. j. C. com. de leg.
[l] Ang. §. fin. in auth. de hær. & fal.
[m] Mod. l. fin. C. de edict. diui Adria.
[n] l. j. de leg. j.
[o] l. etiam. C. de compensat.
[p] l. creditores. ẽ. eod.
[q] Bal. Iaſ. Inſtit. de act. in prin.
[r] Bald. l. cũ neceſſ. C. de fidei cõm. l. pactũ. C. de coll. q. xij.
[s] l. fi. §. pen. de lib. leg.
[t] l. quæro. ff. loc.
[u] l. arbitrio. ẽ. de dol. l. prætor. ij. ui bon. rapt.
[x] l. iiij. §. in cũ. de dam. infe.
[y] l. fin. ẽ. ſi quis ius di.
[z] l. iij. in fi. qui ſatisd. cog.
[a] l. hæc uerba. j. eod.

a l. nouissima. iud. sol.

b l. fin. de uar. cog.

c l. fin. de pro.

d l. illicitus. §. ueritas. de offic. præf.

e §. fin. in auth. de iudic.

f l. Pomp. de re iud.

g l. j. in prin. de uerb. oblig.

h l. quæritur. de stat. ho.

doq; ad pœnam, ut cùm quis stipulatur, si dolus malus non aberit, quanti ea res erit dare spondes? †Est & alia clausula huic similis, In quantũ iudici æquum uidebitur[b]: quæ sine dubio idq; quod interest, continet. Hinc autem notandũ est, nõ differre quanti est, uel quanti esse apparet: id eẽ esse dicimus, quod probatum est. † Vnde in iudicijs id uerũ esse proditum est[c], nõ quod ex se simpliciter uerum est, sed q̃d ex actis uerum esse probatur. Qua ratione infertur, debere iudicẽ[d] secundũ acta iudicare, non secundũ cõscientiam suam: nisi is legibus solutus sit, ut princeps, uel qui absq; actorum confectione ius dicere possit, uel exploratissimũ habeat, nihilq; penitus dubitet, quin ueritas aliter se habeat, quàm probatum fuerit: tũc enim principem admonere debet, cùm probabiliter dubitet, illudq; exequetur, quod sibi responsum fuerit[e]. Crediderim & posse eum munere iudicandi absolui, si sibi non liquere iurauerit: cũ enim per conscientiam suam probationes infirmentur, nõ iniuria quid agere debeat, dubitare potest: & ideo more maiorum iurabit N. L. id est, non liquere[f]. Quod & A. Gellius, cùm iudex à prætore allectus esset, se in casu non æquè dubio fecisse autor est, libro XIIII. cap. II.

rei æstimationẽ fieri.

POMPON. LIB. XXX. LEX CLXXX.

TVgurij appellatione, omne ædificium, quod rusticę rei magis custodiendæ cõuenit, q̃d quod urbanis ædibus, significatur. Offilius ait, tugurium à tecto tanq; tegularium esse dictum, ut toga, quòd ea tegamur.

lustri, stramentis'ue, uel etiã, ut Verg. scribit, cespite cõtectum sit, cuius parietes uiminei, luto uel huiusmodi materia crustati sint. Videturq; prius dictum esse tegurium à tegulo, quasi tegulariũ: non autem à tecto, ut uulgati hîc habẽt codices. Plin. Tegulo aquaticarum arundinũ domos suas septẽtriõales populi operiunt. † Hunc in modũ domunculas suas habebant Aphri, quas Verg. mapalia, Iuuenalis attegias uocat.

IDEM LIB. XXXV. LEX CLXXXI.

VErbũ illud, pertinere, latissimè patet: nam & eis rebus petẽdis aptũ est, quę dñij nostri sunt, & eis, quas iure aliquo possideamus, q̃uis nostri dñij non sint. ptinere ad nos etiã ea dicimus, quæ in nulla eorũ causa sint, sed esse possint.

1 *Tugurium quid, & unde dictum.*
2 *Res ab eo denominandæ, quod sibi specialius est.*
3 *Vnumquodq; ab eo, quod potentius est, denominari debet.*
4 *Mapalia & attegiæ apud Verg. & Iuuenal.*

1 TVGVRII.) ¶ † Tugurij rustica est casa, à tegendo dictum, quòd uidelicet maximum in eo usum præstet, quòd ab aëre & pluuijs nos tegat: propter fragilitatem enim cratium, nec à frigore satis defendit, nec à calore, neq; admodum à furibus, effractoribus tutũ est. † Hinc q; apparet, debere quascunq; res ab eo potius denominari, q̃d sibi specialius est, q̃ quod cũ alijs cõmune habeat. Sic stipulatio potius à uerborũ firmitate, q̃ à consensu nomen sumpsit[g]. Sic hominem negat Fab. Quintil. ab humo dictum, cùm id omnibus animantibus cõmune sit: † nam & ab eo, quod potentius est, unũquodq; denominari debet: potentius autẽ id censetur, q̃d magis specialiter cõuenit[h]. † Sanè uidetur Iurisconsultus tugurij accipere pro quacunq; domo rustica: quod ita simpliciter uerum non est: quæ enim parietibus & tegulis lateritijs constat, tugurij nõ est: igitur de gurgustiolo intelligendũ est, quod uel arũdine, uel ulua pa-

1 *Verbum, Pertinere, latissimam habet significationem.*
2 *Pertinere ad me dicitur, quod nullo iure pertinet, sed pertinere potest.*
3 *Articuli dicũtur pertinentes, si quoquo modo etiam leuissimè causæ adminiculentur.*
4 *Petens rem in libello, cũ his, quæ ad eam pertinent, petijsse intelligitur quicquid ad eam spectat.*
5 *Furti aliquem accusans, si simpliciter dicat, rem ad se pertinere, obtinebit.*
6 *Verbum, Pertinere, in substitutionibus commune est.*

VERBVM illud pertinere.) ¶ † Verbum pertinere, latissimã habet significationem: siue eẽ res aliqua ad me iure dominij, siue etiã iure possessionis tantũ spectet, pertinere dicitur: idem si iure pignoris. † sed & si nullo iure pertineat, sed pertinere possit, idẽ dicendum est. Quare si quis mihi Stichũ dare promiserit, quo casu sola personali actione conueniri potest, uerè potero dicere Stichũ ad me pertinere. † Quapropter dicunt articuli ad causam pertinere, qui quoquo modo uel leuissimè adminiculentur[i], atq; ideo admittendi sunt. † Sed & qui quamcunq; in libello rem petit, cũ his quæ ad eam pertinent, petijsse intelligẽt quicquid ad eam spectat, seu ex iuris communis, uel municipalis forma[k], seu ex cõsuetudine, seu per se, seu per alium[l]. Vnde qui fundũ cum his, quæ ad fundum pertinẽt, uendidit, ius quoq; incidendi nemoris pro illius fundi usu uendidisse intelligetur[m], si ex dñi consuetudine id nemus in hoc deputatũ erat: atq; id Socino placuit. Sed & si Rom. Pontifex episcopo concedit, quæcunq; ad legatos pertinent, ea quoq; tribuisse uidebitur, quæ speciali priuilegio legati cõsequuntur, ut Decius respondit[n], & mihi placet: quoniã id beneficiũ tanquã fauorabile interpretatione adiuuandũ est. † Cęterũ dubitari potest, cùm is, qui furti accusat, debeat asserere in libello, an res ablata iure proprietatis uel quasi dñij ad se spectet: si simpliciter ad se pertinere dicat, an causam obtinere possit? Et quidã negãt, propter eius uerbi incertitudinem,

i Bal. c. iij. contra de ius.

k Doct. c. cũ sedem. de rer. spol.

l Gl. c. fi. de elect. in 6.

m Socin. l. j. de reb. dub.

n Consil. xxx.

a Soci. consil. 8. col. ij.

b l. si quis intentione. de iud.

c l. licet. C. de pact.

d l. cogi. ad Trebell.

e l. chorus. de legat. iij.

f l. fin. C. de inoffi. test.

g l. recte. §. ex quib. cau. ma.

h l. iiij. de manumiss.

i l. quod seruus. de acq. poss.

k Bartol. l. si id quod. de condict. indeb.

l l. quod attinet. §. tut. j.

m l. j. de acquir. possess.

dinẽ[a]. At ipse aio: debet enim ad iuris dispositionem referri, ut de eo intelligatur, quod sustinendæ intentioni necessarium erat[b]. Illud nõ omittendum, id uerbum in substitutionibus cõmune esse, & tam ad directam q̃ fideicõmissariam substitutionem referri[c], idq; frequẽtius proditum est.

VLP. LIB. XXVIII. AD EDICTVM. LEX CLXXXII.

PAterfamiliâs peculiũ habere nõ potest, quẽadmodũ nec seruus bona.

IDEM LIB. XXVIII.

1 *Peculij lata significatio.*
2 *De quo peculio Iurisconsultus hîc loquatur.*
3 *In filijsfam. peculiũ quadruplex.*
4 *Peculium seruorum.*
5 *Serui præter peculiũ nihil proprij habere possunt.*
6 *Seruus iure gentium bona habere potest.*
7 *Seruus naturaliter possidere potuit, non etiam ciuiliter.*

1 PATERFAMILIAS.) ¶ † Peculium lata significatione pro patrimonio omni accipitur[d]. ea quoq; pecunia, quam repositã quis in subitos casus habet, peculiũ dicitur. Quapropter Proculus se audisse rusticos senes refert, asserentes pecuniam sine peculio fragilem esse[e]. † Sed hoc sensu minimè id responsum intelligi potest. Est & peculium, de quo hîc Iurisconsultus loquitur, quod nisi his, qui in aliena potestate sunt, quæritur: & cùm extra potestatem mittuntur, amplius peculium 3 non est[f]. † In filijsfamiliâs profectitium dicitur, quod propter patrem habent: Aduentitium, quod aliunde: Castrense, quod militibus acquiritur: Quasi Castrense, his qui priuilegia militum habent, quales sunt sacerdotes, & aduocati. † Habent & serui peculium, quod illis dominus administrandum permittit: unde etiam exercitoria institoriaq; actio prodita est: † alioquin proprium nihil habere possunt serui[g], præterquàm si quid conniuentibus oculis domini acquirãt[h], uel ex dimenso suo, uel aliunde. † Iure tamen gentium non ambigo seruum bona habere posse, quod in Hebraica Regum historia cap. IX. & cap. XVI. probatur. Vnde si paulò opulentiores essent, ad munera quoque publica eligebantur, quod ab Aristotele lib. Politicorum IIII. cap. XV. proditum est. Nam & eo iure dominis sine legitima prole decedentibus, succedebant, ut ὡ τοῖς βιβλίοις Geneseos cap. XV. habetur: & ideo Cornel. Tacitus non multũ à liberis apud Germanos differre eos tradidit. † Vnde nõ dubito, seruũ naturaliter possidere potuisse[i]: licet ciuiliter secus sit[k]. Nec mihi placet quorũdam sententia, duplex ius gentium distinguentium, ut ex antiquiore serui sibi acquirerent, ex posteriore non acquirerent, sed pro nihilo reputarentur: hæc enim distinctio iure probari nõ potest, & lex expressim iure ciuili incapaces eos esse[l], non autem gentium dicit: mecumq; Archidiac. & Aret. senserunt[m].

1 *Taberna unde dicta.*
2 *Argumentum ab etymologia quando ualeat.*
3 *Cùm etymologia uim definitionis habet, argumentum & affirmatiuè & negatiuè concludit.*
4. 5 *Cùm etymologia naturam suam seruat, argumentum affirmatiuè non ualet, negatiuè ualet.*
6 *Quod non procedit, si ratio inuentionis uocabuli aliud inducat.*

AD EDICTVM. LEX CLXXXIII.

TAbernę appellatio, declarat omne utile ad habitandum ædificium, nõ ex eo, quòd tabulis claudatur.

7 *Monachi, tutores, pontifex, Augustus, unde dicti.*
8 *Si ab eo, quod olim obseruabatur, nomẽ deductum sit, argumentum ab etymo nõ concludit.*
9 *Allusio ad solius uocis similitudinẽ refertur.*
10 *Vera possessionis, magistri, furis, testamenti, sacelli, interdicti, deriuatio.*
11 *Argumentum ab allusione quando sit ualidum.*
12 *Allusio quid sit.*

TABERNAE.) ¶ † Taberna dicta est, q̃d tabulis, ut Festus interpretatur, conficeretur, non quòd tantummodo claudereturr: omne tamen ædificium, licet tabulis nõ confi ciatur, uel claudatur, taberna dici potest. Et hinc apparet, argumentũ ab etymologia, etiã negatiuè assumẽdo, nõ ualere. † In quo articulo inextricabiliter ferè disputatũ est. Sed hãc rem ego sic finire soleo. † Cũ etymologia uim diffinitionis habet, quam κατ' ἀντίλεξιν Victorinus appellat, argumentũ & affirmatiuè & negatiuè concludit: ut, donatio, est doni datio: exceptio, est actionis exclusio: instrumentum, quod instruit causam. Appellarunt autem ueteres id genus nõ etymologiã, sed aduerbiũ. † Cùm uerò etymologia naturã suam seruat, argumentũ affirmatiuè nõ est efficax: cùm eẽ generalius id sit, unde fit deductio, q̃ ipsum quod deducitur[n], posita aliqua generis parte, nõ sequitur, eam speciẽ, de qua agimus, poni: unde qui dicit, id de meo fit tuum, nõ ideo concludit esse mutuũ. † Negatiuè uerò efficax est, quia à quo remouet genus, ab eo & quælibet species remouet. exempli causa: Fur à ferendo, id est, cõtrectando dicitur: uerum erit, si dicamus, res non fuit contrectata, igitur in ea furtũ factum nõ est[o]: & id pro regula proditum est: † Quæ hanc exceptionẽ patitur, ut nõ procedat, cùm ratio inuentionis uocabuli aliud inducit. Quid eẽ, si quid inductũ est ab eo, quod fieri deberet? Nõ sequitur, si id minus fiat, nomẽ nõ competere. † Tutores dicti sunt, quòd pupillũ tueri debent: Monachi, quòd solitarij esse deberent: nõ consequitur, eum tutorem, qui pupillum negligit, nõ esse tutorem: nec assiduum in frequentibus locis, nõ esse monachũ. Quod & in Pontifice, & Augusto ex recentiũ interpretatione dicendũ est: iandiu enim est, cùm nec Pontifices ad uitã ęternã nobis pontẽ faciũt, nec augent imperium Augusti. † Quid item, si ab eo, quod olim & frequentius obseruabatur, nomẽ deductũ sit? ut nuptiæ, quòd in his solerent obnubi capita[p]: tametsi non obnu-

n l. si quid. §. inter. de leg. iij.

o l. j. de acquir. possess.

p Instit. de pat. pot. in prin.

bantur hodie mulieres, sunt tamen nuptiæ. Sic taberna prius dicta, q̃d ex tabulis fieret: unde etiam si alio modo cõficiatur, nihilominus seruat nomen. Sic monasterium nomen retinet, etiam si à monachis derelictũ sit [a]. Putarem tamen in dubijs propius esse, ut arbitremur, ab eo, q̃d de substantia impræsentiarũ sit [b], fieri deriuationem, quàm ab eo, quod esse deberet, uel olim fuerit. Et ideo cõsequens erit, Caret molis, ergo non est molendinum, ut Baldus scripsit [c]. Item, non inuenitur in bonis pupilli, ergo in inuentario describendum nõ est [d], ut Bartolus existimauit. & hæc in etymologia procedunt, quam ueriloquiũ Cicero appellat. † In allusione uerò aliud est: hæc enim nec ad substantiam rei, nec ad deriuationem omnino respicit, sed ad solius uocis similitudinem refertur: ut, possessio quasi positio, magistri quòd monstrent, furtum quasi furuum, testamentum testatio mentis, sacellum sacra cella, interdictum inter duos dictum: † uera enim possessionis etymologia est, à sedibus: magistri, quòd curam magis cæteris præstare debeat: furis à græco φῶρ, quæ uox ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι, id est, auferendo, cõtrectandoq; deducitur: testamẽti sacelliq; à simplici testatione, & sacro: interdicti, quasi interim dicti, ut suprà ostendimus. † Vnde cõsequens est, ut cũ allusio ad similitudinẽ uocũ solùm referatur, argumentũ ab ea non sit iustum, nisi similitudini nominis similitudo quoq; rationis accedat. Damnanẽ plerisq; huiusmodi allusiones, ut à Donato, Fabioq; Quintil. lib. 1. Sed & Hieronymus quadam epistola interpretem Lucæ damnat, qui alludit in uerbis, friget in sensu. † Videtur allusio esse, quam Græci, ut Martianus inquit, παρίσωσιν uocãt, uel παρονομασίαν, id est, adnominationem.

a c. cũ dilectus. de consu.

b Abb. c. j. in fi. de iudic.

c Bald. c. j. §. si quid. de contr. inuest.

d l. tutor. de admin. tut.

9

1 Taberna pro omni habitatione.
2 Contubernales sunt, qui simul habitant.
3 Taberna ex usu loquendi dicitur, in qua merces uenduntur.
4 Tabernarij apud Ciceronem.
5 Contubernales qui sint in re militari.
6 Contubernium.

INDE.) a ¶Contubernales.) Aedificia antiquorum solis tabulis constabant, claude
1 banturq; † unde taberna generaliter potest ac
2 cipi pro omi habitatione, & tabernaculo. † In
3 de & cõtubernales, qui simul habitãt. † Vsus tamen posteriorũ obtinuit, ut tabernam simpliciter dicamus, in qua merces uenduntur. Sicq; Catullus dixisse uidetur: Salax taberna uosq; contubernales, A pileatis nona fratribus pila. † Sic & M. Cicero tabernarios accepit pro his, qui negociationes in tabernis faciunt, dum inquit: Opifices & tabernarios,
4

PAVL. LIB. XXVIII. LEX CLXXXIIII.

INde tabernacula, & cõtubernales [a], dicti sunt.

VLP. LIB. XXVIII. AD EDICT. LEX CLXXXV.

INstructam autem tabernam sic accipimus, quę & rebus & hominibus ad negociationem parata constat.

IDEM. LEX CLXXXVI.

COmmendare nihil aliud est, q̃ deponere.

1 Tabernam uendens uel legans, de solo loco intellexisse uidetur: tabernam uerò pignerans, etiam merces pignerasse dicitur.
2 Si tabernã cum instrumento dicat, quid in ea contineatur.
3 Instructam tabernam quomodo Vlpianus accipiat.

INSTRVCTAM.) † Qui tabernam uendit, uel etiam legat, de loco ipso intellexisse uidetur [g], nõ de instrumento uel mercibus. qui uerò pignerat [h], etiã merces pignerasse intelligitur: nullum enim inde detrimentũ debitori affertur, cùm nõ ideo plus debeat. Idemq; si quis de taberna pannaria seu pannorũ contrahat [i]: uidentur eẽ merces causa demõstrationis adiectæ. † Quòd si tabernã cum instrumento dicit, nõ cõtineri institores Paulus respondit [k]: sunt enim illi negociationis ipsius, non autem loci instrumenta: unde tabernæ cauponiæ instrumento legato, loci tantũ instrumenta præstabuntur, ut doliaria uasa, uectiones, ancones, calices, trullæ, quæ circa ahenum solent trajici, cõgiaria, sextaria. † Nec obstat, quòd instructam tabernam hîc Vlpianus appellet, quæ nõ solùm rebus, sed etiam hominibus ad negociationẽ parata est: quia quamuis taberna hominibus instructa dici possit [l], non tamen institores ipsi tabernæ instrumenta propriè sunt, nisi cùm tabernam pro uniuersitate iurium ipsius negociationis, non autem simpliciter pro loco accipere nos constat. de cæteris igitur seruis accipiendum hîc est, cùm eiusmodi est negociationis genus, ut sine operis non consistat [m].

1 Commendare in iure uariè accipi.
2 Commendatio generalibus uerbis facta non obligat.

COMMENDARE.) † Commendare uarijs modis in iure accipitur. Cõmendamus amicum, quem laudibus, ut charior alicui sit, prosequimur. Commendamus rem, quam deponimus: unde qui centum tibi cõmendat, usuras exigere non potest: id enim notissimos depositi terminos excederet. Cõmendat [n] & Rom. Pontifex sacerdotia, cùm administratorem generalem alicuius opulenti templi aliquem constituit, censeturq; is liberam habere procurationem, modo nimirum reperto, quo citra ius irreuocabilis tituli ex sacrorum fructibus οἱ ἑλκεσιπέπλοι luxuriarentur. Commendat etiam qui custodiam mandat,

c l. rem. §. licet mod. 6

f l. liberorum. eod.

1

g l. qui tabernas. de contr. emp.
h l. qui tabernam. de pig.
i Bar. l. cum pater. §. mense. de leg. ij. 2

k l. tabernæ fund. instr. 3

4

l l. liberorum. §. sed si bibliothecæ. de leg. iij.

m l. cum quæritur. de fundo instr. 1

n c. nemo. de elect.

2 mandat. † Sanè uerbis generalibus facta commendatio [a] nõ obligat [b]: & testator qui libertũ suum hæredi cõmendat, nõ ideo alimenta legasse existimatur. Sed & si Seium tibi cõmendem, iubeamq; ei plenam fidem adhiberi, nõ tamen meo periculo illi credes, cũ aliquid persuadere tibi uoluerit [c], quod ad suã utilitatẽ uel honorẽ pertineat: ut si se constitutũ à me procuratorem dicat.

a Bar. l. Lucius. de fideiuss.
b l. fideicõm. §. j. de leg. iij.
c l. fin. C. quod cum eo.

1 Verbum, exigere, uariè accipi.
2 Exegisse propriè dicitur, qui id recepit, quod instituta actione petebat.
3 Exactam pecuniam quomodo Vlpianus intelligat.
4 Delegatio uicem solutionis habet.
5 Procurator ad exigendum cõstitutus, etiam præsente domino uoluntariam solutionem recipere potest.
6 An mulier, cui ususfructus legatus est, donec dotem non exegerit, si alteri actiones cedat, legato excludatur.

IDEM LIB. XXX. LEX CLXXXVII.

VErbum, exactæ pecuniæ, nõ solũ ad solutionẽ referendũ est, uerumetiã ad delegationem.

IDEM LIB. XXIII. AD EDICTVM. LEX CLXXXVIII.

1 VERBVM EXACTAE.) ¶† Exigere uariè accipitur. exigit qui extra agit, id est expellit: inde exacti reges urbe Roma Pomponio [d]. Exigit, qui requirit, qui perficit, qui iniustè petit [e]. † Sed stricta significatione propriè exegisse dicitur [f], qui id recepit, quod instituta actione petebat: unde exigere ab inuito accipitur. Iurisconsul. tamen latius id uerbum patêre existimauit, † & exactã pecuniã intelligit, quæ persoluta est: siue enim uolẽs, siue inuitus debitor dederit, non est dubiũ dici eum soluisse. Sed & exegisse dicitur, cui per delegationem satisfactũ est, † cùm delegationem uicem solutionis habere receptũ sit [g]: hincq; arbitror in dubijs hunc sensum admittendum esse, ut exegisse dicamus, etiã quod sponte debitor obtulit, cùm alioquin inuitũ potuissemus cogere: † unde qui procurator ad exigendum constitutus est, etiam præsente domino uoluntariam solutionem recipere poterit [h], idq; crebrius probatum est. † Sed an mulier, cui ususfructus à marito legatus est, donec dotem non exegerit, si alteri actiones cedat, legato excludetur [i]? Et non excludi uerius est: qui enim cedit, non ideo exigit. quòd si cessionarius ipse exegerit, putauerim usumfructum amplius non deberi: nõ enim à testatore hæredem in tantum uoluisse grauari credendum est: atqui ideo usumfructũ legauit, quia interim dotem hæres possidebat. Sibi igitur imputet mulier, ex cuius facto conditio deficit [k].

d l. ij. de ori. iu. 2
e x. q. ij. quia. Archid.
f l. fideicõ. §. si rem. de leg. iij. 3
4
g l. quamuis. §. interdum. ad Vell.
5
6
h l. non solum. sol. matr.
i Bart. authent. quod locũ. in fin. C. si mul. sec. nupt.
k l. qui per aliũ. j. tit. j. Bart. l. amplius. in fi. rem rat. hab.

1 Habere tam ad dominium, quàm possessionem refertur.
2 Is qui de facto detinet, habere dicitur.
3 Hæc uerba, Habere licere, in uenditionis contractu eum solum intellectum recipiunt, ut emptori liceat sine interpellatione obtinere.
4 Venditorem non teneri ad dominij translationem.
5 Hæc stipulatio, habere licere, est indiuidua.
6 Cauere dicitur, qui uel fideiussores, uel pignora dat.
7 Si lex ideo caueri uelit, ut creditor reddatur securior, simplex stipulatio non sufficit: secus si eum cauere ue it, quem adhuc debitorem esse non constat.

HABERE.) ¶† Habere generale uerbum, quod & ad ius dominij, & ad possessionẽ refertur. † qui etiã de facto detinet, ut seruus, habere dicitur [l]. Cornelius Fronto, in libro quem de Verborum differentijs scripsit: Habere, in quit, potest etiam fur, nequam: possidet nemo, nisi qui aut relictæ, aut donatæ, aut emptę rei dominus est: ita in habente onus, in possidente usus est. Quibus uerbis à iure antiquo proditam differentiam declarare uidetur, non autem id iuris quod hodie receptum est [m]. † Solebant autem in uenditionibus emptori promitti habere licere: quę uerba cùm ex se duplicem habeant intellectum, in hoc contractu alterum tantummodo recipiunt, ut uidelicet emptori liceat sine interpellatione obtinere: in eo enim contractu de iure dominij actum nõ uidetur [n]: † quoniam uerior est eorum sententia, qui non teneri ad dominij translationem uenditorem existimauerunt, & ideo tradendo liberari, q̃d & Iurisconsultus hic sentit [o], & nos quãdoq; p disputando demonstrauimus [p], licet in contrariam partem frequentius itum sit. † Sanè hæc stipulatio, habere licere, diuisionem non recipit [q]: accedit enim cõtractui uenditionis, qui pro parte ualere non debet: unde si rei diuiduæ accederet, aliud dicendum esset: quod plerique probant [r].

l l. stipula. ista. §. hi qui. de uerb. oblig. 1
2
m ẽ. cod. l. quæstio. 3
n l. si ita. de contrab. empt. 4
o l. si stipul. de usur.
p l. j. C. de eo quod inter. 5
q l. cum ex causa. de uer. obl.
r l. iij. ẽ. de uer. oblig. 6

¶ §. CAVTVM.) † Siue fideiussores quis dederit, siue pignora, cauisse dicitur: uerbum enim cauere, idem significat, quod securum facere. Is autem securus est, cui uel pignore, uel fideiusione consultum est. † Et ideo quoties lex ea causa caueri postulat, quòd securiorem reddere creditorẽ uelit, existimarem simplicem stipulationem non sufficere. si uerò eum, quem adhuc debitorem esse nõ constat, cauere uelit, secus est: quoniam Iustinianus sanxit [s] cautiõis nomine, uel ἀσφαλείας (ita enim ille scripsit, licet in uulgatis codicibus græca uox, quæ securitatem significat, deficiat) nudam promissionem significari. Satis quippe illi cautum dicitur, qui per stipulationem iuri suo cõsuluit. Quòd si is debitor pauper suspectúsue sit, sola stipulatio non sufficeret [t]: non enim securus creditor esset: qua de re superius [u] à nobis latius disputatum est.

7
s l. sancimus. C. de uerb. sig.
t l. pen. de pet. hæred.
u l. satisdationis.

1 Promissio, ut aliquis non faciat, duplicem habet sensum.
2 Facti appellatione, etiam ne fiat continetur.
3 Et quomodo eo in tractatu sit distinguendum. & num. 4.

a l.ſi fundus. loca.

1 FACERE.) ¶†Promiſit aliquis non facere[a], quò minus domo mihi locata frui poſſim: habent ea uerba duplicē ſignificationē. Altera eſt, ut abſtineat ab omni facto, per ꝙd uſus meus impediretur. Altera eſt, ut etiam curet, ne à quouis alio impediatur: & hîc ex uulgari ſcriptura ſenſus elicitur. Alij tamē codices, facere oportere, abſq; negatione 2 ſcriptū habēt: †qua ex lectione colligitur, facti appellatione, etiam ne fiat 3 contineri. † In quo tractatu ſic diſtinguendum opinor: aut facta accipim⁹, quatenus ab his, quæ iuris ſunt differunt, & propriè obligationē, ne quid fiat, facti eſſe dicemus: cùm enim in dando nō conſiſtat, cōſequens

b l.ij.ſ.de uerb. oblig.

eſt, ut facti ſit[b]. Aut in naturalem ſenſum id uerbū accipimus, & qui nō facit, propriè facere non dicit: quapropter lex perduellionis, quæ eos inſequit, qui aduerſus principis perſonam aliquid faciunt, in eo locum ſibi non

c l.j. & ij. ad legem Pomp.

uendicabit[c], qui conſpirationē ſciens, non reuelat, idq; receptius eſt: punietur enim mitius: & hoc ex proprio ſenſu dicendū eſt: nam ex interpretatione legis aliquando ultra uim uerbi aliud reſpondemus. Vnde fraudem facere creditoribus intelligitur, qui ſeruitutes

d l. iiij.ſ. quæ in fraud. cred.

per negligentiam amittit, uel rem pro derelicto habet[d]. † Cæterum cùm in lege de eo fit mentio, qui contrà facit, obſeruabimus qualis ſit iuſſio: ſi enim affirmatiua eſt, qui negligit, aduerſus eam facere dicit[e]: rurſus ſi prohibitiua, ne quid fiat, ſit, aduerſus eam negligendo non facimus, ſed faciendo tantùm. Hinc; apparet, ſi à teſtatore ei hæredi pœna cōſtituatur, qui aliqua in re aduerſus teſtamentum fecerit, pœnam cōmitti, ſi legata ſoluere

e l.ſi quis maior. C. de trāſact.

f Alex. l.ubi. §. qui id quod. de uerb. oblig.

hæres neglexerit, idq; indubitati iuris opinor, tametſi quidam aliter exiſtimauerint[f].

1 Prouinciales qui dici poſſint.
2 Ex iure domicilij patria acquiritur.
3 In prouincia ortos, & alibi domiciliū habentes, prouinciales non eſſe, quomodo accipi debeat.
4 Ortus & oriundus inter ſe differunt.
5 Appellatione Florentinorum non ſolùm hi cōtinentur, qui Florentiæ originarij incolæq; ſunt, ſed etiam qui altero tantū iure nituntur.
6 Ius prænſionis à ueteribus Clarigatio dicebatur.
7 Prouincialem eſſe, & de prouincia eſſe, idem ſignificat.

1 PROVINCIALES.) ¶†Vario modo uidetur accipi prouincialem poſſe: & qui origine incolatuq; ex prouincia eſt, is omnino abſq; ulla dubitatiōe prouincialis eſt: ſed & qui in prouincia domicilium habent, id no minis ſortiūtur. Hinc Apollonius Rhodius dictus eſt, quamuis patria Alexandrinus eſſet, ut Suidas ſcribit. Agrippinenſes quoque apud Cornel. Tacitum lib. xx. deductis, in quiunt, olim alienigenis, & nobiſcū per connubia ſociatis, quiq; mox prouenere, hæc patria eſt: ſut minimè 2 dubitari oporteat, ex iure domicilij patriam acquiri, & id propriè, licet ali qui diſſentiāt. †Qui 3 uerò in prouincia orti ſūt, & alibi domiciliū habēt, ſentit Iuriſcōſultus ex recentiorū ſententia nō eſſe prouinciales: quod interpretatur Iacob. Oldra. Alberic. ex cōmuni loquendi uſu. Sed ipſe prouinciales eſſe magis ſentio, ne minus natiuitas, quàm domiciliū poſsit: deceptiq; in eo ſunt interpretes †quòd 4 oriundum, exiſtimauerunt idem ſignificare quod ortū, cùm ſuprà ex Latinis autoribus docuerimus, oriundum dici reſpectu originis maiorū ſuorum, nō reſpectu ſuæ. Quamuis igitur originē patris filius ſequatur[g], non

g l.aſſumpſio. ad municip.

tamē eius patriæ nomine cenſetur, cùm aliò pater habitatum conceſsit, & liberos ſuſtulit: & ita noſtræ opinioni reſponſi huius uerba non obſtabunt. Accurſius Bartoluſq; dictionem duntaxat in uerbis Iuriſcōſulti ſubaudiunt, quam & aliqui ipſi contextui inſeruerunt: nec exemplo caret, ut ita ſubaudiamus, quod à nobis ſuprà demonſtratum eſt[h].

h In l. amicalus. ſ. cod.

† Et ex his infertur, appellatione Florentinorum, non ſolùm eos contineri, qui Florentiæ originarij incolæq; ſunt, ſed etiam qui altero tantū iure nituntur. Recipit tamen id ex materiæ qualitate aliquam reſtrictionem. Finge conceſſum aduerſus Florentinos † ius prænſionis (clarigationem ueteres dixere) iniquū eſſet eos, qui Florentię non habitant, nec munera ſubeunt, comprændi, tametſi inde orti proponantur[i]: cùm enim Reipublicæ munera ibi non ſubeant, non debent in eas pœnas incidere, quæ propter Reipublicæ delictum irrogantur, quales ſunt huiuſmodi prænſiones, manuūq; iniectiones. † Sed an idem eſt, ſiue prouincialem dicamus, ſiue eum qui de prouincia ſit[k]: & idem eſſe cōmuniter traditum eſt, niſi quòd illa uerba, de prouincia, ali quanto magis ad originem, quàm ad domicilium referuntur[l].

i Alex. in rubr. ſol. matr.

k c. j. de ſpon.

l j. in fi. de tutorib. & cur. dat.

1 Repudiare propriè ad ius quærendum refertur.
2 Repudium & diuortium quomodo differant.
3 Diuortium etiam de ſponſis dici poſſe.
4 Fribuſculum quid apud Vlpianum ſignificet.

INTER DIVORTIVM.) ¶†Repudiare 1 generale uerbum eſt, quod propriè ad ius quærendum refertur: quæſita enim propriè non

non repudiantur: atq; hinc dicimus hæreditatem delatam repudiari. † Hinc etiam repu- 2 dium dicitur, cùm futuri matrimonij ſponſalia diriminuntur. Diuortium uerò non niſi inter cōiuges eſt[a]: † quamuis pinguiore minerua putem etiam de ſponſis dici poſſe, qua ratione & P. Vergilius diuortia aquarū dixit: nec etymologia omnino repugnaret, cū etiā decedāt ſponſi, in diuerſasq; eāt partes. Non diffiteor tamen ἐμφατικωτέρως in cōiugib. dici: cùm enim cō iuncti prius fuerint, miſſo repudio, uerè in diuerſas partes 4 eunt. † Eſt & apud Vlpianum[b] fribuſculum, dictio à me nuſquā alibi lecta, cùm propter iram ſubitariam coniuges recedunt, non tamē diuortūt, ſed ceſſante fribuſculo, & quieſcente ira, reuertuntur.

a l. inter ſtuprum. §. j. ſ. cod.

b l. cum hic. §. ſi diuortiū. de dona. int. uir.

1 Hæc clauſula, plurisue, uel, plus minus, certo numero adiecta, ad modicam ſummam refertur.
2 Si quis fundi ueram æſtimationem neſciēs, eum centum aureis uendat, & ſi plus ualeat, illud ſe donare dicat, nō intelligitur donaſſe, niſi cum aliquid modicum plus ualet.
3 Quicquid illud eſt, quod dimidium excedit, tametſi modicū & incertum, ſufficit ut contractus reſcindatur.
4 In teſtimonijs hæc adiectio, plurisue, nullius eſt effectus, quoties de certa quantitate deponendum fuit.
5 Probationes neceſſariò concludere debent.
6 Ampliatio legis noſtræ.
7. 9 Ad iudicem pertinet conſtituere, quæ minuſcula ſumma ſit.
8 Modica ſumma in iure uariè accipitur.
10 Textum huius legis uariare.

1 HAEC ADIECTIO.) ¶†Hæc adiectio, 1 pluris'ue, quæ ſolet numero certo adijci, ad modicam ſummam refertur: quod & dicendum eſt, cùm quis plus minus dicit[c], quā clauſulam duabus notis P. M. antiqui ſcribere ſolebant. † Hinc argumentari poſſumus, 2 eum qui ueræ æſtimationis neſcius fundum centū aureis uendat, & ſi plus ualet, illud reliquum donare ſe aſſerit, non intelligi donaſſe, niſi cùm aliquid modicū plus ualet[d]. Quapropter ſi multò pluris res uendita ualeat, poterit contractus reſcindi. Sed & ſi me ultra iuſti precij dimidium deceptum, uel rem eius precij, ꝙd accepi, duplo pluriſq; ualere probauero, contractus reſcindetur: † quoniam 3 quicquid illud eſt, quod dimidium excedit, tametſi modicum & incertum, ſufficit ut contractus reſcindatur[e]. Qua ratione in interdicto retinendæ, ſi cæteris probationibus paribus, alter litigantiū ſe tanto tempore, quanto aduerſarius intēdit, poſſediſſe, pluſq; probauerit, obtinere debebit: ſufficit enim etiā tem 4 pus incertum, ut longiore poſſeſsione uſus uideatur, & ex eo aduerſariū ſuperet[f]. † In teſtimonijs uerò hæc adiectio nullius eſt effectus[g], quoties de certa quantitate affirmare teſtes debent: ſi enim incertum afferunt, pro ſuperuacuo habetur, † quoniam probationes 5 neceſſariò concludere debent[h]: idq; crebrius receptum eſt, niſi teſtem iudex rurſus interroget, ut certius teſtimoniū perhibeat, & de quanta ſumma ſenſerit, declaret[i]. † Et 6 hæc non ſolùm in hac dictione obſeruāda ſunt, ſed etiā in præpoſitiōibus ultra, citra, circiter, penè locū ſibi uendicant, & ſi quæ aliæ ſimiles, quæ tamē ex ſubiecta materia aliter atq; aliter accipiunt[k]. Vnde in his cùm certa ſignificatio afferri non poſsit, arbitrio iudicis erit deferendum[l], † cuius partes etiā in eo uerſabuntur, ut cōſtituat, quæ minuſcula ſumma ſit, † quandoquidem in iure pro modica ſumma quandoq; duo aurei accipiuntur[m], quandoq; quarta pars eius de quo agitur[n], quandoq; quod intra ſextā eſt, ut cùm ab arbitro nos læſos dicimus[o], quandoq; ꝙd minus centum aureis eſt: huiuſmodiq; lites ideo breuiores ſunt[p]: quandoq; quod x. libras non excedit[q]. † Ex qualitate igitur perſonarū ius dicen 9 tis religio, quid conſtituendum ſit, diſcernet: nam & pauperi uiro maximū erit, quod locupleti & aſsiduo modicum. † Sanè in antiquis quibuſdam codicibus aliter, quàm in uulgatis reſponſi huius uerba concepta ſunt, hoc ſcilicet modo: Hæc adiectio, pluris'ue, nō infinitam pecuniam cōtinet, ſed modicam: ut, taxatio hæc ſolidorū decem, pluris'ue, ad minutulam ſummam refertur.

c l. publica. in fin. depoſ.

d Bartol. in l. ſi quis cum aliter. de uer. oblig.

e l. ij. C. de reſcind. uend.

f c. licet cauſam. de probat.

g Iaſon. l. & ſi poſt. ſi quis caut.

h c. in præſentia. de proba.

i §. illud. in authen. de teſt.

k iij. q. 7. qui ſine.

l l. j. ſ. de iur. de lib.

m l. idem. ſ. de dolo.

n l. ſi quis i ſuo. ſ. de inoff. teſt.

o l. ſocietatē. §. arbitrorū. ubi Bar. ſ. pro ſo.

p Bart. in auth. niſi. C. de ſenten. paſſ.

q l. ſed & ſi. §. j. ſ. de iudic.

1 Verbum, eſſe, ad ueritatem refertur.
2 Hæc uerba, quanti ea res ſit, ueram æſtimationē continēt.
3 Facta quia difficulter æſtimari poſſunt, tutius eſt pœnam certam comprændere.
4 Triplex intereſſe in iure, ſingulare, cōmune, et cōuētionale.

HAEC uerba, quanti.) ¶†Verbum, eſſe, 1 ad ueritatem refertur: † unde ſi prætor 2 quanti ea res ſit, actionē det, de ea quantitate quæ ueram æſtimationem complectatur, intelligemus, non autem de eo quod præterea intereſt. & cùm de re danda agitur, facillimè cognoſcitur, quāti ea res ſit: ſed cùm ideo datur actio, quia aliter quàm debeat, fiat, difficilius ratio initur: † quoniam pleraq; facta in 3 promptu æſtimari nequeunt, & ideo conſultius tunc eſt, certam pœnam comprændere: quod in prætorijs ſtipulationibus obſeruandum Venuleius inquit, alioqui ex qualitate negocij diſcernemus, quāti æſtimatio ducenda ſit. Finge ius dicenti me nō paruiſſe, in eo cōdemnabor, quod habita ratione iudicis & mea æquum uidebitur, ut quò grauior & dignior eſt iudex, uel contemptus iniquior, eò grauius, & in maiorē quantitatē puniar: non autē eius quod intereſt, tali caſu ratio duce-

l.fin. de prætor. ſtipul.

l. j. in fin. ſi quis ius dic.

ur. †Tripliciter autẽ noſtra intereſt, ſingulariter, cõmuniter, & ex conuentione: quæ qui apertius dignoſcere uelit, is eum librũ legat, quem de eo, quod intereſt, inſcripſi: nec ulterius hoc in reſponſo à nobis elucubrandum eſt, cùm in eiuſdẽ argumenti lege ſuprà explicata ſint, quæ ad rem pertinere uiſa ſunt.

VLP. LIB. XLIIII. AD EDICTVM.

LEX CXCIIII.

INter donũ & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem: nam genus eſſe donũ Labeo ait, uel à dando, uel à donando dictum: munus ſpeciẽ: nam munus eſſe donũ cum cauſa, utputa natalitium, nuptiarum.

1 *Differẽtia inter munus et donũ quæ ſit, uariatum à Grammaticis.*
2 *Iuriſconſultorũ interpretatio de munere et dono.*
3 *Munera nuptiarum & natilitia, Græcis ἐπαύλια & γενεθλίδια.*
4 *Varia munerum nomina apud Græcos.*
5 *Φυτίον, emphyteutica penſio, corruptè Fictum dicitur.*
6 *Cœnacularium apud Vlpianum quid.*
7 *Cœnaticum quid.*
8 *Varia munerum nomina apud Latinos.*
9 *Xenium in iure quomodo accipiatur.*
10 *Xenicon quomodo apud Ariſtophanem ſumatur.*
11 *Verba textus, Quod inter genus & ſpecicm, explicantur.*

1 INTER DONVM.) ¶ †Quid inter munus & donum intereſſet, non Iuriſconſulti tantum, ſed & Grammatici plerunque dubitauere, aliis opinantibus dona ad deos pertinere, ut Seruio & Donato: aliis ad homines etiam, quibus à potentiore donatur, ut cùm pauperibus diuites, Imperator militibus donat, quod Cornelio Frontoni placuit.
2 †Sed uerior eſt Iuriſconſultorum interpretatio, ut donum latiore ſignificatione accipiatur, quàm munus: eſſe enim munus quod ex neceſsitate officij, iuſta'ue aliqua cauſa præſtatur, ut cùm patrono donatur qui nuptias contraxerit, uel qui filium ſuſtulerit. Terentius in Phorm. Nam herilem filium eius duxiſſe audio uxorem, ei credo munus hoc corraditur. Et rurſus: Porrò autem ferietur alio munere, ubi hera pepererit: Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies. Erat enim hæc ueterum conſuetudo: unde & ΣΩΤΗΡΙ noſtro recens nato, Magi reges aurum,
3 thus, mirrham obtulerunt. †Suntq; hæc munera quæ nuptiarum & natalitia hîc dicuntur, Græcis ἐπαύλια, &
4 γενεθλίδια. † Apud eos enim uarijs ex cauſis, uaria munerum nomina habentur, ob inuentionem εὑρετήριον, ob redemptionem rei amiſſæ [a] λύτρον, ob nuncium μιλύτριον, ob uictoriã νικητήριον, ob certamen ἐπαθλον, ei qui nos duxerit ἡγεμόσυνον, qui ſono demulſerit πθαύλιον, qui nutriuerit θρεπτρον, uel τρόφιμα, qui medium ſe uel interpretem pro nobis geſſerit [b], ἑρμαιοδιλιὸν, qui rem
5 mihi meam attulerit φόρεθρον. †Arbitror & φυτίον dici poſſe emphyteoticam penſionẽ, ſeu mercedẽ meliorationis quæ pro plantis penditur: unde uulgus corruptè Fictum dicit, ut quod in prædijs urbanis eſt φοίκιον, in ruſticis ſit φυτίον, uideturq; utrunque latinè dici
6 poſſe Colonarium. †Eſt & Cœnacularium Vlpiano [c], pro penſione quam inquilini pro-

a l.falſus. §. plerique. de furt.
b l.fin. C. de proxen.
c l.ſolutũ. in fi. de pig. act.

conducto cœnaculo ſoluunt. †Cœnaticum 7
uerò Sportulam ſignificat, quam cœnæ nomine extorquebant à prouincialibus milites. Sed & quæ medico præmia præſtantur, Soteria, uel Iatrea dicuntur: quæ præceptori, Didactra, uel Didaſcalia, latinè Minerualia: quæ artifici, Epichera: aliquid ferenti, Comiſtra: benefico, Chariſteria: †quo 8
exemplo & Latini quod iudicibus datur, Sportulas uocant: quod Iuriſconſultis, Honorariũ: quod militibus, Stipendium: quandoque & Solatium, Græci & obſonium dicunt, Lucæ in Euangelio: unde & Iſelaſticorum obſonia
20 Plinio x. in epiſt. quod extra ordinem exercitui, Donatiuum: plebi, Congiarium: quod Reipublicæ pro ſolo occupato, Solarium [d]: quod magiſtratui pro ſupellectile, cæteriſq; ad cõmeandum neceſſarijs, Vaſarium: quod ubi cõmeauerit, pro præmio geſti honoris, Salariũ: quod nutricibus in mercedem, Nutritium: quod nautis, Naulum: quod præconi, Præconium, Plauto in Menæch. quod aduocatis, uel amicis, Strena: quod principi in nouæ dignitatis honorem, Coronarium: quod Cõmentarienſi ob diligentis cuſtodiæ
30 ſignificationem, Carceraticum [e]: quod Reipublicæ ob Cloacarum purgationem, Cloacarium: quod abſenti ut alere ſe poſsit, Viati cum: quod ut quis ſingulis dieb. ſe alat, Diarium: quod pro calceis impenditur, Calciarium: pro ueſtitu, Veſtiarium: idq; genus ſimilia. †Eſt & Xenium propriè munus, quod 9
hoſpitibus datur, ſed in iure pro munuſculis
40 accipitur, quæ iudicibus ſolent, ad eorũ gratiam aucupandam mitti [f], de quo extat prouerbium, ὅτι ϖαῦτα, ὅτι ϖαῦτη, ὅτι ϖαρὰ ϖαύτων. Teſtatur Plinius Cæcilius quadam epiſtola in cauſis dicendis ſe omni dono, munere, xenijs abſtinuiſſe, quæ uerba à Iureconſulti noſtri diſtinctione non diſſident. †Xeni- 10
con uerò apud Ariſtophanẽ pro militari nutritio accipitur, quod Corinthij aduenis militibus pendebãt. Laurentius tamen Valla etiam cum cauſa donum dici exiſtimauit, Iuriſconſultosq; inſectatur, quòd pugnantia ſimul ſcripſiſſe uideantur: ſed hanc ego litem
50 infrà dirimam. † Quòd autem hîc dicitur, intereſſe inter hęc uerba, hoc quod inter genus & ſpeciem: non aliud ſignificat, quàm ſicut latior eſt generis quàm ſpeciei ſignificatio, ita eſſe latiorem doni notationem quàm muneris: nec enim propriè donum genus eſt. Similiter & alibi ſcriptum eſt, Plebs à populo
60 differt, quod ſpecies à genere, quod uidelicet latius populi nomen pertineat [g].

d l. penult. de loca. publ.
e l. pen. debitum.
f l. ſolent. §. de offic. proconſul.
g §. plebs. Inſtit. de iur. nat.

1 *Sub maſculino continetur fœmininũ ex extenſione, nõ ex proprietate ſermonis.*
2 *Regulariter in quacũq; materia ſub maſculino compræ-*
detur

detur fœmininum: & quando fallat.
3 *Familia ad res & perſonas refertur.*
4 *Familia de perſonis quinq; modis poteſt accipi.*
5 *Verba legis XII. tabul. relata.*
6 *Quomodo dignoſcendum, cum familiæ fit mentio, de rebus, an perſonis actum ſit.*
7 *Accurſij intellectus ad hoc reſpõſum nõ quadrat.*
8 *Alciati intellectus ad hãc legem.*
9 *Liberti olim parentela patroni cenſebantur.*
10 *Perſonæ ſubiectæ ſunt & naturali & ciuili iure.*
11 *Vxor eſt in familia uiri.*
12 *Legato facto familiæ, etiã uxor admittetur, item & uidua.*
13 *In odioſis uxor nomine familiæ non ueniet.*
14 *Familiæ appellationem ultra quartum gradum in deſcendentibus intelligi ex Vlpiano hic probatur.*
15 *In prohibitione alienatiõis hæredi facta, ut res in familia perpetuò remaneant, Iuſtinianus ſecus ſtatuit.*
16 *In fideicommiſſo familiæ, agnati ad decimum uſq; gradum admittuntur.*
17 *In fideicommiſſo, quod duobus antiquioribus de domo relictũ eſt, etiam ulteriores admittuntur.*
18 *Domus pro familia.*
19 *Dominium pro præminentia.*
20 *Paterfam. ut quis dicatur, ſufficit ut familiæ ſuæ ſit dominus.*
21 *Emancipati ſunt extra patris familiam.*
22 *Emancipati hodie in fauorabilibus de familia eſſe dicuntur.*
23 *Familiam etiam pro agnatione accipi, & cognatione.*
24 *Cum familiæ teſtator reliquit, admittẽdi ſunt qui proximiores gradu tempore teſtamenti uel mortis erant, cõceptis poſt mortem excludendis.*
25. 27 *Caſus ubi etiam concepti poſt mortem admittuntur.*
26 *Prohibita hæredi alienatione extra familiam, illi cenſentur uocati, qui tunc in familia proximiore gradu erunt.*
28 *Si cuilibet ex familia relinquatur, omnes promiſcuè admittuntur uſq; ad decimum gradum.*
29 *Si quis ſimpliciter iuſſus ſit fundum in familiã relinquere, poteſt eligere de familia quem uelit.*
30 *Filius illegitimus an ſit ex familia.*
31 *Gens pro agnatione, unde gentiles agnati.*
32 *Seruientium appellatio latior quàm ſeruorũ, & ſeruientium familiam dici.*
33 *Dominus liberatur, ſi ſeruum pro noxa det.*
34 *Nobiles qui in famulitiũ improbos homines accipiũt, puniuntur arbitrio iudicis.*
35 *Caupones & nautæ pro familia ſua tenentur.*
36 *Si hoſpes ab aliquo ex familia cauponis uulneretur, an dominus teneatur.*
37 *Quomodo cognoſcendum, de qua familiæ ſignificatione intelligere nos oporteat.*
38 *In uiris familiæ nomẽ durat per omnem deſcendentiũ ſeriem.*

IDEM LIB. XLVI.

LEX CXCV.

PRonunciatio ſermõis in ſexu maſculino, ad utrunq; ſexum plerunq; porrigitur. ¶ Familię appellatio [a] qualiter accipiatur, uideamus: & quidem uariè accepta eſt: nam & in res,

a Bald. c. ad audientiã. de reſcript.

1 PRONVNCIATIO.) ¶ †Sub maſculino nomine contineri fœmininum, non ex proprietate ſermonis eſt, ſed ex extenſione: quod uerbum, porrigitur, hîc oſtendit.
2 †quia tamen extenſio hæc communi uſu recepta eſt [a], in quacunque ferè materia regula hæc obſeruabitur, niſi cùm aliam loquentis intentionem eſſe apparebit, ut quia diuerſa ratio diuerſum ius ſuadeat. quapropter ſi filij exulum lege lata extra urbem expellendi ſunt, de filiabus actum non uidebitur: propter enim ſexus imbecillitatem, ab eis nihil periculi imminet [b], qua de re à nobis latius ſuprà tractatum eſt [c].

b Bal. l. quæcũque. de ſer. fugit.
c l. j. §.

a ¶ §. FAMILIAE.) †Familia ad res & perſonas refertur. † cũ de perſonis intelligitur, quinque modis poteſt accipi. Primo, ut certas perſonas, puta libertum cõtineat. Secundo, ut corpus quoddã, cuius caput iure proprio mẽbra ſubiecta habet, ut filiorũ, nepotum, pronepotumq; ſoboles, qui in patrisfamil. poteſtate ſunt. Tertio, corpus in quo non præminet alicuius poteſtas, ſed cõmuni omnes iure utuntur, ut agnati inter ſe. Quarto, ſeruientium turba, qui uetuſtiſsimus huius uocis ſignificatus eſt: antiqui enim, famuli, ſeruum dicebant: unde Famulari uerbum, à quo familia. Quinto, nec ad ius proprium, nec ad cõmune, neq; ad ſeruos refertur, ſed ad originem, & memoriã: ut cùm dicimus, Hic eſt ex Iulia familia, id eſt, originem à Iulio traxit.
3 4
b ¶ Diducitur, diuiditur.
c Familiam, id eſt, hæreditatem.) †Cicero 5
ad Herennium libro Rhetoricorum primo, cap. XXVI. uerba legis XII. tabularũ ſic concipit: Paterfamilias uti ſuper familia pecuniaue ſua legauerit, ita ius eſto: ſi inteſtatus moritur, familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; eſto. † Sed quomodo dignoſcimus, de rebus, an perſonis actũ ſit? Et proditum eſt, cùm familiæ relinquitur, de perſonis actum cenſeri [d]: cùm à teſtatore de familia diſponitur, tunc de rebus agi. Nec enim poſſumus tunc de perſonis intelligere, quæ cùm liberæ ſint, ad nullius diſpoſitionem pertinent. Ego arbitror, & cùm de familia diſponitur, de famulitio ſeruorumue choro actum uideri: obſoleuit enim ex communi uſu illa, quæ in XII. tabulis eſt ſignificatio: quapropter de ea in dubio accipiendum non eſt, niſi cùm aliqua nos in hoc coniectura adigit, ut quia teſtator rogat hæredem, ut familiã ſuam reſtituat: ſi enim de ſeruitio intelligeret, non erat opus hæredem rogare in eo, quod directè legari potuit [e].
6
d Bart. l. fin. C. cod.
d ¶ Ex ea familia.) †Accurſius uerba legis ſic adſcribit: Ex ea familia in eam patroni familiam liberti bona ueniant. Intelligitq; de bonorum poſſeſsione, quæ patrono in liberti bonis datur [f]: qui ſenſus non quadrat, quoniam huiuſmodi bonorum poſſeſſio ex edicto prætoris deſcendit: at hîc de duodecim tabularũ lege agitur. †Ipſe igitur aliter ſentio, & opinor uerba legis hæc fuiſſe: Ex ea familia, unde Titius miſſus manu eſt,
7
f §. quinto. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.
8

e l. nã quod. in fin. ad Trebell.

9 in eam familiã adscribatur.† Liberti enim nomine, seu, ut ita loquar, parẽtela patroni censebantur, ut in Dispunctionibus docuimus, accipiturq; tunc familia pro singularibus ipsorum personis: nec enim cõmunia cum cæteris cognatiõis iura habent, nec aut serui, aut domus habitatores sunt: meritò igit hæc significatio à cæteris distinguenda fuit.

e ¶ Iure proprio.) †Personę subiectę natura sunt, id est, æquitate naturali, uxor marito, gener, nurusq;, socero, denique quilibet familiaris domino. Filij uerò & nepotes, cæteriq; deinceps qui in potestate sunt, etiam iure ciuili subijciuntur[a].

f ¶ Matrẽfam.) †Videtur hîc probari, uxorem in familia uiri esse[b]: habet eñ maritus dominiũ, id est, quandam præminentiã in illam.† Quapropter legato facto familiæ, etiã uxor admittetur[c]: quod & in uidua obseruandum est: iuris enim interpretatione adhuc in matrimonio esse existimatur.† In odiosis tamen fortè aliud obseruandum esset. Et ideo si quis in exiliũ cum familia mittatur, uxor ea lege non tenebit: idq; Oldradus, & Albericus probant.

g ¶ Neptes & deinceps.† Hîc constat familiæ appellationem ultra quartum gradum in descendentibus intelligi:† in prohibitione autem alienationis hæredi facta, ut res in familia perpetuò remaneant[d], Iustinianus sanxit, ultra quartum gradum descendentium prohibitionem non extendi: cuius rationem alij uiderint.† Illud constat, in fideicommisso familiæ usq; ad decimũ gradum agnatos admitti: quoniã gradatim, instar successionis, quæ ab intestato defertur, uocãtur:† in fideicõmisso uerò quod duobus antiquiorib. de domo relictum sit, cùm non sanguinis coniunctio, sed solùm familiæ nomen in testatoris consideratione fuisse uideatur, etiam decimi gradus ulteriores non excludi, quidam senserunt[e].

h ¶ Domo.)†Quandoq; tamẽ domus pro familia accipit, idq; præsertim in uulgari sermone: uideturq; μετωνυμικῶς cõtinens pro cõtento poni[f]: quapropter propriè de his, qui unà habitant, intelligitur[g].

i ¶†Dominiũ, id est, præminentiã.) Alioqui alio sensu dominiũ est ius perfectè disponendi de re sua corporali[h]. Sanè qui solo huiusmodi præminentię iure etiam principibus subsunt, in eos delinquẽdo, perduellionis crimine non notantur[i].

k ¶ Sed & ius.) †Vt quis paterfamilias dicat, satis est, ut familiæ suæ dominus sit: quoniam hæc uox non solùm in eis locum habet, qui uerè patres sũt, filiosq; habent, sed etiã in eis qui sine prole sũt, dum iura in domo sua habeãt, quę cæteri patresfamil.

l ¶ Quotquot capita.) De suis hæredibus intelligendum: quia qui in aliorũ potestate recidunt, familias nõ habent.

m ¶ Emancipatus.)†Extra patris familiã emancipati sunt, ut hîc traditur, alioq; propriã familiam nõ haberent: q̃d hoc iure maximè procedit, quo emãcipati agnationẽ nõ seruant[k]:†sed cum hodie instar suorum redacti sint[l], putauerim in fauorabilib. eos cõtineri, siue de familia lex uerba faciat, siue de agnatione[m]. Quod in legibus quoq; municipalibus obseruandũ esse arbitror, quib. agnati masculi cæteros excludunt: nõ enim in his uinculum patriæ potestatis in animaduersione est, sed id solùm, quòd cognomẽ familiæ, eiusq; insignia ferunt[n]: quod etiam emancipatis conuenit, licet alijs aliter uisum sit[o].

n ¶ Agnatorum.) †Accipitur ergo familia etiam pro agnatione: quod dubium esse non debet, cum huius uocabuli significationem Iustinianus in cognatis quoque, cæterisq; propinquis acceperit: quod ideo esse ab eo constitutũ arbitror, quoniam agnatis cognatos æquales in successionibus fecerat.

†Cum igitur familiæ testator relinquit, qui proximiores in gradu tempore testamenti, uel mortis erãt, admittendi sunt[p]: quippe illi propriè agnati sunt. Qui uerò post eius mortem concepti sunt[q], cum agnati non sint, non admitterentur, †nisi aliter de uoluntate testatoris appareat: ueluti in fideicõmisso conditionali: cum enim dies tẽpore existentis conditionis cedat, eos admittemus qui tunc in familia

a l. in suis. de liber. & posth.
b l. quicunque. C. de re mil.
c d. l. fin.
d In authen. de rest. fideicõm.
e Dec. 321. in fine.
f l. pen. de test.
g l. cum unus. de alim. leg.
h Bart. l. si quis. §. differentia. de acq.
i Clem. pastoralis. §. denique. de re iud.
k l. tutelas. de tutel. dim.
l l. meminisse. C. de leg. hered.
m d. l. fin. & l. qui se patre. C. unde lib.
n Bald. in l. fin. C. de emanc. lib.
o Dec. cõsil. 1.
p l. cum ita. §. fi. de leg. ij.
q l. Titius. de suis & leg.

familia proximiore gradu erunt[a].† Vnde fit, ut prohibita hæredi alienatione extra familiam, illi censeantur uocati, qui propinquiores ipsi hæredi supererunt, cùm alienabitur, tametsi alij extent ipsi testatori coniunctiores: idq;, quãuis doctissimis quibusdã reclamantibus[b], receptius apud recẽtiores uidet, quoniam de manu hæredis fideicõmissũ accipitur. Sed in directis substitutiõibus, cùm ab ipso testatore cõtinenter hæreditas deferat, eius, pximiores cẽsent uocati[c].† Sed & si quis uelit fundum in familia remanere, satis conficitur, mortuis his, quibus fideicommissum restitutum est, eorum propinquiores deinde ad mitti, licet post testatoris supremum diem natos[d].† Sed quid si cuilibet ex familia relictum sit? & promiscuè inobseruato gradu quicunq; admittentur[e], dum intra decimum gradum sint, ut etiam Paulus Castreñ. respõdit[f].† Quid itẽ, si simpliciter quis iussus est fundum in familiam relinquere? Et posse eum, quẽ uelit de familia eligere, idem respondit[g]. Quid rursus, si familię alicuius extranei, cùm ille iam fato functus esset, reliquero? Et admitti eius descendentes omnes æqualiter, pleriſq; uisum est[h].

o ¶ Ex eadem domo & gente.) †Sed nunquid filius illegitimus ex familia erit? Et cùm agnatus nõ sit, non erit, si familiam hac quarta significatione accipiamus:† gens enim hîc pro agnatione sumitur: unde Gentiles agnati. Sed cùm hodie in fauorabilibus Iustinianus omnes contineri sanxerit[i], qui ab eodem sanguine proficiscuntur, cognatosq; etiã admiserit, dubitandum non est, quin naturales hoc casu ex familia censeantur: quod aliter in spurijs est, quoniam illorum patrem incertũ lex existimat, odioq; insectatur.

p ¶ Seruientium.) †Non de seruis solùm intelligendum est, sed etiam de quibuscunq; famulantibus, & operã suam in id, quod demonstratum est, præstantibus. Sic in edicto familia publicanorum accipitur[k]. Sic & quid raptũ, uel ui factum, cum familia dicitur[l]. Sic ædiles emptorẽ, qui redhibitoria experitur, resarcire uenditori uoluerunt, quatenus seruus culpa sua, familiæue suæ deterior factus est[m]. Sed cùm in prædictis casibus dominus ex delicto familię obligẽt, an in cæteris quoque idem generaliter constituemus? Et non obligari dicendum est[n]:† quapropter liberabitur, si seruum pro noxa det, nisi eum delinquenti cõsensisse cõstet, quod ex coniecturis quoq; deprẽndetur, ut quia consultus de delicto tacuit, uel cùm posset, non prohibuit[o].† Sed & nobiles, q; in famulitiũ suũ sicarios, lenones, idq; genus improbos retinẽt, ex eorũ delictis, arbitratu iudicis puniẽdi sunt[p]: præsumitur enim eorũ cõditionẽ notã habuisse, nec eis licuit detestabiles hosce domi habere[q], & fauoribus prosequi: & ideo etiã si dolo careant, culpa nõ carent.† Caupones quoq; & nautas, p familia sua teneri cõstat[r], si damnũ in re cõmissum est, cuius custodiã præstare debuerunt.† Sed finge hospitem ab aliquo ex familia cauponis uulneratũ, quid erit? Et si in diuersorio, dum cauponum curæ confidit, affectus est, putarim dominũ obligari, damnumq; ab eo emendandum, alioquin cauponem absoluendum[s].

q ¶ Filij.) Siue in potestate, siue sui iuris sint, siue unà cũ patre habitent, siue separatim: eademq; interpretatio in ędilitio edicto capit[t].

r ¶ Vltimi.) Retrò computando. Et hæc ultima significatio intelligitur, cùm propter antiquitatẽ originis, gentiles isti nullo gradu se cõtingũt: sic enim hoc casu ab agnatione differet familia, & ita cæteri interpretes sentiũt.

† Sed cùm in hoc responso tot familiæ significationes proditæ sint, quomodo cognoscemus, de qua intelligere nos oporteat? Et ex subiecta materia arbitror dijudicandum esse, ut in relictis familiæ, cõstitutionẽ[u] Iustiniani seruemus: si lex captũ à familia prætoris certa pecunia cõdemnet, de seruientibus, iureq; officij capientib. intelligamus, qua ratione filius ex familia nõ censebitur[x]. Si pistor panẽ coquere Titio, eiusq; familię promisit[y], de cohabitantib. accipiamus. Videtur enim paterfamil. curæ domui suæ tantùm prouidisse, ut quibusdã uidetur[z]. Quẽ sensum & accipere lex debet, quæ ciuẽ cogit cum familia sua in urbe habitare. Idem & dicendum, cum lex alicui & eius familiæ priuilegium concedit[a].

s ¶ Mulier.) Caput, id est, principium. Refertur autem hoc ad ultimã familiæ significationem:† in uiris enim familię nomen per omnem descendentium seriem durat. Vnde

a Io. And. rub. de test. in Spec.
b Soci. in l. si cognatis.
c l. fin. C. de instit. & substit.
d Com. d. §. fin.
e l. unum. de leg. ij.
f Paul. cõs. 383. not. in j.
g Cons. 32. proprietarius. in j. l. uoluntas. C. de fideicom.
h Bar. d. l. si cognatis. in fin.
i d. l. fin.
k l. j. §. familiæ. de publ.
l l. ij. §. hæc actio. ui bon. rap.
m l. j. l. addes etiam. de ædil. edict.
n l. ij. §. de noxal.
o c. Petrus. de homicid.
p Clem. ne in agro. §. porrò. de stat. mon.
q c. constitutis. de testi.
r l. j. §. naut. caup.
s Iaſ. l. j. col. iij. C. de ſer. fug.
t l. quod ſi nolit. §. idem.
u d. l. fin.
x Rayn. d. l. ædiles.
y l. tria onera. de excu. tut.
z Cepol. de ſer. urb. c. 50.
a l. ij. C. de epiſc. & cler.

Ascanius, qui Iulus dictus est, Iuliæ familiæ primus autor, descẽdentes suos Iulios appellatos semper habuit. Sic Appius Claudius, Claudios, quorum Nero ultimus fuit. At mulierum filij earum nomina nõ seruant, sed patrũ suorũ: unde in eis nulla familiæ origo propagat, sed cum eis extinguit.

1 *Familiæ appellatio & dominum comprehendit.*
2 *Collectiua seu uniuersitatum nomina, & mẽbra & caput includunt.*
3 *Episcopus, in studio uniuersali scholasticorũ nomine censetur.*
4 *Legitimi filij patris familiam sequuntur.*
5 *Quidam ex priuilegio, matris originem sequuntur.*
6 *Nobilitas ex patre deducitur, cuius & insignia gentilitia geruntur.*
7 *Illegitimi non patrem, sed uentrem sequuntur.*
8 *Qui pendente statu controuersia natus est, uentrem sequitur.*

1 FAMILIAE.)¶†Cùm familia à famulãdo, id est, seruiendo deducat, ut suprà ostendimus, nõ uidebatur eius appellatione posse dominũ contineri, tanquam etymologia repugnaret, & tamen aliter Caius hîc censuit:
2 †quoniã nomina hæc collectiua, uel uniuersitatum, nõ membris solùm, sed & capite constant, ideo illud quoq; comprændere debẽt. Sic appellatione militum, Imperator[a]: appellatione populi, Senatus continebitur [b]. Qua ratione cùm curiam dicimus, etiam de cardinalibus[c]: cùm monachos, de Abbate[d]: cũ capitulum, de Decano quoque intelligemus[e]. Sic & scholasticorũ nomine, rector admittetur: †nam & episcopus, qui studiorum causa in Academia sit, nihilominus scholasticus dicetur, idq; Baldus tradit[f].
3
4 ¶ §. FOEMINARVM.) †Hoc regulariter proditum est, ut filij legitimi patris familiam
5 sequantur, non matris: † nisi specialiter aliud indultum sit[g], ut Ilienſibus, Delphis, & Ponticis, quibus ex priuilegio competit, ut ex alienigenis & eorum mulieribus nati, matris originẽ sequantur. Ex hacq; regula traditum
6 est, nobilis matris filiũ non idcirco nobilem esse, † quoniam ex patre solùm deducit nobilitas: unde nec gentilitia matris insignia filio gerere concessum est: nec præter principem quisquam constituere posset, ut originẽ matris filij sequerentur [h]: quoniam, ne id ab aliquo decernatur, lege expressim prohibitum
7 est. †Et id in legitima prole sibi locum uendicat: alioquin spurij, cæteriq; illegitimi uentrem sequuntur[i]. † Sic & natus pendente statu controuersia cum matre, euentũ litis maternæ sequetur: quod in eis non seruatur, qui
8 ante litem motam nati sunt[k].

a l.j. de test. mil.
b §. plebs. Instit. de iur. nat.
c Oldr. hic.
d c. fin. de sim.
e c. quia. §. j. de concess. præb. in 6.
f In. procem. de cret. in 3. col.
g l.j. ad mun.
h l. exemplo. C. de decur.
i l. cum legit. ff. de stat. hom.
k l. fin. C. de lib. caus.

1 *Defert, qui coram iudice nocentem nominat, causamq; cognoſci petit.*
2 *Delatio libello fiebat, subscripto delatoris nomine.*
3 *Delator ſi obtinuisset, præmiũ: ſin succubuisset, pœnã ferebat.*
4 *Cognitio de iudicijs delationem sequebatur.*
5 *Accusabant olim aduocati continuis orationibus, de causa cum partibus disputantes.*
6 *Accusatoris præmium erat, quarta pars bonorum rei.*
7 *Indicat reum, qui defert, arguit, accusat, & conuincit.*
8 *Nõ dicitur arguisse, qui non & conuicerit.*
9 *Arguere, & demonstrare significat.*

& caput & finis est.

CAIVS LIB. XVI. AD EDICT. PROVIN.

LEX CXCVI.

FAmiliæ appellatiõe, & ipse princeps familiæ cõtinetur. ¶ Fœminarum liberos, in familia earum non esse, palàm est: quia qui nascuntur, patris, nõ matris familiã sequuntur.

VLPIAN. LIB. I. AD EDICTVM.

LEX CXCVII.

INdicasse reum, est detulisse: arguisse, id libello, cui subscribere necesse habebat, qui detulisset, † ut si obtinuisset, præmijs afficeretur: & si succubuisset, ex Turpiliano Senatusconsulto puniretur. † Hoc peracto disputabatur, an suscipienda cognitio esset, de indicijsq; cognoscebatur: id erat arguere reum, id est, demonstrare, & ex argumentis probare, ab eo cõmissum crimen. quòd si subesse legitimas coniecturas iudex uidisset [m], ulterius procedendũ esse interloquebatur, sicq; eius nomen, qui delatus erat, inter reos recipiebatur [n]: † tum iudex oratores, aduocatos ue admittebat, qui unà cum partibus continuis orationibus de causa disputabant, tumq; propriè Accusare dicebantur, & hinc Accusator, inde reus esse. † Si reus conuictus esset, præmium accusatori decernebatur quarta pars bonorũ rei, ut in crimine læsæ maiestatis Cornel. Tacitus libro IIII. autor est: Silio, inquit, condemnato, M. Lepidus quartã accusatoribus, secundũ necessitudinẽ legis, cætera liberis cõcessit. † Igitur ostendit Iurisconsultus indicare reum id significare, cùm nõ solùm delatus, argutusq; reus, sed & accusatus conuictusq; esset. Quapropter cùm ei præmiũ debeatur, qui famosi libelli autorẽ indicauerit, ut constitutioni locus sit, reum oportet esse conuictum [o]. Et quæ diximus, ex stricta significatione procedunt: nam latius quandoq; ea uerba accipiuntur: † & arguisse quoq; non uidetur, nisi & qui cõuicerit. Vnde cùm ex Senatusconsulto libertas pro præmio seruo debeatur, qui cædem domini arguerit, arguisse intelligemus, qui ostenderit [p], & damnari fecerit. † Sic & in quibusdam cõstitutionibus responsum à prudentibus est, cùm præmia his decernerent, qui impietatis reos arguerent [q]: id enim uerbũ generaliter pro ostendere demõstrareq; accipitur, ut in carmine Vergiliano: Degeneres animos timor arguit.

m l. Sendus. in fin. eod. tit.
n Bart. l. is qui reus. iiij. col. de pub. iud.
o l. lex Corn. in fin. de iniur.
p l. si quis in gra ui. §. si ex ſti pul. ad Syll.
q Alber. l. j. C. quib. ex cauſ. fer. pro præ.

1 *Seruitutes à prædio denominantur, cui debentur.*
2 *Seruitus eundi & agendi ad domũ per fundũ, urbana est.*
3 *Vrbana prædia, sunt omnia ædificia habitãdi causa facta.*
4 *Diuersoria ac tabernæ hic stabula dicuntur.*
5 *Stabula pro septis in rusticis prædijs habentur.*
6 *Meretur, qui mercede operam præstat.*
7 *Prætorium domus Imperatoris, ut Principia, tabernaculũ principis.*

principis.
8 *Olim quicunq; Imperator prætor dicebatur.*
9 *Prætorium dicitur hodie ornatior domus ruri posita.*
10 *Villa triplex est.*
11 *Vrbanam inhabitat dominus.*
12 *Rusticam uillici, operæq; rusticæ incolunt.*
13 *Fructuaria, in quam fructus reponuntur.*
14 *Aedificium in usum hominis extructũ, urbanũ est prædiũ, licet casa uel tugurium sit.*
15 *Pecorũ habitatio domui proxima, urbani prædij pars est.*
16 *Horti uoluptuarij cũ ædificijs contiguis censentur.*
17 *Horti ob reditus constituti, rusticis prædijs cõnumerantur.*
18 *Olitor ab olere dicitur.*

VRBANA.) a ¶†Seruitutũ aliæ sunt urbanę, alię rusticę: quę sic nomẽ sumũt, q̃ prędio urbano, uel rustico debeantur: obseruamus enim
a l. j. §. arca. de ſer. ruſt. præ. nõ simpliciter seruitutẽ ipsam, sed prædium
2 cui debetur [a]. † Vnde q̃uis uia censeatur rustica seruitus, si tamen per fundum tuũ eam mihi debeas, ut ad domũ meã ire agere possim, uerius est urbanam seruitutẽ tunc esse, quo-
3 niam urbano prædio debetur. † Quæ autem sint urbana prædia, sic explicat Iurisconsultus, ut sint omnia ædificia habitandi causa facta, ubicunq; sint, siue in urbe, siue extra urbem, in uicis uillisue, & conciliabulis: urbanũ enim prædium materia, non locus facit.
4 b ¶ Stabula.) †Diuersoria, & quas tabernas uocamus, ueteres stabula appellarũt. Sed & hæc uox pro septis accipit, quibus iumenta uel greges stabulãtur. In priore significatu hîc capienda est, q̃d arguũt subsequentia uerba: tumq; certissimũ est, urbanũ prædium stabulũ esse. † In posteriore sensu uideẽ accepisse Neratius [b], cùm numero urbanorũ non esse, quoniam à cæteris ædificijs separata sint, scripsit. Cùm enim nõ pro hominũ habitatione, sed pro pecorũ, quæ in rei rusticæ fructu
b l. eo iure. ff. in quib. cau. pig. sunt, cõmoditate structa fuerint, naturã rusticorum sequuntur, tametsi ædificijs constent.
6 c ¶ Meritoria.) †Mereri est mercede operã præstare: unde loca meritoria, quæ mercede locantur, fortè uiatoribus, uel peregrinantibus. Hinc & meritoria scorta, meritoriæ rhedæ, & muli meritorij, idq; genus similia.
7 d ¶ Prætoria.) †Prætoriũ domus imperato
8 ria est, †quòd quemcunq; militũ imperatorẽ, antiqui prætorem dicebãt [c]. Sic & principia, pro principis tabernaculo accipiuntur Vege
c l. officiũ. in fi. ff. de re mil. 9 tio. † Cœpit tamẽ prætorij appellatio pro ornatiore domo accipi, in qua patersa. ruri habitat. † Tripartito eñ uilla diuidit. Prima † urbana, quã dñs ipse ad inhabitandũ sumit [d]: ea & prętoriũ dicit Palladio, Tranq. Papinio in Pollij Surrentino, & Iurisconsultis. † Altera rustica, quam uillici operæq; rusticæ incolunt [e]. † Tertia fructuaria, in quã fructus deuehũtur: unde & à uehẽdo uilla dicta. autor Columella.
e ¶ Materia.) †Quid ergo si quis tugurijũ, uel casam exstramentis ædificet? Et si pro usu hominis sit, urbanum esse prędium receptum est: quapropter in ea aliqs capi, & in ius duci, nõ magis poterit, q̃ ex domo [f]. † Si uerò boũ, pecorũq; habitationi præparata sit, aliud est, ni si domui cõiuncta uel proxima sit: nã tunc urbani ædificij pars cẽsebitur [g].
d l. plenum. de uſu & hab.
e l. uideamus. locati.
f l. plerique. de in ius uoc.
g Cepoll. ca. xij. de ſer.

f ¶ Hortos.) †Cùm horti propter amœnitatem urbani prædij, cui contigui sunt, comparentur, æquum est urbanis eos contineri. † quòd si plurimũ in reditu sint, id est, principaliter propter rusticos reditus constituti, secus est. Quid enim si olitorib. locẽtur, uel uineas includunt? arguitur inde mens patrisfamiliæ, nõ minus utilitatis, ut fructus uendat, quàm amœnitatis causa, eos colentis.

g ¶ Olitorij.) †Ab olere fit olitor, nõ ab oli
uis, ut Accursius existimauit.

1 *Absentiæ causa quadruplex.*
2 *Abest, quem urbis continentia non habet.*
3 *Reus in faciem citandus sub initium causæ.*
4 *Semel iudicium ingressus, ad domum citatur.*
5 *In causis quibus mora nocet, ad domum denunciatur.*
6 *Abest nonnunquam, qui in iure non est.*
7 *Ab hostibus captus, non dicitur abesse.*
8 *Mortui quoq; absunt.*
9 *Successor eius qui captus est ab hostibus, citandus est.*
10 *Captus à latronibus, abesse dicitur.*

ABSENTEM.) †Abesse quis dicitur uarijs modis: sunt enim qui ex causa necessaria probabiliq; absunt, ut milites [h]: qui ex probabili tantùm, ut qui studiorum causa peregrè agunt: qui necessariò tantũ, ut relegati: sunt & qui sponte, ut mercatores. Accipitur autem absentia uarijs modis, ut suprà à nobis annotatum est. † Hoc uerò in responso is traditur abesse, qui extra urbis cõtinentia est. † Quapropter cùm lex uelit in iudicijs ordinarijs [i], sub ipsum causæ initiũ reum coràm & in faciẽ, nisi absens sit, citari: non ualebit citatio ad domum facta, nisi proponatur reũ extra cõtinentia urbis fuisse [k], uel nisi
h l. fin. de reſtit. in integ.
i §. ſi uerò etiã. in auth. de exhib. reis.
k l. Fulcinius. §. illud. ex quib. cauſ. in poſſ.

latitet, ut hîc dicitur: † postquam uerò semel in iudicium uenerit, sufficiet si denuncietur domũ[a]. † Sed & in causis, quę celeritatẽ requirunt, ut quia periculosa sit mora[b], satis erit etiam à principio libellum uocationis domũ deferre[c]: † dicetuŕq; tunc abesse, qui in iure nõ est. † Quod autem hîc subijcitur, abesse non uideri, qui ab hostib. captus est, eam habet ex ueterum interpretum sententia rationem[d], quia capti ab hostibus pro mortuis habẽtur: in quo ipse dubito, † quoniam etiã qui mortui sunt abesse dicũt. † Verius igitur est, absentem secundum subiectam materiam accipi: & cùm hîc respectu petitionis loquamur, non poterit captus ab hostibus neque tanquam absens uocari, citatione in domum suam delata, sed eius successor uocandus erit. † In capto uerò à latronibus aliud est, licet ei propter iustam causam prætor succurrat[e].

a l. & post. de iudi.
b c. causam. de dolo.
c l.iiij.§. abesse. de dam. infe.
d l. mulieris. ff. eod.
e l. succurritur. ff. ex qui.cau. maior.

1 Noxa omne delictum continet.
2 Stipulatio, noxis solutũ esse mancipiũ, excludit fraudẽ capita-
3 Ex legis dispositione contractus censetur. (lem.
4 Masculi fœminis præferebantur.
5 Promissio, legata soluere, deducta falcidia intelligitur.
6 Verba contrahentium sunt generaliter accipienda.
7 Crimen famosi libelli, publici est iudicij.
8 In publicis iudicijs facta arguebantur, dicta impunè erant.
9 Augustus primus de falsis libellis cognouit secundũ legem maiestatis.
10 Publicum crimen nonnunquam id est, quod tamen publicis iudicijs non connumeretur.

1 HAEC STIPVLATIO.) a ¶ † Licet noxæ appellatione omne delictum contineri uerum sit[f], † cùm tamẽ emptor mancipij à uenditore stipulatur noxis solutum esse, nõ de omni delicto intelligitur, nec de capitali fraude actũ censetur. Cuius rei illa est ratio, quoniam ædiles, qui cõstituerant, quibus casibus redhibitioni locus sit[g], noxã ab huiusmodi fraude distinxerãt. † Vnde creditur cõtrahentes uerba sua secundũ legis sensum de ea re loquentis intellexisse: qua ratione affirmandũ uidetur, generalis uerbi significationem restringendam esse, ut secundum legis dispositionẽ cõtractũ censeatur. † Sic qui posteris & successoribus hæreditatẽ relinquit, masculos fœminis prætulisse existimandus est, quandò ex lege municipali præferebantur[h]. † Sic hæres, qui legata generaliter soluere promittit[i], deducta falcidia promisisse intelligitur: quod hanc quoq; rationem habet: cùm enim huiusmodi cautio ex necessitate præstetur, non uidetur ulterius cautũ, quàm quatenus ex legis iussione cauendũ fuerat: quod & in huius responsi specie dicendum est, † alioquin uerba contrahentium generalia, satius est generaliter accipi[k]. 6

k Gl.l. si prior. sol.matr.

b ¶ Publicam executionem.) De quibus delictis suprà habetur sub rubrica, de publicis iudicijs. † Crimen quoque famosi libelli publici iudicij est[l], quam rem Corn. Tacitus lib. hist. 1. sic exequitur: Legem maiestatis Tiberius reduxerat, cui nomẽ apud ueteres idem: sed alia in iudicium ueniebant, si quis proditione exercitũ, aut plebem seditionibus, † denique malè gesta Repu. maiestatẽ populi Ro. minuisset, facta arguebant, dicta impunè erãt. † Primus Augustus cognitionẽ de famosis libellis specie legis eius tractauit, cõmotus Cassij Seueri libidine, qua uiros, fœminaśq; illustres procacibus scriptis diffamauerat. † Quæ uerba referre placuit, ut ambigere desinerent Doctores, quomodo crimen illud publicũ sit, quod tamen in tractatu publicorũ iudiciorũ nõ cõ numereẽ[m]: apparet enim sub lege maiestatis cõtineri, cùm ad eius exemplum iudicetur[n].

l l. quod Senatus. de iniur.
m l.j. de public. iud.
n l. famosi. in. ad leg. Iulia maiest.

1 Filij appellatio nõ propriè, sed ex rationis similitudine ad filiam, nepotem, neptemq; extenditur.
2 Nepotes potius sub descendentiũ nomine, quàm filiorum continentur.
3 Filiæ per appellationem filiorum tantum ex interpretatione continentur: propriè enim fœminæ dicuntur.
4 Patris nomine & auus continetur, nisi ratio dispar, aut odium impediat.
5 Quæ gradu longius distant, minus descendentes afficiunt.
6 Dedecus filiæ magis patrem quàm auum respicit, utpote iunctiorem sanguine.
7 Certa persona patris excludit auum.
8 Dictio restrictiua, solus, in dubio nõ excludit à patre auũ.
9 In matris & auiæ appellatione, & proauia continetur.

IVSTA.) a ¶ † Sicuti filius etiam filiã continet, ita & nepotem, eademq; ratione opinor & neptem: cumq; conformes esse has regulas Iurisconsultus hîc ostendat, consequens est, ut sicut masculinum nõ nisi per interpretationem fœmininum sexum continet, ita & filius ad nepotẽ ex sermonis proprietate non referatur, sed tantummodo ex interpretatione, per quam ex similitudine rationis fit extensio: & ita cõmuniter receptũ est. † Hinćq; si testator filijs Titij, & eius descendentibus fundũ per fideicõmissum relinquat, si aliqui filij supersint, prius admittentur[o], tanquam sub illo nomine, filijs, censeantur nominatim uocati: nec cum eis unà nepotes Titij, ex alijs filijs præmortuis succedent, illi enim sub nomine descendentium, potius quàm filiorum com- 1 2

o l.cũ ita. §. fin. de leg.ij.

comprænduntur: quippe appellatio filiorum nõ nisi per extensionem, descendentium uerò etiam propriè, ad eos refertur. Donec ergo supersunt filij, qui prius nominati sunt, non erit locus cæteris descendentibus posteriore loco scriptis: & ita quidam sentiunt[a]. † Idemq; dicendum in ea specie, cùm existentibus filijs, fœminæ à successione repellantur: censebitur eñ filias fœminas excluſas: quoniam sub dictione, filijs, per quam uocarentur, nõ nisi per interpretationẽ continentur: at sub uerbo fœminæ, per quod excludũtur, propriè habentur. 3

a Decj. consil. j. in fin.

4 b ¶ Patris nomine.) † Sicut filij nomine nepos, sic & patris auus continetur: quod generaliter uerum est, nisi cùm materia odiosa est: & nõ omnino tantũ rationis est in auo, quan 5 tum in patre. † Hinc lex Iulia, quæ Senatori prohibet, ne eam uxorem ducat, cuius pater artem ludicram fecerit[b], non uidetur prohibere, si non pater, sed auus fecerit: quoniam quò magis ille gradu distat, eò minus artis in 6 famia descendentes afficit. † Eadẽ quoq; patri concedens, ut deprensam in adulterio filiam occidere possit, tantũ iuris auo dedisse nõ uidebitur[c], ad cuius dedecus adulteræ turpitudo non ita pertinet, sicut ad patrem sanguine iunctiorem. † Sed & quoties certã personam patris appellatione intelligimus[d], ad 8 auum non fiet extensio. † Quid si lex aliquid soli patri concedere se dicat, an propter eam dictionem restrictiuam auus excludetur? Et ex subiecta materia faciendam interpretatio 40 nem plerique senserunt, & in dubio casu propius est ut non excludatur: † nam & lex contra ueteris iuris regulas, solis matri & auię tutelam defert[e], & tamen frequentius proditũ est, proauiam non excludi[f].

b l. lege Iul. de ritu nupt.
c l.patri. ff. de adul.
d Bart. l. liberorum. in fin.
e Authen. ut matri & auiæ.
f Mod. in l. Gallus. §. instituens.

1 Hæres plus expendendo, quàm certam summam testatoris, nõ derogat ultimæ uoluntati.
2 Maior summa minorem continet.
3 Nec taxatiua duntaxat hæredem stringit.
4 Fauori suo quiuis renunciare potest.
5 Hodie tamen taxatiua stringit in odium auaritiæ sacerdotalis.
6 Impia sacerdotum exactio circa mortuorum sepulturam.
7 Ex necessitate legis pars deducitur in legato sepulchri loco.
8 Executor, mandata sibi cura sepulchri, si præter iussum plus impendat, nulla actione ab hærede consequetur.
9 Minus mandato impensum, hæredi proficit.
10 Fauor aut industria executoris, hæredi commodat.
11 Vltima uoluntas pro modo facultatum obseruanda est.

1 CVM IN testamẽto.) † Cùm testator certam summã in funere erogari mandat, 2 potest & plus expendi: † in maiore enim summa etiã minor continetur. † quòd si eam summam duntaxat consumi uoluit, adhuc idem 3 est: uidetur enim taxationẽ additã, ut ei, qui grauatus esset, consuleret: † unde licitũ est, fauori suo renunciare, & quicquid ulterius uelit, impendere. † Quod hodie fortè aliter esset obseruandũ, cùm plerũq; accidat, ut prudentes testatores mandent se duobus tantum cereis, totidemq; presbyteris præsentibus sepeliri: propter enim auaritiam quorundam sacerdotũ coercendam, ita præcepisse uidentur, qui cõtra Christianæ legis simplicitatẽ, mille strophas inuenerunt, unde hoc nomine pecunias extorquerẽt. † Quid eñ ipsi pro 6 pter pallia, propter cruces, propter æris campani sonitus, propter deniq; sacræ humationis, uel defodiendi cœmiterij ius remiserunt, quod aliquo colore possent exigere? ad hæc, cantelas, cantores, fandapilarios, parochos, pannos? Quid de his cõtrouersijs dicam, quę ad quartam canonicã pertinent? † ut si quid 7 sponte loco sepulchri legatũ est, ex necessitate legis cõtra uoluntatẽ testatoris pars deducatur[g]. Cùm igitur in proposita specie, non g c.j. de sepul. tam ut hæredi cõsuleret testator, ita mandasse uideatur, quàm ut auaritię symonicoq; ambitui sacerdotũ obuiam iret, non putarem licere plus impendere, nec responsum hoc Alpheni obseruandum. † Illud constat, executorem, cui sepulchri cura mandata sit, si præter 8 iussum plus impenderit, nulla actione ab hærede consequi posse[h]: † quòd si minore precio industria sua mandato defunctus est, hæredi quod supereſt, proficere[i]: tametsi enim non posse minus q̃ iussum sit impendi hîc dicat, si tamen per industriã, † uel quia apud artificẽ quis gratia ualeat, alia ue ratione minore precio quis id consequatur, quod secundum cõmunem estimationẽ designata à testatore pecunia fuisset censendum, satisfecisse mandato uidebitur, accrescetq; hæreditati illud lucrum, ut Dynus, Albericusq; prodiderunt. † Quid si ultra modum facultatis suæ iusserit 11 quis sumptum fieri? Et hanc uoluntatem nõ esse sequendam, recepti iuris est[k].

h l. qui aliena. § j. de neg. gest.
i l. Lucius. §. j. de leg. ij.
k l. & si quis. §. quid ergo. de relig.

1 Vectigal quatenus exigundum censores statuebant.
2 Vectigal à rebus inuectis.
3 Portorium à mercibus in portu datur.
4 Exactor portorij, portitor est.
5 Domicilium est, in quo frequentius pater fam. habitat.
6 Sedes est perpetua habitatio.
7 Possessio à potis & sede dicitur.
8 Vsus semper generaliter accipitur.
9 Vectigal non soluitur de his quæ in usu sunt.
10 In dubio contra fiscum respondetur.
11 Fisco publicani hactenus æquiparantur.
12 Vsus impropriè ad uictui parata restringitur.
13 In usu est, quod domi est usui.
14 Verba ex præcedentibus coarctantur.
15 Vectigale iuri communi de seruis usuarijs penditur.
16 Lex de asportando tritico quo ad usum non prohibet.
17 Iuramento asportantis statur, ni contrarium appareat.

18 *Atrienſes domini negocia procurabant.*
19 *Atrienſes ab atrio dicti, in quo cibaria ſeruis diuidebant.*
20 *Textores ſerui à texendo.*
21 *Operarij ſunt operæ ruſticæ.*
22 *Tolero pro ſuſtento.*
23 *Vectores ſerui dominos uehere ſolebant.*
24 *Cubicularij, q cubili præſunt.*
25 *Adminiſtratores mẽſæ curam agebant.*

tum facere uidẽtur.

IDEM LIB. VIII.
LEX CCIII.

IN LEGE CENſoria.) ¶†Solebant cenſores publica locare, et ideo pacta cum publicanis inibãt, quibus ſtatuebatur, quatenus uectigal exigundũ eſſet. Cùm igitur in lege cenſoria portus Siciliæ cautũ eſſet, ne p ſeruis quos quis domũ pro uſu ſuo duceret, uectigal ſolueret, fuit apud Alphenum dubitatum, quomodo eiuſmodi uerba accipienda eſſent.

a ¶Portorium.) †Id eſt, uectigal, q̃d quia de rebus inuectis ſoluat, nomen ſumpſit. ſic† & portorium, quòd pro his mercibus, quæ in portu ſunt, detur: † cuius exactor & manceps Portitor appellatur antiquis autoribus.

b ¶Domum.) † Vbi igitur domicilium aliquis conſtituerit, domum habere dicitur: ut ſatis nõ ſit, quòd aliquo in loco quis habitet, animo fortè recedendi, ſed neceſſariũ eſt domicilium eſſe conſtitutum, id eſt, rerum ſuarum ſummam ibi eſſe, frequentiuſq; à patre familiãs incoli.

c ¶†Sedes.) Id eſt, habitationẽ perpetuã. Vergilius: Nec uerò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes. Et rurſus: Priuſquàm ſedibus oſſa quierint. Potes etiam intelligere agros, ſeu fundos: † unde poſſeſsio nõ à pedibus, ut uulgò legitur[a], ſed à dictione pos: unde fit impos, & compos, & potis: itemq; à ſedibus dicta eſt. Hinc capere ſedes, mutare ſedes, occupare ſedes, & ſimilia apud ueteres exẽpla. Ille ergo poſsidet, qui ſedere, id eſt, ſedem ponere potis eſt: à ſeſsitando Galli etiamnũ uulgò continuare poſſeſsionem ſeſsire uocant.

d ¶Magnam dubitationem.) †Et ratio dubitationis eſſe poterat, tum quia cùm de uſu loquimur[b], generaliter accipimus, ita ut familia quoq; ipſa uti poſsit: tum etiam quia iure cõmuni de his, quæ patresfamiliãs ad uſum propriũ reuehunt, uectigal nõ ſoluitur[c]. Vnde ut lex cẽſoria aliquid induceret, debuiſſet latior interpretatio ſumi. † Accedit his, quòd ſicut in dubijs quæſtionibus aduerſus fiſcum facilius reſponden mus eſſe rectè dicere tur[d]? Sed de ea re rectè conſtitutũ eſt, eã domũ unicuiq; debere exiſtimari, ubi q̃ſque ſedes[e] & tabulas haberet, ſuarumq; rerum cõſtitutionem feciſſet. Quid autem eſſet, uſu ſuo, magnã eſſe dubitationẽ[d]: & magis placet, quod uictus ſui[e] cauſa paratum eſt, tantũ contineri. Itemq; de ſeruis eadẽ ratione quæri, qui eorũ uſus ſui cauſa parati eſſent, utrũ diſpenſatores[f], inſularij, uillici, atrienſes[g], textores[h], & operarij[i] quoq; ruſtici, qui agrorũ colendorum cauſa habentur, ex quibus agris paterfamil. fructus caperet, quibus ſe to uata portus Siciliæ lex operabitur, cùm iure cõmuni etiã de ſeruis, quos ibi uſuarios quis duxit, uectigal pendatur: licet aliud ſit in cæteris rebus[e]. † Vnde cõmuniter receptum eſt, ſi lex triticum extra territoriũ abſportari uetet, qui pro ſuo uſu ducat, non cenſeri prohibitum[f]. † Addunt plerique, iuramento eius, qui abſportat, ſtare publicanum debere[g]: quod intellexerim, dum nullæ ſint ex aduerſo coniecturæ[h].

f ¶Diſpẽſatores.) Qui ſint hi ſerui, ſicut & inſularij, & uillici, à nobis ſuprà expoſitũ eſt.

g ¶Atrienſes.) †Horum ſumma erat autoritas, quòd domini negocia procurarent, res uenales diſtraherent, debita exigerent, & in alios ſeruos non parũ iuris uſurparent, quod ex Plauti Aſinaria cognoſci poteſt: † arbitror & alimẽta cæteris ſeruis diuidere ſolitos, & inde ab atrio nomen ſumpſiſſe: conſtat enim in atrio ſportulas cibaria'ue diſtribui.

h ¶†Textores.) Serui à texendo dicti.

i ¶†Operarij.) Qui ruri operabantur: unde & antiquis autoribus ſimpliciter operæ appellantur. affirmat M. Cicero ab operis Clodianis Milonem inſidias paſſum fuiſſe.

k ¶†Toleraret.) Id eſt, ſuſtentaret: nouus modus loquendi. Cæſ. equos tolerari, cætera iumenta interijſſe. Sic & Tacitus tolerare uitam, Græci ὑπομένειν dicunt.

l ¶†Vectores.) Solebant ueteres uel lecticis deuehi, uel curribus: inde ſerui uectores dicti, quo genere lecticarij, agaſones, mulionesq; ſunt, quos tamẽ uſu ſuo habẽt.

m ¶Cubicularij.) †Qui cubiculo uel ad limina aſsidẽt.

n ¶†Adminiſtratores.) † Miniſtri ipſius patrisfamil. in menſa: ſic enim propriè miniſtrare accipimus, à manibus ducto ſermone.

1 *Puer tria ſignificat, ſeruũ, maſculum, minorẽ quatuordecim annorum.*
2 *Puer propriè impubes dicitur.*
3 *Pueritia in poſtulando, decimum & ſeptimum annum, in legatis alimentis ad pubertatem, decimumoctauum deſignat.*
4 *Ars uel induſtria propria alimoniæ puerorum, non ſufficit ante decimumoctauum annum.*
5 *Puer in ſacris exactam ætatem ſignat.*
6 *Macrobius ſeptem ætates facit.*
7 *Seruius Tullus tres.*
8 *Ariſtoteli corpus deficit poſt trigeſimumſextum, animus poſt quadrageſimumoctauum annum.*
9 *Varro quinq; gradus facit.*
10 *Iureconſultis infans ad ſeptimũ, adoleſcens decimum quartũ, iuuenis donec ſenuerit, ſenex maior quinq; & quinquaginta annis aut ſupra ſeptuaginta habetur.*
11 *Cum adultus, & cũ uir factus fuerit, diſpares conditiones ſunt.*

a *l. ſeruis. §. ſi pueris. de lega. iij.*
b *l. j. §. pueritiã. de poſtul.*
c *l. mella. de ali. leg.*
d *l. arrogato. §. nõ tantum. de adopt.*
e *ij. q. vij. Paulus.*
f *l. j. §. j. de admin. tut. l. j. de minor.*
g *l. nõ aliter. §. de leg. j.*
h *l. fin. C. qui ætate.*
i *l. uniuerſi. C. de uectig.*
k *l. non putat iure fiſ.*
l *l. fi. §. quoties de publica.*
m *Bar. l. cæteri. §. ij. de leg. j.*
n *Clem. fin. de cenſib.*

leraret[k]: omnes denique ſeruos, q̃s quiſque emiſſet, ut ipſe haberet, atq; eis ad aliquã rem uteretur, neq; ideo emiſſet, ut uenderet. Et ſibi uideri, eos demũ uſus ſui cauſa patrẽfamil. habere, q̃ ad eius cortuendũ, atq; ipſius cultũ præpoſiti deſtinatiq; eſſent: q̃ in genere uectores[l], cubicularij[m], coqui, adminiſtratores[n], at que alij, qui ad eiuſmodi uſum parati eſſent, numerarentur.

PAVL. LIB. II.
EPIST.
LEX CCIIII.

PVeri appellatio, tres ſignificationes habet: unã, cùm omnes ſeruos, pueros appellaremus: alterã, cum puerũ contrario nomine puellæ diceremus: tertiã, cùm ætatẽ puerilem demonſtraremus.

PVERI.) ¶†Explicatur hîc triplex puerí ſignificatio. Prima eſt, cùm ſeruos pueros appellamus, cuiuſcunque ætatis ſint. Sic Perſius: I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Qui ſermo in uulgari idiomate etiam hodie eſt in uſu. Altera eſt, cùm contrario puellæ nomine utimur, ut uidelicet ſexũ diſcernamus: tametſi dubium non eſt pueris legatis[a], etiam puellas contineri: qua de re ſuprà dictum fuit. Tertia eſt, qua ætatem iudicamus: † unde propria ſignificatione, cùm puerum dicimus, impuberem intelligemus, id eſt, qui quatuordecim annos non expleuerit. † Accipitur tamẽ aliquando aliter ex ſubiecta materia: unde cùm prætor à poſtulando pueritiam excuſauit[b], excuſatus cenſebitur qui decem & ſeptem annos nondũ compleuit. ſed & legatis uſq; ad pubertatem alimentis[c], donec ad decimumoctauũ annum quis peruenerit, debebuntur: quod propter alimentorum fauorem conſtitutum eſt, & rationem habet: ſanè enim eam ætatem, ut plurimum uidemus non ſufficere pueris ſuam ipſorum artem, uel induſtriam, ut ſe alant: meritò interpretatio in id tempus proferenda fuit, nam & tunc plenæ pubertatis eſſe incipiunt[d]. † Accipitur & in ſacris literis plenio re ſignificatione hæc uox, ut apud Eſaiam: Maledictus puer centũ annorum[e]. Sed hoc κατ' ἀφορισμὸν accipiẽdum eſt, id eſt, per relationem ad tempus, quo quis puer fuit. Sanè quemadmodum ætates diſtinguantur, uaria fuit apud ueteres ſentẽtia. † Nam Macrobio gradus omnes humanæ uitæ ſeptenario numero diuidit: Bis ſeptem annis pueritia perficitur, incipitq; pubertas: Poſt ter ſeptem genas flore iuuẽta ueſtit, idemq; annus finem in longum creſcẽdi facit: Poſt quater ſeptem in latum quoq; creſcere deſinimus: Quinquies ſepteno uirium incrementum abſoluitur: Sexta hebdomas antè collectum robur conſeruat: A ſexta in ſeptimam fit occulta paulatim diminutio: Septima totius hominis maturitatem adfert, etiam animi: Decima uitæ metam præſcribit. † At Seruius Tullus rex Romanorũ cùm claſſes cenſum faciendi gratia inſtitueret, Pueros exiſtimauit, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: abinde uſque ad annum quadrageſimũ ſextum, Iuuenes, & militiæ idoneos: qui ſupra eum annum erant, Seniores: idq; ex Tuberonis hiſtoria Aul. Gellius libro x. refert. † Ariſtoteles uerò in Politicis, corporis uigorem poſt annum trigeſimum ſextũ minui putat, animi uerò poſt duodequinquageſimũ. † Sed M. Varro, cui propemodum conſentiunt Arabes medici, quinque ætatis gradus cõmemorat: Pueritiam, ad quintumdecimũ: Adoleſcentiam, ad trigeſimum annum: Iuuentutem ad quadrageſimum quintum: Virilitatem, ad ſexageſimum: qui ulterius uiuendo progrediuntur, Seniores eſſe. † Cæterum prudentius exiſtimaſſe Iuriſconſulti nobis uidentur, qui Infantiam ad ſeptimum uſq; annum acceperunt[f]: Pubertatem, ſeu Adoleſcentiam, à quartodecimo initium ſumere, uigeſimoquinto perfici: Iuuentutem inde appellari, cui certus terminus non ſit conſtitutus, ſed ex habitu corporum, & conſuetudine eum, ad cuius notionem pertinet, exiſtimaturum: ut qui adhuc inter ſeniores numerari non cœpit, pro iuuene habeatur: atq; ita Marcellus reſpondit[g]. Eodem modo & de Senecta iudicandum, niſi quòd ab oneribus perſonalibus maiores quinq; & quinquagin ta annis tanquam ſenes excuſantur[h]: à tutela

uerò & cura, qui ſupra ſeptuaginta annos uixere. † Exiſtimauit Bartolus, qui uerum dicit, de adulto intellígere: perinde ac ſi eadem ſit cõditio, cùm uir factus erit, uel cùm adultus erit: ſed hanc ego ſententiã Diſpunctionum lib. IIII. cap. XII. confutaui.

IDEM LIB. IIII. EPITOMARVM ALPHENI.

LEX CCV.

QVi fundum uenditor, pomum[a] excepit: nuces, & ficus, & uuas dũtaxat duracinas[b], & purpureas, & quę eiuſdem generis eſſent, quas non uini cauſa haberemus, & Græci πρωξίμους appellãt, recepta[d] uideri.

IDEM LIB. VI. EX MINVTIO.

LEX CCVI.

VInaria uaſa[a], proprie uaſa torculares. † Sunt & ſatiuæ aliquæ purpureæ, eſui aptiſſimæ, quas græcas in prouincia Maſſilienſi uulgò appellant. Ouidius Metamorphoſeos lib. VIII. non uuas, ſed uites ipſas purpureas appellat:

Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.

Meminit & Plinius libro XIIII. cap. tertio & quarto.

1 Qui fundum.) a ¶ † Appellatione pomi, omnis fructus edendi cauſa paratus, cõtinetur: nõ ita ſi ad potum pertineat. Et dubium in hoc caſu faciebat: quoniam pomum dupliciter accipi poteſt, ſpeciali ſignificatione, qua mâla intelligimus, itemq; generali. † Videbatur autem potius ſpecialiter capiendum, † tum quia uerba in caſibus dubijs ſunt potius ſecundum ſpeciem, quàm ſecundum genus interpretanda[a], tum quia cùm exceptio hæc à uenditore facta fuerit[b], æquum erat pactionem ambiguam ei nocere, qui legem potuit apertius dicere. † Adde quòd in definitè prolatus fuit huiuſmodi ſermo, & in contractibus indefinita oratio proprie uniuerſali non æquipollet[c]. † Sed tamen aliud Paulo uiſum eſt: nõ enim aliter, quàm in uniuerſum, exceptio illa indefinita intelligi poteſt, alioquin nullius effectus eſſet: nec in ſpecie de mâlo tantummodo fuit accipiendum, cùm non minus propriè nuces, cæteriq; fructus, pomi nomine comprændantur, quàm mâla: licet hodie in uulgari uſu loquentium aliud ſit. † Non ergo tam ambigua eſt pactio, ut quid actum ſit, intelligi nequeat: unde uerbis ſtandum eſt, nec contra uenditorem interpretatio ſumenda.

a l. hoc legatũ. de leg. iij.
b l. ueteribus. de pact.
c Bar. l. ſi pluribus. de leg. ij.

7 b ¶ † Duracinas & purpureas.) Oſtendit Iuriſconſultus eas uuas, quas non uini cauſa habemus, ſed eſus, poma dici poſſe: eas Græci πρωξίμους, quaſi comeſtibiles dicas, appellãt: atq; ita in antiquis eſt codicibus. † Sunt autem duracinæ, uuæ duriores, quæ propter firmitatẽ etiam contra frigora durarent, & ideo ſeruarentur. ſunt qui earum ſpecies eſſe Veniculas, & Numeſianas credant. † Purpureas uerò appellaſſe Iuriſconſultus eas uidet, quæ in ollis condirentur: quoniam cùm adhuc rubeſcunt, ante uidelicet perfectam maturitatem, decerpi debent, ut Cato præcipit: quara tione etiam omphacium fit Dioſcoridi, uuæ uidelicet μήπω πόρ καζόσης, id eſt, nondum nigreſcentis, ut ego interpretor. Poteſt & hîc intelligi de uitis ſylueſtris, quam Græci ἄμπελον ἄγριαν uocant, uuis: hæ enim πυῤῥοῖ, id eſt, ruffi coloris ſunt, uel, ut Plinius inquit, cocco ſimiles. † Sunt & ſatiuæ aliquæ purpureæ, eſui aptiſſimæ, quas græcas in prouincia Maſſilienſi uulgò appellant. Ouidius Metamorphoſeos lib. VIII. non uuas, ſed uites ipſas purpureas appellat:

Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.

Meminit & Plinius libro XIIII. cap. tertio & quarto.

c ¶ Generis.) † Uuarum quæ eſui ſeruantur, quasq; aliqui ſuburbanas uocant, hæ ſpecies ab autoribus proditæ ſunt: Præcoquæ, quas & Lagoas, quaſi Leporarias dicũt: Duracinæ, Purpureæ, Digitales, Rhodiæ, Libycæ, Ceraunię, Stephanitæ, Tripedianæ, Vnciariæ, Cydoniæ: & ex his aliquæ etiam uinis conficiendis uſui eſſe poſſunt. † Vnde ſi uenditor edules eſſe aſſerat, emptor uerò tanquã uinarias ad ſe pertinere contendat, putarem id, quod ueriſimiliter actũ eſt, obſeruandum, & ex precio fundi, uuarumq; quantitate æſtimandum, quid contrahentes ſenſerint: † in re uerò plane dubia contra uenditorem pronunciandum.

d ¶ † Recepta.) Id eſt, excepta. Inde receptitius ſeruus, quẽ mulier de dote excipit, ut Gellius interpretatur. Eſt etiã recipere, præſtaturum promittere, quod Græci ἀναδέχεσθαι dicunt, & uterq; ſenſus hîc quadrat.

1 *Vinaria uaſa multifaria.*
2 *Torculari muſtum fiebat.*
3 *Seriis & dolijs deferueſcebat.*
4 *Seriæ figulini erant operis.*
5 *Promercalia uina minoribus uaſis continebantur.*
6 *Amphora, urnale, cadus, minora uaſa.*
7 *Vrnale urnam continet.*
8 *Vrna uigintiquatuor ſextarios continet.*
9 *Sextarius congij pars.*
10 *Modius ſextarij ſedecim.*
11 *Medimnus modij ſex.*
12 *Amphora duæ urnæ.*
13 *Cadus tres urnæ.*
14 *Cupæ incertæ menſuræ uaſa.*
15 *Vino legato uaſa non debentur.*
16 *Vaſa tantum uino parata ſeruando, cum uino debentur.*

VINARIA.) a ¶ † Varia ſunt apud ueteres uaſorũ nomina, quibus uina imponebantur: † & in primis ea erãt, quæ conficiundo muſto uſui habebantur, & torcularia cõiuncta erãt, unde Torcularia dicta ſunt. 3 † Eo perfecto, in dolia & ſerias inferebatur, in quibus deferueſceret: erant hæc uaſa maiora, & capacia, & nõ minus quàm Culeum, id eſt, uicenas amphoras continebãt: † uideturq; ſerias figulini fuiſſe operis, nec ſolebant ea de cellis uinarijs abſportari, licet alij quoq; uſui eſſe poſſent, quàm uino continendo. 5 † ubi deferbuiſſet, quod promercale effici uolebant, ut melius inueteraſceret, in minora uaſa, & certæ menſuræ diffundebatur: cõſueuerantq; patresfamiliâs illud ſic diffuſum uendere. † Ea uaſa erant amphoræ, uel urnalia, aut cadi, dicta ſunt † urnalia, quòd urnam continerent: † hæc eſt menſura ſextariorũ uigintiquatuor. † Eſt autẽ ſextarius quinædenæ unciæ, ſic dictus, quòd ſexta ſit pars congij. † Sextarij ſedecim conficiunt modium, † modios ſex continet medimnus: † at amphora idem eſt quod quadrantal, quia pedem quadratũ recipiat: 13 id duarum urnarum pondus eſt, † ſicut cadus uel metreta trium. † Diffundebatur etiam quandoque in cupas uel cupulas, quæ & ipſa uaſa modica erant, ſed non certæ menſuræ, ut arbitror. Quæſitũ igitur fuit, quæ propriè uinaria uaſa eſſent: & ea ſolùm Vlpianus reſpondit, quæ torcularia ſunt: dolia enim, & ſeriæ, & amphoræ, etiam in alium uſum, quàm uini habentur: ut ſi tritico, uel pecunia impleantur. Sic Horatius, amphoram mellis: Perſius, argenti ſeriam dixit: Cicero quadrantal tritici. Et hæc ex proprietate uerbi locum ſibi uendicant. † Sed ſi legatum ſit uinum, uel uenditum, amphoræ & cadi debebuntur, dolia non debebuntur: quoniam ea non ſolent loco amoueri, ſed patribus familiâs remanent. Sic apud Terentium Chremes uir locuples: Releui, inquit, dolia omnia, omnes ſerias. At Horatius ſe empto uino uti oſtendens, Torquatũ uocat, ut ſecum uina bibat, Tauro iterum conſule diffuſa.

l. uinum. de tri. leg.

16 b ¶ Poſsit.) † Si tamen uini ſolùm cauſa eis paterfamiliâs ſemper eſt uſus, uinariorum uaſorum numero erunt, ut ueteres probauere. Idem ſi in eum tantummodo uſum comparata fuiſſe huiuſmodi uaſa conſtet. Sed hæc interpretatio ex mente, non ex uerbis deſcendit: Iuriſconſultus autem hîc de ui uerborum diſputat.

Iacob. & Alb. hic.

1 *Mercator emit quæ reuendat non abſq; quæſtu.*
2 *Vnus actus emendi ut reuendas, non conſtituit mercatorẽ.*
3 *Conductæ poſſeſſiones & locatæ non ſunt merces.*
4 *Qui ſibi nata uendit, non mercatur.*
5 *Vſurarij non ſunt mercatores, nec fœneratores.*
6 *Pecunia non eſt merx.*
7 *Mercator eſt qui ampliorẽ ſubſtãtiæ partem in mercimonijs habet.*
8 *A principaliori exercitio quis denominatur.*
9 *Sine fraude in album mercatorum adſumptus non excluditur.*
10 *Venalitiarij emunt mutatim, ut reuendãt alijs.*
11 *Serui in mercibus non ſunt, ſed uenalitio.*
12 *Mango à manu & ago dicitur.*
13 *Artifex eſt, qui à ſe elaboratum reuendit.*
14 *Merx nõ eſt artificiũ.*
15 *Magnarij negociatores, mercatores ſunt propriè.*
16 *Mercator non eſt, qui non ipſe quandoq; negociatur.*
17 *Tabernaria nõ cenſetur uilis, ſi per alios tantum exerceat.*
18 *Qui exercet, non qui imperat uilia, notatur.*
19 *Mercatores inhonoratæ perſonæ ſunt.*
20 *Qui ergaſterijs adhærẽt, à militia et dignitatib. arcebãtur*
21 *Hodie ſordida dicuntur, quæ urbis conſuetudine uilia habentur.*
22 *Honeſta, quæ ab honeſtis geruntur.*
23 *Sordidi quæſtus ſunt, qui in hominum odio ſunt.*
24 *Opifices uoluptatis & gulæ uiles habentur.*
25 *Miropolæ animos effœminant.*
26 *Qui negociatores lucrum mentiendo faciunt, ſordidi habentur.*
27 *Literator menſtrua mercede ſeruiens uilis eſt.*
28 *Factores, qui priuatas res adminiſtrant, indecores ſunt.*
29 *Scribæ & tabelliones non ſunt hodie ignobiles.*
30 *Scribæ conſiliorum ſunt participes omnium.*
31 *Preco ignobilis eſt.*

MERCIS.) † Mercator eſt, qui negociationis exercendæ, quæſtusq; faciendi cauſa merces emit, ut uendat. † Quapropter qui ſemel emit pannos, ut uenderet, mercator nõ eſt: qa in eo deficit exercitiũ. † Idemq; & cùm quis poſſeſſiones conducit, & locat: hæ enim merces non ſunt[a]. † Sed & cùm quis triticum, uinum, oleum, in agris ſuis collectũ uendit, non ideo mercator eſt: non enim ab alio emit, ut uendat[b]. † Vſurarij quoq; mercatores non ſunt, quia † pecunia in merce non eſt: imò ſi quis ſit mercator, & fœnus etiam exerceat, mercatorum priuilegijs non fruetur: quoniam nõ eſt ueriſimile, legislatorem tam improbo homini quicquam uoluiſſe indulgere. † Cæterum & qui amplum patrimonium habens, in re modica negociatur, licet eius reſpectu mercator ſit, non tamen huiuſmodi priuilegio fruetur[c]. † Cùm enim quilibet ab eo nomẽ ſortiatur, quod principaliter agit, non uidetur lex mercatorem accepiſſe, qui principaliter non ſit, & ampliorem

a l. mercis. ſ. eo.
b Bar. l. legatis. de leg. iij.
c l. ſemper. §. negociatores. de iur. immu.

partem ſubſtantiæ in mercimonijs non habeat. †In qua tamen quæſtione, quæ ratio legis ſit, in primis attendemus[2]: & ſi citra fraudem in album mercatorum quis fuerit aſſumptus, ciuſq; negociationis ſe profiteatur, mercator propriè exiſtimandus erit, tametſi non magnam fortunarũ ſuarum partem in quæſtum deduxerit[b]. †Venalitiarij ſunt, qui quęſtus cauſa uenalitiarum rerum negociationem exercent. Sunt autem uenalitiæ res, quæ in uſum indigentiũ uenales propoſitæ ſunt: quapropter qui ipſi à mercatorib. minutatim emunt, ut rurſus uendant, uenalitiarij ſunt: hos uulgò reuenditores appellamus. Sic & Propolæ & Annonarij, quiq; à ruſticis eſculenta emunt, ut deinde uendant, uenalitiarij ſunt. Mangones quoq; uenalitiarij ſunt, quoniam uenalitia, id eſt, ſeruos uenales expoſitos ipſi emere præoccupant, ut carius uendant. † Cùm enim mercis nomen in huiuſmodi ſeruis locum non habeat[c], tametſi mercis loco ſint, conſequens eſt, ut ſaltem uenalitij appellatione cenſeantur. † Dicuntur autem mangones, quòd homines agant in manum, id eſt, poteſtatem. † Artifices ſunt, qui rem à ſe in aliam formã elaboratam uendunt[d], quales ſunt cerdones, fabri, pelliones, ſutores, textores, ſarcinatores, fullones, bractearij: †mercis enim appellatio ad hos nõ pertinet[e]. quod & in pigmentarijs dicendum eſt, qui ipſi medicamenta conficiunt, & contuſas ſpecies minutatim uendunt: †nam magnarij negociatores, qui trans mare ad ſe deuehi ſpecies curant, uerè, &, ut ita dicã, ἐμφαλιωτρῶς mercatores ſunt. Sed quid ſi utrunq; aliquis faciat, ut quia trans mare negocietur, & etiã domi pharmaca cõficiat, officinisq; aſsideat? Et mercatorem eſſe dicendum eſt, ſi id principalius agit[f]. † Quid item ſi ipſe non exerceat, ſed inſtitorũ ſeruorumq; opera utatur? Et ſi nullo modo ipſe negocium tractet, uerius eſt mercatorẽ uel artificem non eſſe: ſed ſi aliquando nõ ſolùm rationes excutiat, ſed & ipſe negocium curet, aliud eſſet. Illud non negauerim, leges quę reſpectu exercitij, propter utilitatem aliquem notant, in eo nõ procedere, qui per alios artem exerceat[g], licet ipſe rationes deinde à ſeruis exigat. †Sic tabernaria, licet inter uiles & abiectas perſonas cõ numeretur, ſi tamẽ per alios ſolùm exerceat, uilis nõ cenſebitur[h]. Sic & clericus, qui præſens ipſe eam artem non exercet[i], uti taberna rius non notabitur. Tradit Philoſtratus in ſophiſtarum uitis, lege fuiſſe prohibitum, ne quis artifex, ſeu, ut ille inquit, τῶν βαναύσων καὶ χειρωνάκτων ἐργάζων, ſtatuam in Olympijs habere poſſet: quo argumẽto Iſocratis Rhetoris patrem Theodorum oſtendit inſtrumenta muſica nõ confeciſſe, cùm ipſius ſtatua in Olympijs conſpiceretur. † Potuit igitur non ipſe quidem confeciſſe, ſed aliorum opera in eo artificio uſus eſſe. Sic & Ariſtoteles in tertio Politicorũ accipiendus eſt, dum in bene inſtructis ciuitatibus tradit, à ciuium conſilio excludi τοὺς βαναύσους, id eſt, ipſos utilitũ artium operarios: poterunt ergo eorum domini admitti, ſi ipſi non operentur: in qua tamen re urbis ipſius conſuetudo obſeruabitur, an eos quoque, qui his imperant, inter uiles & mechanicos habeat. Eiuſmodi legem apud Hebræos quoque fuiſſe, oſtenditur Eccleſiaſtici cap. XXXVIII. ubi de pigmẽtarijs, pictoribus, fuſoribus, architectis, fabris, & figulis uerba faciens: In eccleſiam, inquit, non tranſilient, & ſuper cathedram iudicis non ſedebunt. †Conſtat autem iure ciuili non uenalitiarios & artifices ſolùm, ſed etiam mercatores inter inhonoratas perſonas cẽſeri[k]. †Quapropter lex trapezitas, id eſt, mẽſarios, gemmarumq; & argenti, & ueſtium diſtractores, omnesq; apothecarios, & quibuſcunq; ergaſterijs adhærentes, à dignitatibus & militia ſubmouet. † Sed hodie aliud dicendum uidetur: non enim ea eſt in prouincijs populi Romani opulentia, diuitiarumq; copia, quæ olim florente Imperio fuit, & ideo mercatores paſsim inter uiles non habentur: & cùm huiuſmodi artium, negociationumq; autoritas & honor ab ipſius populi exiſtimatione dependeat, ea exercitia ſordida interpretabimur, quæ ex urbis conſuetudine pro ſordidis habentur[l]: ea uerò honeſta, quæ ab honeſtis cõmuni ſententia perſonis geruntur: uideturq; communem urbium in Italia opinionem ab eo nõ recedere, quod M. Cicero Officiorum lib. I. cenſuit: †is illiberales & ſordidos quæſtus eorum eſſe ſcripſit, qui in hominum odia incurrunt, ut portitorum (hi ſunt qui uectigalia portibus inſidentes exigunt, & magnarijs publicanis ſubſeruiunt) & fœneratorũ, itemq; eorum, quorum opera, non quorum artes emuntur. †In quo genere etiam ſunt opifices, qui in rebus ſordidis uerſantur, & maximè qui uoluptati & gulæ ſubſeruiunt, ut cetarij, lanij, coci, fartores, piſcatores. Sed & unguentarij eôdẽ pertinent, quos urbe expulſos à Lacedæmonijs, autor eſt Seneca Naturalium quæſtionum lib. IIII. † Hi myropolæ Græcis dicuntur, effœminandorum animorum artifices. †Saltatores quoque in eadem cauſa ſunt: ſed & mercatores tenues, ſicut & uenalitiarij, qui à mercatoribus emunt, ut ſtatim uendant (uulgò retaliatores dicũtur) ſordidi ſunt, quòd uidelicet lucrum mentiendo faciant. Et ex hac Ciceronis diffinitione apparet egregios pictores & ſtatuarios uiles nõ cenſeri, ſicut nec copioſos mercatores. Sed an literator pædagogus uilis ſit? †Et non eſſe arbitrarer: profitetur enim ſtudia liberalia, quòd ſi menſtrua mercede in domo aliena conductus deſeruiat, Luciani teſtimonio, in libello cui titulũ fecit, πρὸς τὸν ἐπὶ μισθῷ σωιόντων, tanquam indecori muneris aſſectator, reijciendus eſt. †Eos quoq; qui rem alicuius priuatam adminiſtrãt (uulgò Factores uocamus) ueluti indecores à perfectiſſimatus dignitate leges repellunt[m]: huiuſmodi enim procurationem ſuſcipientes, tanquã immemores libertatis & generis, lex notat[2]. †Sed quid de Scriba, aut Tabellione cenſebimus? Et cùm eis merces hodie, non tam pro opera, quàm pro induſtria & publico autoramento conſtituta ſit, non uidentur pro ignobilib. habendi, idq; ex Ciceronis diffinitione: licet conſtitutionibus Cæſarum aliud cautũ ſit[b]. Scribit Aemilius Probus, apud Graios honorificentius eſſe Scribarum officium, quàm apud Romanos: thi enim mercenarios exiſtimant: at Græci ad id munus nemine admittunt, niſi honeſtis natalibus, fideq; & induſtria cognitum, quòd neceſſe ſit eos omnium conſiliorũ eſſe participes: quem morem etiamnũ ſeruari ubiq; cõſtat. † Quid rurſus de Præcone dicemus? & M. Cicero epiſt. lib. VI. ex autoritate Balbi Iuriſconſulti ignobile munus arbitrari uidetur, unde uetari eum in decurionibus eſſe[c], ad Leptam ſcripſit: quam ſententiam & nos probamus: non enim ſimpliciter hic muſicam profitetur, ſed uoce & clamore populũ alloquitur. Iuuenal. Quondã hi cornicines & municipalis arenæ Perpetui comites, notęq; per oppida buccæ.

1 *Bona hæreditaria æs quoq; alienum includunt.*
2 *Regulariter nomina in bonis non ſunt.*
3 *Dos materna in ære alieno patris continetur.*
4 *Emphyteuſeos bona ad filios hæredes pertinent.*
5 *Hæreditas & nomina continet.*
6 *Legatis debita non compenſantur.*
7 *Dos datur alieno ære deducto.*
8 *Hæreditati omne augmentum debetur.*
9 *Bona augmenta poſt mortem excludunt.*
10 *Legitima filij de bonis præſtatur.*
11 *Legitima filij in hæreditate eſt ſccũdũ quoſdã, ſed malè ſentiũt.*
12 *Filius honoratiore titulo ſuccedit.*
13 *Pater filium in certo fundo rectè hæredem ſcribit.*
14 *Legitima deducto ære alieno debetur.*
15 *Filius perceptos fructus nõ reſtituit, deductionem æris alieni non moratus.*

1 BONORVM.) †Cùm bonorum appellatio ad ſucceſsionẽ refertur, pro hæreditate capitur, ſeu iure uniuerſali, quo etiam æs alienum cõtinetur. Cuius rei exemplum accipi poteſt, cùm quis bonorum poſſeſsionem petit, uel bona ſua Titio reſtitui mandat[d]: †declarauimusq; ſuprà quãdo id locum habeat, ut cenſeatur appellatione bonorum de uniuerſitate agi: regulariter enim eo ſermone æs alienũ nõ ſignificari cõſtat, in eoq; ab hæreditate non modico interuallo differunt bona: tumq; hoc Iuriſconſulti reſponſum non procedit, quod quibuſdã exemplis explicari poteſt. Finge centum filiæ relicta hac conditione, ne quid amplius ex bonis paternis petat, an dotem maternam, quam reſtituere pater tenebatur, petere poterit? †Et cùm huiuſmodi dos æs alienum ſit, conſtat nõ prohiberi[e]. †Idemq; in emphyteuticis bonis, quæ ex forma initi contractus neceſſariò ad filios hæredes pertinerent[f], quòd ſi prohibita eſſet de hæreditate petere, aliud conſtitueretur: tametſi enim ut quodlibet æs alienũ debeantur, † nõ eſt dubium hæreditatis appellatione æs alienum contineri. †Finge rurſus, maritum uxori de bonis ſuis centum legaſſe, an compenſare uoluiſſe credemus, ſi uxori debebat[g]? Et negant plerique: cùm enim ea uerba hoc uelint, ut æs alienum priùs deducatur, reſtituendum erit uxori omne debitum, deinde eo amplius legatum præſtandum. †Qua ratione ſi mulier ære alieno oppreſſa, bona ſua in dotem dat, etiam in detrimentũ mariti creditores exequentur: quoniã id actum uidetur, ut id ſolùm, quod ære illo deducto ſupereſt, ſit doti[h]. † In ea quoq; ſpecie aperta inter hæreditatem bonaq; differentia eſt, quòd cùm hæreditas ſit uniuerſitas quædam, augmentum omne illi accedit: unde quadranti quem deduci de hæreditate poſſe C. Falcidius conſtituit, is ſeruus imputabitur[i], qui in hæreditate tempore mortis nõ erat, ſed pòſt fuit, ut quia ab hoſtib. reuerſus ſit. † At in bonis aliud eſt: quapropter cùm legitima, quæ patrono debetur, nõ quota pars hæreditatis, ſed bonorum ſit, quod augmentũ undecũq; poſt tempus mortis prouenit, nihil patrono proficiet[k], ſed hæredi. † Sed quid iuris in legitima quæ iure naturæ filio debetur? & cùm ea quoque ex bonis præſtanda ſit, uidetur augmenti nullam rationem ducendam[l]: & ita pleriſque uiſum, & ex facto reſpondit Curtius[m]. †Cõtrà uidentur ſentire alij: cùm enim iure inſtitutionis debeat, & ideo in ipſis corporibus hæreditarijs accipi poſsit, augmentum nõ minus filio quàm hæredibus proderit[n]: nam & filius in legitima hæres eſt. † Sed hæc ego nõ probo, cùm clariſsimi iuris ſit, ex bonis, non ex hæreditate legitimam deberi: & inſtitutio ſolũ requiritur[o], ut honoratiore titulo filius ſuccedat, †alioquin nõ poſſet pater in certo fundo filiũ pro legitima ſua inſtituere, cùm fundus quota hæreditatis pars nõ ſit[p], & tamẽ conſtat poſſe: & hic enim ex corpore rerum hæreditariarũ eſt[q]. Sibi ergo imputet, qui ſtatim fundum pro legitima nõ petijt. †Hincq; etiã cõſequens eſt, ut cùm legitima hæc portio nõ niſi deducto ære alieno debeatur, † ſi hæres morã nõ fecerit, quòd minus deducatur, non eſſe compellendum ut reſtituat fructus, interim dum ad liquidũ res perducitur perceptos[r]: quod & in ratione legis Falcidiæ obſeruamus, in qua tamen quæſtione aliter atq; aliter altercatum eſt[s].

1 *Coram & præſens eſt, qui corpore præſtò eſt.*
2 *Coram Titio ſit, etiam id quod non intelligit.*
3 *Plerunq; res & præſentiam & intelligentiam requirunt.*
4 *Fruſtra præſens eſt, qui rem quæ agitur non intelligit.*
5 *Mens, non oculus, uidet.*
6 *Notarius conſcribens inſtrumentum teſtibus nõ intelligentibus rem, punitur.*

IDEM LIB. IIII. QVAEST. LEX CCVIII.

BOnorum appellatio, ſicut hæreditatis, uniuerſitatẽ quandam ac ius ſucceſsiõis, & nõ ſingulas res demonſtrat.

a Bal. in rub. C. de conſt. pec. col. fin.
b l. ſi quid. in fi. de ædil. ed. ſi.
c l. ſeruos. in fi. de leg. iij.
d 88. diſtin. eiſciens.
e l. j. §. j. de tribut.
f l. legatis. §. ſi uxor. de lega. iij.
g Arg. l. iij. §. ſi procurator. qui ſat. cog.
h l. humilẽ. ubi Alb. de inceſt. nupt. l. quæ adul. C. de adul.
i Com. c. j. de uita cler. in vj.
k l. ſi cohort. C. de cohor. lib. xij.
l Bart. l. j. C. de dig.
m l. j. C. de perfect. dig. lib. xij.
a l. ſi quis procurat. C. de decurio.
b l. uniuerſos. C. de decur.
c l. eos. ſ. de decur.
d l. iij. de bono. poſ. l. nam qd. in fi. ad Treb.
e Bart. l. at iuriſ iuran. in fi. de oper. lib.
f Iaſ. auth. unde. C. de inoff. teſta.
g Iaſ. auth. præterea. col. pe. C. unde uir.
h Guid. Pap. q. 447.
i l. ſeruiqui. ad l. falcid.
k l. ſi patronũ. in fi. de bo. li.
l Iaſ. in auth. no uiſſima.
m Cur. conſ. xlv.
n Corn. conſil. 265. in 1.
o l. Pap. §. quarta. de inoff.
p §. cæterum. in auth. ut cum de appell.
q l. ſctmus. §. repletionem. C. de inoff.
r Ang. cõſ. 101. l. in fideicommiſſi. de uſu.
s Fab. d. auth. q. 9. uerſ. 7.

7 *Coram cliente ſi poſitionibus reſponſum ſit, non intelligente, non dicimur coram eo feciſſe.*
8 *Crimen falſi committit notarius qui doloſe agit.*
9 *Præſens habitu intendentis, intelligere præſumitur.*
10 *Præſumptionem legis tutò notarius ſequitur.*
11 *Quod impunè inuitis fit, multò magis neſcijs uel abſentibus.*
12 *Vbi conſilium alterius requiritur, accepiſſe ſufficit.*
13 *Imperitus nõ tantum accipere, ſed etiam ſequi conſilium debet.*

FLOR. LIB. X. INSTITVT.

LEX CCIX.

CORAM[a] Titio ali quid facere iuſſus, nõ uideẽ præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaq; ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat, non uideẽ coram eo feciſſe. Scire autẽ, nõ etiam uel ieis debet: nam etiã inuito[b] eo rectè fit, quod iuſſum eſt.

CORAM TItio.) a ¶†Coram, & in præſentia, idem eſt, referturq; ad corporalẽ præſentiam.† Vnde ſi teſtis aliquid coram Titio factũ dicat, quamuis Titius non intelligeret, non ideo mendax erit, dum corporaliter adeſſet. Sic & lex quę ſolennia teſtamenti in præſentia teſtium fieri requirit, non tamen in hoc adigit, ut intelligant, ſed ſatis eſt, ut ſciant, cui rei ſint adhibiti.† Ex natura tamẽ rei plerunq; illud coràm factum nõ uidetur, cui intelligentia non acceſſerit: ut cùm quis coram Titio facere iubetur: nam niſi eo intelligente fieret, huiuſmodi præceptum nullius effectus eſſet.† Quid enim opus erat eius præſentiam adhibere, qui, quod agatur, non intelligat?† ſiquidẽ aiebat Epicharmus philoſophus, mentẽ eam eſſe, quæ uideat, nõ autẽ oculos: qui igitur animo non adeſt, abeſſe uidetur.† Sed & notarius, qui intelligẽtibus teſtibus conficere inſtrumenta debet, ſi ſimpliciter ſcribat, rem coram illo & illo geſtam, niſi intellexerint, puniri poteſt: cùm eũ oporteat, ut teſtes negociũ percipiant, id uerbum ſecundum naturam actus accipietur, ut non corpore ſolùm, ſed etiam animo præſenti eſſent: unde ſi aliter reperiat, tabellio ipſe reus agi poterit.† Quapropter cùm aduocatus in præſentia clientis poſitionibus latino ſermone reſpondet, nõ debet notarius in actis profiteri coram cliente reſpõſum fuiſſe, niſi ſciat eum latini ſermonis peritiam habere, ut intellexerit[c].† Sed an in prædicta quæſtione notarius reus, crimine falſi puniri poterit? Et non putauerim, niſi doloſe egiſſe aliter probetur: ut quia data opera tẽpus obſeruauit, quo qui præſens erat, nõ attenderet: uel ſcienter affirmaſſe eum ſcripſit, qui ſomno allectus capite annuebat:† alioquin qui præſens negocio, habituq; intendentis eſt, intellexiſſe quoque præſumit:† nec fraudi notario eſſe debet, qui præſumptionem legis ſequutus eſt[f].

b ¶Inuito.)† Et hoc caſu non procedit q̃d dici ſolet, qui poteſt inuitis facere, multò magis & ignorantibus, & abſentibus: & ratio eſt, quia uis uerborum ita ſuadet,† Quæ ratione & qui cum conſilio alicuius facere tenetur, ſatis eſt ſi conſilium accipiat[g], licet nõ ſequatur: tametſi & hoc perpetuũ nõ ſit. Quid enim ſi expreſsim mandatũ eſt, ut ſequatur? Quid ſi tacitè ex cõiecturis hoc colligamus? ut quia conſultor idẽ & adminiſtrationis collega ſit.† Itẽ quia is, qui requirere cõſiliũ debet, inhabilis & idiota alioquin ſit: ut cùm lex adoleſcentib. permittit[h] ſuſpectos facere curatores, dum ex cõſilio neceſſariorũ id faciant[i]. Quia ratione cũ princeps cauſam difficilem & maximè controuerſi iuris cuidam legũ imperito mãdaſſet, ut non niſi me conſultò iudicaret: reſponſum fuit, mandatum non obſeruaſſe, qui ſimpliciter conſilium petijt, niſi & ſequutus fuerit[k]. Idemq; dicendũ eſt, quoties aliæ coniecturæ hoc ſuadeant, nec enim omnes enumerare poſſumus.

g c. cum olim. de arbit.

MART. LIB. VII. INSTIT.

LEX CCX.

IS qui natus eſt ex mãcipijs urbanis, & miſſus eſt in uillã nutriendus, in urbanis ſeruis cõſtituet.

h l. Titium. de admin. tut.

FLOR. LIB. VIII. INSTIT.

LEX CCXI.

FVndi appellatione oẽ ædificiũ, & omnis ager continetur: ſed in uſu urbana ædificia ædes, ruſtica uillæ dicunt. Locus uerò ſine ædificio, in urbe area, in rure autem ager appellatur: idẽq; ager cũ ædificio fundus dicitur.

i l. impuberũ. de ſuſp. tut.

k Raph. Cor. conſil. 55.

1 *Locus deſignatus ad tempus, non cenſetur perpetuus.*
2 *Omni ſupellectile urbana legata, etiã ea continentur quæ ad tempus in uillam miſſa ſunt.*
3 *Legatis omnibus quæ in uilla ſunt quoquo modo, etiã ibi nutriendos continet.*

IS QVI NATVS.) ¶†Qui in uillam mittitur, ut interim nutriatur, non ideo in ruſticis ſeruis conſtituitur: quia quę ad tempus in aliquem locum delata ſunt[l], nõ cenſentur ibi eſſe, ſed potius in loco, in quo adeſſe conſueuerũt[m].† Quapropter ſi quis omnẽ ſupellectilem, quam in urbe habet, legauerit, ea quoq; continebuntur, quę in uillam miſſa ſunt eo animo, ut diutius ibi non eſſent, ſed in urbem referrentur, ut Paulus Caſtrenſis reſpondit. Hincq; conſequens eſt, ſeruis ruſticis legatis, eum qui in uillam nutriendus miſſus eſt, non cõtineri[n]. Idemq; arbitror, ſi omnes ſerui, qui in uilla ſunt, legati fuerint.† quòd ſi dictũ fuerit, qui in uilla quoquo modo ſunt, ſecus eſſe Bart. ſentit, & ratione non caret[o].

l l. j. C. de uerb. ſignif.
m l. quæſtũ. §. fin. de leg. iij.
n l. ſeruis urb. de leg.
o Bar. l. generali. §. uxori. de uſufr. leg.

1 *Fundus omne ædificium continet.*
2 *Quæuis res ſuper fundum poteſt fundari.*
3 *Veteribus agri quàm fundi ſignificatio latior erat.*
4 *Villa receptaculum eſt frugum.*
5 *Aedes ſolo & ſuperficie conſtant.*
6 *Superficie continetur quicquid ſuper terræ faciem eſt.*
7 *Aedes ſine tecto, domus minimè eſſe poteſt.*
8 *Area ſine ædificijs eſt ab ariditate dicta.*
9 *Area ruri tantum eſt.*

FVNDI.) ¶ Explicat Iuriſconſultus, quid fundus, quid ager ſit, q̃d uillæ, q̃d ædes, itẽq; quid area.† Fũdus omnẽ agrũ, omneq; ædificiũ ſignificat[p]:† quia ut ſuprà uidimus, ab eo nomen ſumpſit, q̃d fundari ſuper eum quæq;

p l. quæſtio. l. loci.

quæq; res poſsit: ut minimè Iouiani Pontani ſententiam probem, qui dictum opinatur, quòd fructus patrifamiliæ fundat, id eſt, præſtet: quod & M. Varro tradidit.† In formulis ueterum Iuriſconſultorum uidetur latiorem fuiſſe agri, quàm fundi ſignificationem, dum ita uerba concipiebant: Fũdus qui in agro eſt, q Sabinus uocatur. Sed fortè in ea formula ager, p ipſo territorio accipitur, nõ pro prædio: de qua ſignificatiõe ſuo loco dicemus.† Villæ domus ſunt, in quas fructus deuehuntur, quod & ſuprà oſtendimus: uulgò tamen in Gallia uillas etiam ciuitates dicunt: ſed hanc ſignificationem ſermo latinus nõ admittit.† Aedes urbana ſunt prædia, quę ſolo ſuperficieq; cõſtant.† Eſt autem ſuperficies, omne quod ſupra faciẽ terræ eſt: quapropter in prædijs urbanis parietes & tecta, in ruſticis arbores, herbæ, frutices, ſuperficiei adſcribuntur. Latiorem eſſe ædiũ q; domus appellationẽ plerique ſenſerunt[a]:† ædes enim pro omni ſpecie ædificij capi, etiã ſi nulla adſint tecta: at domũ nõ dici, quæ adhuc contecta non ſit. Sed promiſcuè hæc accipi ego magis ſentio, exẽplo græci ſermonis: unde apud Homerũ ὀλύμπια δώματα.† Area, locus ſine ædificio eſt, ab aridita te dictus, q̃d in ea fructus areſcant: alij quòd ſolo ſit nimio ſolis ardore arido: quidã quòd ſicut ara in templis pura eſt, ita hæc ab ædificijs pura, nec obtecta ſit. ſunt & qui ab aëre dictam credant. Ego priorem etymologiam probo, & aream propriè pro ruſtico loco interpretor[b], de quo P. Vergilius:

Area quã primũ ingẽti eſt ęquanda cylindro.

† nec in urbe ſibi nomen uendicare arbitror, niſi μεταφορικῶς. Videtur enim quod ueteres impluuiũ, cohortem, plateam, hypetriumq; dixerunt, unico nomine per translationem aream appellari poſſe.

a l. j. §. deinde. de don.

b l. fi. C. de ſeruit. in fin.

1 *Varicantur qui in tranſuerſum eunt.*
2 *Varicari à uarice deriuatur.*
3 *Præuaricatores ſũt, qui prodita ſua cauſa aduerſariũ adiuuãt.*
4 *Præuaricator infamia notatur.*
5 *Præuicator à uario certamine non dicitur.*
6 *Non præuaricatur qui uiſis aliorum iuribus priori renunciat, & aduerſæ parti accedit tanquam iuſtiori.*
7 *Prodens ſecreta alterius partis, falſi pœna coërcetur.*
8 *Honorario reſtituto iuſtiori accedere cauſæ parti licet.*

PRAEVARICATORES.) ¶†Varices noxiæ uenulæ ſunt in cruribus, quæ propter atram bilem turgeſcunt, & ferro aduſtioneq; curantur: Græci ixyas uel cirſos appellant. qui eo morbo laborant, rectà ire nequeunt:† inde Varicari uerbum in tranſuerſum ire ſignificat, & præuaricari.† Sunt autẽ præuaricatores, qui cum aduerſa parte colludunt: quod frequentius ab accuſatoribus fit, qui ſubornati uera crimina aſcondunt, & diuerſam partem prodita cauſa adiuuant[c]: & in denomen traxerunt, quaſi uaricentur, id eſt in aduerſam partem eant. In hos ex legibus grauis pœna conſtituta eſt[d], cõdemnatiq; etiam infamia notantur.† Labeo à uaria certatione id nomẽ tractum aiebat: ſed eius ſententię etiam ratio ſyllabæ refragatur, quæ in præuaricatore quãdoque producit, cùm uarius primã corripiat.† Sanè exiſtimauerunt aliqui[e], eum aduocatum, qui uiſis alicuius iuribus, aduerſæ parti acceſsit, cùm priori renunciaſſet, præuaricatorem non eſſe: non enim cauſam prodit, qui apertè aduocaturum ſe negauit: quod & ipſe probo, dum ſciamus,† qui cauſæ alicuius ſecreta iam cognouerit, non debere in alias partes tranſire, quoniam ea aduerſarijs prodens, lege Cornelia falſi coërcetur[f]. Quid ergo ſi nihil ſecreti in cauſa, ſed omnis quæſtio iuris eſt?† Et licere ei defendere, qui ſciat iuſtiorẽ cauſam habere, uerius eſt, dum tamen honorarium, quod ab alio cauſæ tuendæ gratia recepit, reſtituat: ſicq; in ſenatu damnatũ Tuſcilium nominatũ, Vicentinorum cauſæ deſertorem, Plinius Cęcilius ad Valerianum ſcripſit.

c l. j. de præuar.
d l. athletas. §. pen. de his qui not.
e Bart. d. l. j.
f l. j. §. qui depoſita. de fal.

1 *Dies cedit, quo ius alicuius incipit.*
2 *Venit, quo obligatio & actio orta eſt.*
3 *Licet dies & ceſſerit & uenerit, actionis tamen exercitiũ ſuſpenditur paruo tempore.*
4 *Suſpenſi exercitij tempus decendium eſt.*
5 *Dos poſt annum exigitur.*
6 *Executio rei iudicatæ quadrimeſtri ſuſpenditur.*
7 *Qui anticipat hoc tempus, nullam pœnam ſuſtinet.*
8 *Pœna celeritatis eſt, duplicatæ induciæ.*
9 *Præſcriptio dilationis nec exceptioni nec compenſationi obſtat.*
10 *Obligationi in diem exceptio obſtat.*
11 *Tempus nõ eſt modus tollẽdæ uel inducẽdæ obligationis.*
12 *Promiſsio uſusfructus in diem, nec obligationẽ nec actionem parit ante diem.*
13 *Lex nihil fruſtra inducit.*
14 *Actio in rem poſt diem naſcitur.*
15 *Legatum ante diem fruſtra repudiatur.*
16 *Vbi tacita dies ſubauditur, actio prius non oritur.*
17 *Perperàm agi, & non peti poſſe, actionis uerba ſunt.*
18 *In die incerta tantum obligatio oritur.*
19 *Maxima incertitudo conditionem ſapit.*
20 *Die & obligatione poſt mortẽ collata, ab hærede incipit obligatio.*
21 *Dies multiplicans, obligationem & actionem ſuſpendit.*
22 *Dies in contractibus multiplicans, nõ ſuſpendit obligationem nec actionem.*
23 *Conditio obligationem & actionem ſuſpendit.*
24 *Conditio quæ præſens tempus reſpicit, cenſetur pura.*
25 *Aes pro pecunia capitur.*
26 *Aes transfertur & ad facultatem.*

27 *Aes nonnunquam professionem signat.*
28 *Lata culpa est negligentia, per quam nō intelligimus, quæ omnes intelligunt.*
29 *Negligentia & culpam & factum respicit.*
30 *Is non intelligens punitur, qui si uoluisset, intelligere potuisset.*
31 *Is negasse dicitur, qui consentire potuit.*
32 *Medicis tantùm ignorantia medicinæ imputatur.*
33 *In sua quisq; professione negligens dicitur.*
34 *Qui in iure errat, in lata culpa est.*
35 *Error iuris propriè ad iurisprudentes restringitur.*
36 *Ignorās, quæ omnibus eius artis constant, in lata culpa est: quæ excellentes, in leui: excellentissimi, in leuissima.*

IDEM LIB. I. REGVL.

LEX CCXIII.

CEdere diem, significat incipere deberi pecuniam: uenire diem, significat eum diē uenisse quo pecunia peti possit.

1 CEDERE DIEM.) ¶† Cedere uerbum uariæ significationis est: accipitur aut[z] quandoq; pro incipere in ius alicuius uenire, unde & accedere dicimus: sic cedit dies hoc in responso, cùm incipit ea die res ad ius alicuius pertinere, licet agi adhuc non possit.† Venit uerò dies, quando perfectè pertinet, ut quia & obligatio & actio efficaciter & uerè orta est. Referuntur autem hîc exempla stipulationis puræ, & quæ in diem, itemq; eius quam sub conditione cōcipimus. Viden 3 dum igitur est specialiter de singulis.† In prima specie quando debetur purè, & cessit, & uenit dies, quia obligatio & actio efficaciter est orta, suspenditur tamen actionis exercitium[a], ψὶ πάσῃ, & modico tempore, arbitratu iudicis[b]: non enim creditor statim cum sacco uenire debet[c].† Aliquibus tamen casibus id tempus quale sit, expressum est: in constituto, ut ante decimum diem non conueniatur[d]: †in dote, quæ cùm olim annua, bima, trima die deberetur, hodie post annum soluenda est[e]: in re iudicata, cuius olim XXX. dies iusti ex lege XII. tabul. erant, ut Aul. Gellius scribit,† hodie uerò ei executioni quadrimestris dilatio indulta est[f]: possetq; qui pro tribunali sedet, huiusce modi terminos ex causa mutare[g].† si quis tamē huiusmodi tempus humanitatis causa indultum nō obseruaret, sed statim peteret, non ideo ante diem dicere 8 tur agere,† nec illi in nimiæ celeritatis pœnā 9 duplicarentur inducię[h].† Hincq; est, quòd in præscriptione eius dilationis rationem non habemus[i]: unde nec compensationi impedimento est[k], neq; exceptioni, cùm uideatur dolo facere actor, qui id petit, quod post eū terminum restituere compellitur[l]: & hæc cōmuniter approbata sunt[m].† In secunda specie, cùm de obligatione in diem agitur, receptior est opinio, ante diem & obligationē & actionē esse ortam, sed obstare exceptionē: cuius sententiæ illa est ratio, quia cùm dies addita obligationis executionem respiciat, non debet interim eius substantia impediri[n], unde obligatio, actioq; formatur,† cùm non soleat tempus adiectum ipso iure, effectum obligationis auferre[o].† Non procedit tamen 12 hæc conclusio in promissione ususfructus: in ea enim ante diem nec obligatio, neque actio nascitur[p], siue quia cùm ad heredes ususfructus non transeat, si antequā dies ueniret, moreretur creditor, frustra obligatio esset orta:† lex autem plurimum cauet, ne quicquam frustra inducatur: siue qa ususfructus antequam dies ueniat, in rerum natura non est, sed in ipsa proprietate permanet, nec operæprecium fuit separatam à proprietate rationē eius haberi prius, quàm cōstaret omnino esse re ipsa præstandum, ut quia & cessisset, & uenisset dies.† Non procedit rursus in actione in 14 rem[q]: nam in ea ante diem actio nulla oritur: translatio enim dominij uel iuris in re per executionē legis fit, quam lex ante diem non facit: unde huiusmodi actio cōpetere non potest: uendicatio enim propter dominium in re datur.† Quapropter cùm repudiatio ad do 15 miniū referatur, qui legatū in diem ante eam diem repudiat, nihil agit[r]: adhuc em̄ ad eum non pertinet.† Et hinc etiam consequens est, 16 ut quoties ex dispositione legis tacita dies subauditur, ante eius aduentum actio nō oriatur[s].† Lex enim quandoq; perperàm agi 17 dicit[t], quandoque peti non posse: quæ uerba ad actionem solùm referuntur, licet hoc casu aliqui etiam obligationem non nasci credi derint[u]: quæ sententia recepta nō est.† Nam 18 & in die incerta, ueluti cùm moriar, crebrior est eorum opinio, qui idem iuris esse opinantur, ut ante diem solū oriatur obligatio, post diem uerò actio: unde qui ante diē soluit, nō repetit[x], cùm uerè interim deberet, licet agi nō posset. Nec nos mouet, quòd medij tēporis utilitas incerta est: nō enim hoc obesse potest, quò minus in id, quod principaliter deductū est, obligatio proueniat.† Quapropter 19 si ultra diei incertitudinem alia quoq; quę in promissionē deducūtur, incerta sint, ut cum quis fructus, qui ex fundo percepti fuerint, promittit, neq; obligatio, neq; actio interim oritur[y]: hæc enim maxima incertitudo conditionē sapit.† Idem cum non solum dies, sed 20 obligationis quoq; substantia post mortem confertur: tunc enim obligatio ab hærede incipit[z].† Sanè & in diem, quæ multiplicandæ 21 obligationis causa additur, solet distingui, ut in legatis annuis ante diē nec obligatio, nec actio cōpetant: quoniā tacitam in se, sequentium annorū respectu, conditionē habeant[a], †in cōtractibus uerò competat[b]: cuius rei ratio à nobis libro Paradoxorum I. cap. XVI. disputata est. In tertia specie, quando sub conditione

a §. fi. Instit. de inutil. stipul.
b l. j. de iu. deli.
c l. quod dicimus. de sol.
d l. promissor. §. j. de consti. pec.
e l. j. §. exactio. C. de rei uxo. actio.
f l. fi. C. de usu. rei iud.
g l. ij. de re iud.
h §. hodie. Insti. de actio.
i l. in rebus. C. de iur. dot. in fin.
k l. si cū militi. in fin. de compens.
l l. si socer. §. Lucius. ff. sol. ma.
m Bart. in l. ita stipul. in j. q.
n l. ex his. C. quand. dies leg. o l. oblig. fere. & placet. de act. & oblig.
p l. j. in fi. quando di. leg. uis. ced.
q l. semper Stichus. de usufr. leg.
r l. si ita scripta. §. j. de legat. j.
s l. interdum. de uerb. oblig.
t l. iij. §. si quis ij. de eo quod cert. loc.
u l. cōtinuam. §. ij. de uerb. ob. ubi Arct.
x l. sub conditione. de cond. & dcb.
y l. j. de cond. & demonst.
z l. j. C. ut act. ab hered.
a l. si in singulos. de an. leg.
b l. si Stichū. §. j. de uer. oblig.

ditione aliquid debetur, certissimū est, neq; obligationem, neq; actionem ullam esse antè, quàm cōditio euenerit:† idēq; est, siue expressa sit conditio, siue tacita, ut quæ à lege 24 subinducatur[a],† dum tamen propriā conditionis naturam habeat, subsitātiamq; rei, non autem solam executionē respiciat[b]: conditio enim quā certū est extituram, uel quę tempus præsens respicit, propriè conditio non est, sed pura habetur[c].

¶ Aes alienū est, q̄d nos alijs debemus: æs suū est, quod alij nobis debent. ¶ Lata culpa, est nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt.

¶§. AES ALIENUM.) † Vetustissimorū Romanorum pecunia in ære consistebat: quoniam propter eorum paupertatē, rarus illis argenti, rarior auri usus fuit: indeq; æris appellatio, pro pecunia accipi cōsueuit: & q̄uis domitis nationibus in maximas diuitias excreuissent, seruauerunt tamen antiquum nomen, & siue pecunia aurea, siue argentea esset, æs appellabat. quapropter æs alienū dicitur, omnis pecunia aliena, id est, quæ nostra nō est, sed alijs debetur: sicut æs nostrū est, quod nobis alij debēt. 26 †μεταφορικῶς uerò latius quoque accipitur, ut cùm dicimus, quicquid in ære nostro est, id 27 in tua manu esse scito:† intelligitur enim, non solùm in nostris numis, sed etiam in omni facultate & potestate. Trahitur etiā quandoq; latissimè ad professionē, ut cùm Iurisconsultus de sophismate dialectico interrogatur, respōdet, id in ære suo nō esse, id est, ad professionem suam nihil attinere. Sanè notādus est hîc loquendi modus, æs suū est, quod alij nobis debent: rectius enim scriptum fuisset, æs nostrum, nisi ea uerba ex aliqua lege desumpta credamus, quam hîc Iurisconsultus interpretetur, ut ἀκροφωλικῶς appositā sint, uel (ut Accursius solet loqui) materialiter.

28 ¶§. LATA CVLPA.) †Explicat Iurisconsultus, quid sit lata culpa, & eam ita diffinit, ut sit nimia negligentia, per quam non intelligimus, quod omnes intelligunt: aduersus quam Doctores nostri nouas argutias cōfinxerunt[d], ut & aliquid ipsi scire uiderentur, quod Iurisconsultum latuisset, fiuntq; hac ratione ex interpretib. accusatores, uel potius 29 calumniatores.† Aiunt primò, non in negligendo solùm esse culpam, sed etiam in faciendo, cùm id fit, quod fieri nō debet[e], quasi negligere etiam ad factum nō referatur, cùm aliquam rem non adhibita cura, sed cum neglectu pertractamus. Aiunt iterum, dementem uel pupillum nō intelligere, quod omnes in- 30 telligunt, & tamē in culpa ideo nō esse.† Sed hi non idcirco nō intelligunt, quia negligentiæ eorum aliquid imputetur, sed quia in altero naturæ uitium, in altero ætatis defectus est: nam & cùm lex aliquid nō intelligēti imputat, de eo accipiendū uidetur, qui si uoluisset intelligere, potuisset.† Sicut cū neganti aliquid dampni irrogat, de eo accipitur, qui consentire potuit[f]. Sicut & propriè silere solùm dicitur, qui potest loqui. Et propriè excusatur, qui potest acceptare[g]: unde & generalis est regula, Eius est nolle, qui potest & uelle[h]. Argumentantur rursus, Medicus propter imperitiā & latā culpam tenetur[i], & tamen nō omnes medicinā intelligunt. † Sed & hoc eadē 32 ratione tollitur: nō em̄ in alijs, q̄ medicis, ignorantia medicinæ negligētiæ imputatur:† negligens em̄ dicitur in sua quisq; con- 33 ditione, & professiōe, nō in aliena.† Subdūt 34 etiā errorē iuris latæ culpæ assignari[k], & tamen pauci iurisperiti sunt.† Sed hoc in pœnā 35 ignorantiū constitutum est, cùm omnes prudentes uiri, quæ ipsi ignorāt, ab alijs peritioribus scrutentur: qui igitur ipse nec scit, nec peritiores cōsulit, in lata est culpa: nam & idē hominū genus Hesiodi carmine improbatū est: q̄uis & generalis hæc dictio secundū subiectam materiā restringatur, ut de eis solùm intelligatur, qui eiusdem cōditionis, uel professionis sunt[l].† Et ex hac diffinitione inferē, quòd nō omnis imperitia latæ culpæ assignatur, sed si in eo quis errat, quod communiter omnes eius artis intelligunt, est lata culpa: si in eo, quod soli excellentes, est solùm leuis: si in eo, quod nō nisi rarissimus quisq; sciebat, ut quia excellentissimis solùm erat cognitū, leuissima uidetur culpa, ut pleriq; senserunt. Sed quia hic tractatus iterum & iterum in cognitionem reuocabitur, infrà quid sententiæ nobis sit, disseremus[m].

d In l. quod Nerua. depo.
e l. si seruū. §. j. de uerb. oblig.
f l. ab administratione. C. de leg.
g Abb. cōsil. 22. in 2.
h l. iiij. j. tit. j.
i l. illicitas. §. fi. de offi. præs.
k l. reg. §. pen. de iur. ignor.
l l. j. §. ij. de op. no. nunc.
m l. latę. l. magna.

1 *Munus pro onere capitur, & cogimur subire.*
2 *Munus pro largitione usurpatur, ex causa tamen non necessaria.*
3 *Consuetudo longa sufficit ad impositionem muneris, quod uectigal concernit.*
4 *Præsumptio firmissima est pro longa cōsuetudine pariſor*
5 *Consuetudo longa omnium iuri officit.* (mi.
6 *Vsucapio aduersus uectigal non principis, procedit in bonæ fidei possessore.*
7 *Qualiscunq; largitio uel donū, munus uocatur ex usu cōmuni loquendi.*

MVNVS.) ¶† Duplex est muneris significatio, de qua hîc agitur: altera onus officiúmue quodcunq; intelligitur, quod necessariò subimus: †altera largitiones accipiuntur, quæ ex causa aliqua, non tamen necessaria fiunt. In priore significatione quemadmodum soleat distingui, superius[n] à nobis tractatum est.† Illud superest addendū, existimasse 3 Accursium non licere munera, quæ ad uectigalia pertinent, ex sola cōsuetudine imponi, nisi etiam lex accesserit[o]: & ideo dum hîc dicitur, munus lege, more subiri, coniunctim

n l. munus. ff. eo.
o l. si publi. §. fin. de publ.

MARC. LIB. PRIMO PVBL. IVDIC.

LEX CCXIIII.

MVnus propriè est, q̄d necessariò subimus, lege, more, imperióue eius, qui iubendi ha-

accipit: ſed crebrius receptum eſt, ut diſiunctiuè hæc ſoluta oratio accipiatur, ſufficiatq; alterũ, ſiue lex iubeat, ſiue conſuetudo, dum uetuſtiſsima, & poſt hominũ memoriam ſit: ea enim priuilegij ius habet, & qualis nũc eſt, præſumit̃ ſemper retrò fuiſſe[a]: †teſtq; illa firmiſsima præſumptio, quã uulgò iuris & de iure uocant. †nec in ea cõſuetudine introducẽda uideẽ principis ſcientiam neceſſariò requiri, cũ nõ ſimpliciter, ſed in uniuerſum iuri omnium officiat[b]. Qua ratione & ad uerſus Imperatorem, ex tali iure poterunt pleræq; Italiæ urbes præſcriptiõe ſe tueri, tametſi Imperator ignoraſſe ſe alleget: ſ́dq; uerius uidetur, præſertim cùm ex fama ſatis potuerit hoc Cæſar ſcire, ſi modò res Italas curaſſet. Curat autẽ minimũ, ut qui tot egregias urbes, eius fidem implorãtes, in ſummas calamitates incidere permittat, cùm ipſe interim, uel ſacrificulorum preculis, uel alijs nõ æquè neceſſarijs rebus operam inſumat.

6 †Sanè aduerſus uectigal, quod ad aliũ, q̃ ad principem pertineat, non eſt dubium uſucapionem procedere, etiã breuioris temporis, dum titulus & bona fides poſſeſsioni præſcribentis acceſſerint[c]. Quod ad alteram muneris ſignificationem attinet, à nobis latius ſuprà diſputatum fuit. †Illud in præſentia omittendum nõ eſt, exiſtimaſſe Vallam, Martianum hîc Vlpiano aduerſari[d], quòd ille tradit, doni ſignificationẽ latius, quàm muneris patẽre: at hîc aliter diſtinguatur, nimirũ munus ad neceſsitatẽ pertinere, donum ſponte dari: rurſus in hoc uentum eſſe, ut omne donum munus dici poſsit. Sed has obiectiones ipſe ſic extrico, ut munus, ſi generaliter accipiat̃, cùm ad onera officia ue etiam pertinet, uerũ ſit non quodcunq; munus donum eſſe: ſed ſi pro largitione accipiatur, tunc id ſignificare, quod ex neceſsitate alicuius officij, uel ex cauſa datur: niſi quòd in hoc ex cõmuni loquendi uſu uentum eſt, ut qualiſcunq; largitio uel donum, munus dici poſsit. Vlpianus igit̃ rationẽ ſermonis, Martianus uſum conſiderat.

a a. ſuper. §. i. extra eod.
b Imol.d.§. fin. Alex.conſil.6.
c Bart.d.§. fin. Barba. conſil. 8.j.
d l. inter donũ. ff.eod.

1 Poteſtas pro mero imperio accipitur.
2.4 Merum imperium quid, & unde dictum.
3 In quibus mixtum imperium exerceatur.
5 Poteſtatis ſignificatio in perſona liberorum.
6 Patria poteſtas hodie ad omnes Chriſtianos pertinet.
7 Poteſtatis ſignificatio in perſona ſerui.
8 Poteſtas pro facultate.
9 In lege Attinia quãdo in poteſtatẽ domini res uenisſe dicatur.
10 Nimia Accurſij reſtrictio ad hoc reſponſum.
11 Poteſtatis plures eſſe ſignificationes, quàm hîc Paulus recenſeat.
12 Poteſtates pro magiſtratibus accipi.
13 Poteſtas pro cura & adminiſtratione, item pro autoritate ſumitur.
14 Poteſtas pro copia.
15 In poteſtate cõſiſtere dicitur, quod in actu nõ eſt, ſed eſſe poteſt.

L. FVSIAM CANINIAM.

LEX CCXV.

POteſtatis uerbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratuũ, imperiũ: in perſona liberorũ, patria poteſtas: in perſona ſerui, dominiũ. At cũ agimus de noxæ deditione, cũ eo, qui ſeruũ non defendit, præſentis corporis copiã facultatẽq; ſignificamus. In lege Attinia in poteſtatẽ domini rem furtiuã ueniſſe uideri, ſi eius uendicandæ ſibi facultas data ſit, & ipſe neglexerit: nõ eñ amplius cenſetur inuito domino ablata, unde tanquã furtiua non ſit, poterit uſucapi.

10 †Accurſius nõ ſufficere exiſtimauit, quòd dominus rei uendicandæ facultatem habuerit, niſi etiam apprænderit, uel litis æſtimationem ſit conſecutus: quę interpretatio reſponſi huius uerba nimis coarctat. Et hæ ſunt quas huic uerbo ſignificationes Paulus refert: †ueriſimile autem eſt, noluiſſe eum plures recenſere: ſunt enim & aliæ, †ueluti cũ ipſos magiſtratus ſimpliciter poteſtates appellamus[a], ut eſt apud Plinium & Apul. Sic & Iuuenalis:

An Fidenarũ Gabiorumq; eſſe poteſtas?

quod μετωνυμικῶς dictum uideri poteſt, cùm generaliter poteſtas[b], ꝓ qualibet iuriſdictione quandoq; accipiatur: nam & quod Paulus ad Rom. dixerat, ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Latini poteſtatib. ſublimioribus habent[c], quibus omnis anima ſubdita eſſe prę cipit̃. Antiquiores tamen, cùm poteſtatẽ dicebãt, de maioribus magiſtratib. intelligebant, qui merũ imperiũ haberent[d]: quod & Paulus Caſtreñ. annotauit. †Dicitur etiã Epiſcopus eccleſię ſuos in poteſtate habere[e], id eſt, in cura & adminiſtratione. Tutor quoq; in pupilli caput poteſtatẽ habet[f], id eſt, autoritatẽ. Vnde & alibi ſua poteſtate quis feciſſe dicit̃, quod propria autoritate fecit[g]. †Sed & in edicto prętoris poteſtatem ſui nõ facere intelligitur[h], qui ſui copiã, ut cõueniatur, nõ facit: quales ſunt abſentes, uel qui latitant. † Illud quoq; in poteſtate conſiſtere exiſtimat̃, quod in actu nõ eſt, ſed eſſe poteſt, quod Græci δυνάμει dicũt, quo ſenſu & Iulianus[i]: nam δυνάμει, inquit, qui à fideiuſſore petit, à reo petit.

1 Poteſtas pro mero imperio accipitur.
2 Merum imperium quid, & unde dictum.
3 In quibus mixtum imperium exerceatur.
4 Poteſtatis ſignificatio in perſona liberorum.
5 Patria poteſtas hodie ad omnes Chriſtianos pertinet.
6 Poteſtatis ſignificatio in perſona ſerui.
7 Poteſtas pro facultate.
8 In lege Attinia quãdo in poteſtatẽ domini res uenisſe dicatur.
9 Quinto in lege Attinia in poteſtatem domini res uenisſe uidetur, ſi eius uendicandæ ſibi facultas data ſit, & ipſe neglexerit: nõ eñ amplius cenſetur inuito domino ablata, unde tanquã furtiua non ſit, poterit uſucapi.
10 †Accurſius nõ ſufficere exiſtimauit, quòd dominus rei uendicandæ facultatem habuerit, niſi etiam apprænderit, uel litis æſtimationem ſit conſecutus: quę interpretatio reſponſi huius uerba nimis coarctat. Et hæ ſunt quas huic uerbo ſignificationes Paulus refert: †ueriſimile autem eſt, noluiſſe eum plures recenſere: ſunt enim & aliæ, †ueluti cũ ipſos magiſtratus ſimpliciter poteſtates appellamus[a], ut eſt apud Plinium & Apul. Sic & Iuuenalis:

An Fidenarũ Gabiorumq; eſſe poteſtas?

quod μετωνυμικῶς dictum uideri poteſt, cùm generaliter poteſtas[b], ꝓ qualibet iuriſdictione quandoq; accipiatur: nam & quod Paulus ad Rom. dixerat, ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Latini poteſtatib. ſublimioribus habent[c], quibus omnis anima ſubdita eſſe prę cipit̃. Antiquiores tamen, cùm poteſtatẽ dicebãt, de maioribus magiſtratib. intelligebant, qui merũ imperiũ haberent[d]: quod & Paulus Caſtreñ. annotauit. †Dicitur etiã Epiſcopus eccleſię ſuos in poteſtate habere[e], id eſt, in cura & adminiſtratione. Tutor quoq; in pupilli caput poteſtatẽ habet[f], id eſt, autoritatẽ. Vnde & alibi ſua poteſtate quis feciſſe dicit̃, quod propria autoritate fecit[g]. †Sed & in edicto prętoris poteſtatem ſui nõ facere intelligitur[h], qui ſui copiã, ut cõueniatur, nõ facit: quales ſunt abſentes, uel qui latitant. † Illud quoq; in poteſtate conſiſtere exiſtimat̃, quod in actu nõ eſt, ſed eſſe poteſt, quod Græci δυνάμει dicũt, quo ſenſu & Iulianus[i]: nam δυνάμει, inquit, qui à fideiuſſore petit, à reo petit.

a l.fideiuſſ. de pig.
b l.iij.de reb.eo. c.fin. de iudi.
c xj.q.j.magnũ.
d l. eum qui.de iuriſ.om.iud.
e c.j.de rebus eccleſ.
f Inſtit. de tu. in prin.
g Auth.nc def. in prin.
h l. iij. ex quib. cau. in poſſ.
i l. aduerſus. de arbit.

1 Corporali pœna adficiendus, in uinculis teneri debet.
2 Reus in graui delicto in uinculis cauſam dicat.
3 Qui in carcere eſt, non cenſetur uinctus.
4 Quomodo incluſus tantum, uinctus dicatur improprię.
5 Vincula multiplicia ſunt.
6 Boiæ torques damnatorum eſt.
7 Collaria infamiam irrogant.
8 Numellæ incuruus quis includitur, tãtũ pedes et caput exerẽt.
9 Mulieres caudici alligatæ opus faciebant.

1 VERBVM.) †Quoties reus in carcerẽ cõijcit̃, & corporali aliqua pœna afficiendus eſt, in uinculis teneri debet, ſi de crimine conuictus eſt[k]: ſed & ſi conuictus non fuerit, 2 †uerum grauiſsimum delictum cõmiſiſſe arguatur, ueriſimiliaq; extent indicia, in uinculis quoq; cauſam dicere debet[l]. Meritò igitur hîc dubitatum fuit, quemadmodum in uinculis quis eſſe intelligatur. † Et quãuis in carcere ſit, non tamen idcirco uinctus cenſetur. In edicto tamen prætoris, quo his qui in uinculis eſſent, per in integrum reſtitutionẽ ſuccurritur[m], etiã qui ſimpliciter incluſi ſunt, continenť. † Sed id ex æquitate per interpretationẽ extenſum eſt, non ex uerborum proprietate, de qua hîc agit̃.

k l. ſi confeſſus. de cuſt. reor.
l l. diuus. eo. tit.
m l. ſuccurritur. ex quib. cauſ. man.

IAB. LIB. I. EX POSTERIORIB. LABEONIS.

LEX CCXVI.

VErũ eſt, eũ qui carcere claudit̃, non uideri nec; uinctũ, nec; in uinculis eſſe, niſi corpori eius uinculaſint adhibita

IAB. LIB. I. EX POSTERIORIB. LABEONIS.

LEX CCXVII.

INter illã conditionem, cũ fari potuerit, & poſtq; fari potorques, quaſi iugum boũ: unde locus Plautinus in ſeruum uinctum, Boius boiam terit. †Ad hæc ſunt & uincula ad infamiam magis & pœnam, q̃ cuſtodiam pertinentia, ut Collaria, quibus in publico blaſphemi & lenæ etiamnũ alligantur, ut deriſui uiatoribus ſint. †Eſt & Numella ligneum inſtrumentũ, quo quis incuruus & quadrupes caput & pedes exerit, hocq; modo impeditur: uulgò Berlinã dicunt, at Græci κυφῶνα, cuius mentio Ariſtophani quoq; in Nubib. eſt. †Solebant & mulierculæ ſic notari, ut caudici ſiue ſtipiti alicui alligatæ opus facere cogerenť. Propertius: Codicis immundi uincula ſentit anus.

Iuuenalis:

Horrida quale facit reſidẽs in codice pellex.

Serui quoq; in cõpedibus opus faciebant, ne facilè fugam poſſent capeſſere. Idem: Squallidus in magna faſtidit cõpede foſſor. Inde etiam in latomijs, hoc eſt, lapicidinis cuſtodiebantur, idem & in ergaſtulis.

1 Cum fari potuerit, naturalem potentiam ſignificat.
2 Poſtquam fari potuerit, ad actum refertur.
3 Legatum ſub conditione poſtquam, ſine actu non cedit.
4 Nemo poteſt quod non reducit in actum.
5 Diſcrimen inter Cum & Poſtquam, non tenet, cõtra Bar.
6 Et Cum & Poſtquam, conditionem important.
7 Pluralis elocutio duobus contenta eſt.
8 Incertitudo numeri per errorem omiſſi uitiat conditionẽ.
9 Promiſsio, In illis diebus, nihil operatur.
10 Iudex de promiſsione ex coniecturis cognoſcit incerta.

INTER ILLAM.) †Illa conditio, Cùm fari poterit, citius uenit, quàm illa, Poſtq; fari poterit: quoniam prima ſtatim cùm primũ quis poteſt proloqui, adimpletur, at alia ſucceſsiuum aliquod tempus deſignat. † Oldradus primam referri ad potentiam naturalem exiſtimauit: unde cùm ſeptimo anno infantiam pueri exeant, ſequitur ut eo tẽpore dies ueniat: at ſequens ad actum ipſum refertur. †Quapropter cui legatum eſt, poſtquam fari poterit, ſi mutus eſſe perſeueret, legatum non conſequetur. & hanc interpretationem, licet hîc uacillet, tamen alibi Bartolus approbauit[n]. Mihi non placet, quia non uideo, cur &

n l.j. de iniuſt. rupt.

in priore casu non debeat expectare, donec
4 actu fari quis possit: † nō enim posse propriè
5 dicimus, quod actu facere nō possumus: nec
ulla est ratio, cur hæc cōiunctiua, cùm, ad po
tentiam solam referatur, & postquam, etiam
actū respiciat. Ali-
bi Bartolus[a], cùm, tuerit, multū inter-
non ita expressam est: nā posteriorē scri-
conditionem face pturam, uberiorem
re attestatus est, si- esse constat: cùm fari
cut postquam: & potuerit, arctiorem:
ideo legatū Titio, & id tantūmodo si-
cùm heres certę ætatis gnificari tēpus, quo
esset, nō uideri primùm fari possit.
conditionale, cū ¶ Ita data conditio-
tamē legatū, post- ne, illud facito in die
quam certæ ætatis enim, q̄ cōmodè soluere possint. † Interdum
erit, conditionale idem est facere, q̄d numerare: unde paria fe-
sit[b]. † Sed hæc sen- cisse dicit, qui pecuniā, quā acceperat, nume-
tentia recepta nō est: utranque enim esse con rauit, & id q̄d debet reddidit. † Sic & iudicare 5
ditionem hīc dicitur, nisi quòd hęc posterior hoc uerbo continet, ut cùm dicimus, factū e-
aliquanto uberior est. ius rei esse iudicium.
7 ¶ §. ITA DATA.) † Quoniam pluralis elo
cutio duorum numero contenta est[c], si quis
cōditionem hanc apponat, illud facito in die
bus, & ulterius aliud non exprimat, in duo-
8 bus diebus faciendum erit: † quod tamē non
procedit, quādo per errorem omissus est nu-
merus: tunc enim ob incertitudinē uitiatur[d].
In odiosis quoq; propius est, ut imperfectam
sententiam existimemus[e], & huiusmodi ora-
9 tio nullius sit effectus. † Sed & si quis promi-
serit aliquid dare in diebus illis, nihil agit: ui-
detur enim se retulisse ad communem usum
loquendi, quo ita solemus tempus infinitum
significare, translatione à mysticis fidei
Christianæ libris accepta, in quibus, quæ uel
olim fuerunt, uel post innumera annorum
curricula erunt, additur, in diebus illis esse fa
cta, uel futura. Et ita aliqui[f] existimauerunt, li
10 cet articulus controuersus sit. † Ego in arbi-
trio iudicis consistere opinor, qui ex conie-
cturis colligat, qua mente promissio huius-
modi facta sit.

a l. si cui lega-tur. §. j. de uer bor. oblig.

b l. libertis quos. §. ab hæredib. de ali. leg.

c l. libertas. §. fi. de manu. test.

d l. ita stipul. de uerb. oblig.

e Arg. d. §. fin.

f In l. eum qui cal. de uerb. oblig.

1 *Facere, ad omnia facta refertur.*
2 *Facere pro dare capitur.*
3 *Facere pro soluere.*
4 *Facere pro numerare.*
5 *Facere interdum iudicare significat.*
6 *Facit furem qui eum solicitat.*
7 *Facere pro procurare.*
8 *Facit damnum sæpe qui patitur.*
9 *Facit reum qui accusat.*
10 *Scripta, dicta, consulta crimino se, pœnali lege continentur.*
11 *Conuicia in maleficijs non sunt.*
12 *Maleficos, nocturnos incantatores lex intelligit.*

1 VERBVM FACERE.) † Verbum Face-
re, perquā generale est, & ad quæcunq;
2 facta refertur. † & quandoq; facere, interpre-
tamur, id est, dare: unde qui facere iussus est
g l. si hæres. de leg. j. ut centum habeam[g], eam summā da re cogi
3 potest. † quandoq; significat soluere, ut cùm
h l. sunt qui. de re iud. dicimus quasdā esse personas, à quibus exigi
plus nō potest, q̄ facere possint[h]: intelligitur
enim, q̄ cōmodè soluere possint. † Interdum
idem est facere, q̄d numerare: unde paria fe-
cisse dicit, qui pecuniā, quā acceperat, nume-
rauit, & id q̄d debet reddidit. † Sic & iudicare
hoc uerbo continet, ut cùm dicimus, factū e-
ius rei esse iudicium.
Sed & iter facere dicitur, qui ambu-
bus, si nihil præterea lat[i]: unde & stipula i §. Cato.
fuisset adiectum, in tio, iter fieri[k]. Et k d. l. j. de his
biduo conditionem hęc quidē hīc Iuris qui deie.
impleri oportet. cōsultus. † Cæterū 6
alijs quoq; modis
PAP. LIB. XXXVII. accipit, ut cùm pa
QVAESTIONVM. ciscimur, ne seruū
LEX CCXVIII. facias furem, aut fu
gitiuum, id est, ne
VErbū facere, o- ad furtū fugam ue 7
mnē omnino fa solicites. † uel cùm l. cum satis. de
ciēdi causā cōplecti- mādat lex, ut soboles, quam censiti fecerint, agr. lib. xj.
non alienetur[l], declaramus fecerint, id est, 8
procurauerint. † uel cùm quis promisit dam-
ni infecti[m] uicino: in ea enim stipulatione da- 9
mnum facere intelligitur[m], id est, pati. † uel m l. Proculus. de
cùm aliquē reum facturos nos pollicemur: dam. infec.
id enim est, reum facere, quod accusare[n], & n l. si ueris. C.
indicare: sicut facere suspectum tutorem, est de fid. instr.
detegere, & iudici approbare suspicionis cau o l. ij. C. deuis. pup.
sas[o]. Sed finge constitutum, pœnas malefi-
ciorum quæ noctu committantur, duplicari,
quomodo intelligentur maleficia? Et cùm di
cantur quasi malefacta, uidentur nō contine-
ri, quæ dicta, scripta, consulta malè sint. Qui p Bar. l. aut fa
igitur noctu conuiciatus fuerit, in eam pœnā cta. de pœn.
non incidet[p], & id frequentius probat. † Ego 10
nō dubito, etiam in lege pœnali malefacta di
ci, quæ scripta, dicta, consulta crimino se sint:
cū uerba generaliter, & quatenus sermonis q l. cum lege. ti
proprietas fert[q], tum quoq; accipi debeant. testa.
† Sed ne conuicia hoc casu comprændantur, 11
ratio legis suadet, ex qua de his delictis signi-
ficari ostenditur, quæ ex tenebris nocturnis
uel facilius, uel grauiore cum noxa fierent:
quod in iniuriarum crimine non est. † Sanè 12
cùm antiqui maleficos speciali nomine in-
cantatores intellexerint[r], huiusmodiq; diui- r Rub. C. de ma
natores, de eis potius est, ut legis uerba accipi- leficis.
ant, cùm noctu præsertim soleant umbras
euocare, & animas responsa daturas, ut Ca-
nidia apud Horatium. Quo sensu & Exodi
XXII. scriptum est: Maleficum ne patiaris
uiuere, id est, sortilegum & carminibus uenefi-
cia facientem.

1 *In contractibus, quod actum est, obseruatur.*
2 *Cùm de uoluntate ambigitur, uerbis standum est.*
3 *Volūtas colligitur ex præcedētibus, aut cōtractus natura.*
4 *Actiones in personam, neq; rem, neq; singularem succes so rem sequuntur.*
5 *Hæres in personam conueniri potest.*
6 *Voluntas contrahentium in primis spectatur.*
7 *Verba operantur secundum naturam actus.*
8 *Legatarius à locatore in possessionem introducitur cū ob ligatione quinquagesimæ.*
9 *In donatione petitio introductionis, & solutio quinquage simæ sufficiunt.*

Conductor

10 *Cōductor ius suū alienat nō requisito locatore, saluo eius iure.*

1 IN CONVENTIONIBVS.) † Certissimi
iuris est, in contractibus, siue bonæ fidei, si
ue stricti iuris sint, id in primis obseruandū,
quod actum est, etiam si uerba impropriè ac-
2 cipiant: † alioquin
nisi de uolūtate cō
stet, à uerbis nō re-
cedimus. † Constat
3 autē quandoq; ex-
a l. Titia. l. ita stip. de uer. oblig. pressè[a], puta ex præ
fationibus, uel præ
cedenti tractatu:
b l. semper in stip. ff. tit. j. quandoq; tacitè[b],
ut qa natura cōtra
ctus, qualitas rei,
personæ, cōtrahen
tium consuetudo,
eius quod actum est, coniecturam inducant.
potestq; hoc in responso exemplum accipi:
fundus enim emphyteoticarius, uel uectiga-
lis, & ad hæredem conductoris, & ad succes-
sorem particularē, nisi aliud actum sit, trans-
ferri potest. Quid ergo si contrahentes pacti
sint, ut ad hæredes trāseat? Et uidebatur eam
pactionem propriè intelligi debere, tum ex
communi regula, qua cauetur, in casibus du-
bijs à proprietate sermonis nō esse receden-
c l. nō aliter. de lega. j. dum[c]: tum quia aliàs pactio esset superflua:
cùm enim ex tali contractu & hæredes & le-
gatarij admitterentur, nisi per huiusmodi pa-
d l. si quando. de lega. j. ctionem diceremus censeri legatarios exclu-
sos[d], nónne nullius esset momenti? quæ in-
4 terpretatio fugienda est. † Accedit his, quòd
magna subest ratio, cur hæres solùm admit-
tendus sit, non autem legatarius: esset enim
non modicum detrimentum domino, qui ad
uersus legatarium nullam actionem persona
e l. fin. de cont. empt. lem haberet, cùm actiones in personam, ne-
que rem ipsam, neque singularem succes so-
5 rem sequantur[e]. † de hærede ergo solùm de-
buisset intelligi, qui ipse in personam conue-
6 niri potest. † Sed tamen Papiniano aliter ui-
sum est: quoniam uoluntas contrahentium
ante omnia spectanda est, etiam quòd aliud
7 dictum sit. † Voluntatis autem coniectura ex
f Bal. rub. C. de cōtrah. empt. natura contractus colligitur: & licet debeant
g Alex. consil. xxj. col. ij. in 1. uerba intelligi, ut effectus alicuius sint, non
tamen operantur nisi secundum naturam a-
ctus: idq; & Baldus[f] & Alex.[g] responderunt.
8 † nec probabile aliquod damnum locatori in
fertur, cùm non possit legatarius propria au-
toritate possessionem ingredi, sed ab ipso in-
troducendus sit: quo tempore eum in domi-
h l. iij. C. de iure empt. num agnoscet[h], secq; obligabit, quinquagesi-
mamq; illi, quod præmium uulgò Laudato-
9 rium uocant, præstabit. † Et quod in legato di
citur, in donatione quoq; locum habere rece
ptum est: nec enim tunc aliqua denunciatio-
ne opus est, sed satis est petitio introductio-
nis, & solutio quinquagesimæ. Nec distin-
i l. j. C. de fund. patr. lib. xj. guitur, locator emphyteotici fundi sit priua-
tus aliquis ciuis[i], uel respublica, uel ecclesia:
10 † poterit enim conductor ius suum per lega-
tum uel donationem transferre, etiam eis ir-
requisitis, dum saluo eorum iure & citra frau-
dem alienet[k]: & ita crebrius approbatum est. k l. ij. C. ne rei dom.
Qua autem ratione uectigales agri ciuitatū
locari solerent, ex Iul. Hygino à nobis tradi-
tum est Dispūctio
num libro III. cap.
X. Sed & quibus
casibus appellatio
hæredis ad singula
res successores per
tineat, suprà attigi
mus[l]. l l. hæredis. ff. eod.

1 *Liberorum nomine om nes descendentes con tinentur.*
2 *Liberorum nomen stri ctè ad trinepotes por rigitur.*
3 *Filiorum appellatione, propriè descendentes non compre henduntur.*
4 *In fauore, filij nomen, etiam nepotes continet.*
5 *Vbicunq; uersatur fauor, largè uerba accipienda sunt.*
6 *Beneficia principum largam interpretationem recipiunt, priuilegia strictam.*
7 *Semper actus interpretari debet, ut ualeat.*
8 *In ultima uoluntate, filij nomine & nepos continetur.*
9 *In statutis filius nepotem continet.*
10 *Nepotes filiabus præferuntur, quia & filij.*
11 *Sicut filia non succedit, ita nec ex ea nepos.*
12 *In dando tutore, filiorum appellatione nepotes minimè ue niunt.*
13 *Vbi uersatur odium, ibi filiorum nomine nepotes non con tinentur.*
14 *Odium non directum nepotes non excludit.*
15 *Cum filij interdicta alienatione grauentur, etiā nepotes in telliguntur, si & institutione non contineantur.*
16 *Verba eadem, eandem quoque recipiunt interpretatio nem.*
17 *Vbicunq; ijsdem uerbis institutio & substitutio concepta est, filij & nepotes continentur, contra Decium.*
18 *Prohibitio in rem concepta, per filios & nepotes comple ctitur.*
19 *Quoties ratio dispositione generalior est, filiorum nomen & reliquos descendentes continet.*
20 *Dispositio de filijs, alterius respectu, non comprehendit nepotes.*
21 *Coniectura nepotes à filio excludit.*
22 *Quoties conditio uel causa fauorem respicit filiorum, & nepotes continentur.*
23 *Cùm principaliter fauor filiorum spectatur, non ueniunt nepotes.*
24 *Verborum proprietas in conditionibus maximè atten ditur.*
25 *Vsus loquendi nepotes à filijs separat.*
26 *Filius nepotes excludit, dū eius significatio restringitur.*
27 *Vbi qualitas inhærens, dispositioni causam præbet, filium non egreditur.*
28 *Cùm nepotes alio quàm filiorum nomine propriè dici po terat, non procedit extensio.*
29 *In contractibus aduersus eum interpretamur, pro quo pa ctio concepta est.*
30 *Conductus fundus pro se & hæredibus, legari potest.*
31 *Hæres legatarium impropriè continet.*
32 *Beneficiarius fundus dicitur feudum.*
33 *Feudum concessum filijs, & nepotibus competit.*
34 *Contractus feudi latè interpretamur.*
35 *Sanguinis continuatio & in nepte est.*

CALLISTRATVS LIB. II. QVAESTIONVM.

LEX CCXX.

LIberorũ appellatione, nepotes & pronepotes, cæteriq; qui ex his descẽdũt, continentur: hos enim oẽs liberorũ appellatione lex XII. tab. comprẽdit. Toties enim leges necessariũ ducũt, cognatiõnũ singularũ nominibus uti, ueluti filij, nepotis, pnepotis, cæterorúmue qui ex his descẽdunt, quoties non omnibus, q̃ post eos sunt, præstitum uoluerint, sed solis his succurrerẽt, quos nominatim enumerarent. At ubi nõ psonis certis, nõ quibusdam gradib. præstatur, sed omnibus qui ex eodẽ genere orti sunt, liberorum appellatione

1 LIBERORVM.) †Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterosq; descendentes contineri certum est, idq; exemplo XII. tabularum, quæ primam successionis causam liberorum esse uolebant, & de omnibus descẽdentibus intelligebãt. Quo sensu & prætores in edictis acceperũt, ut cùm patroni liberos in ius sine uenia uocari prohibuerũt[a]. †Strictè tamen hęc uox quandoq; accipit, & usq; ad trinepotem solùm intelligitur, & ita ueteres existimabãt, quod Pomp. & Paul. refert[b]. Sed C. Cassius & Vlpianus, & in hoc responso Callistratus latius pertinere existimauerunt, & in infinitum dici, idq; tanquam honestius meritò obtinuit. Cùm igitur nomen liberorum sit collectiuum plurium graduũ, qui fratrem & eius liberos instituit[c], ordine successiuo uocasse uidebitur: quod nõ est receptum, si filios dixisset[d]: † propriè enim appellatione filij, nepotes & deinceps descendentes non contineri uerius est, sed ex interpretatione tantùm: quo in tractatu quid ipse sentiam, suprà explicaui[e]. In præsentia, quod ab alijs cõmuniter traditum sit, recitabimus: & quadrupliciter in hoc distingui à maioribus solet: aut enim filijs prouidetur, aut grauantur, aut de eis uersus alium fit mentio, aut in conditione ponuntur. †In prima specie appellatione filiorum comprẽndi nepotes receptius est[f]: †cùm enim actus hic fauorabilis sit, debet lata significatio accipi, & hoc siue in testamentis, siue in legibus, siue in beneficijs principum loquamur: † fit enim in his amplior interpretatio[g], licet in priuilegijs sit contrà. †Si igitur pater filios suos instituat, etiam nepotem ex filio præmortuo instituisse uidebitur, quod tamen uariè acceptum est, aliquibus ideo institutum censentibus, quia nisi ita interpretaremur, præteritione testamentum rumperetur: interpretamur autem semper ut actus ualeat. †alijs, ne durum, absurdúmue aliquid consequatur, quale est cùm à parentibus filij separarent, uel melioris fierent conditionis nepotes quàm filij, idq; genus similia. alijs, quoniam dispositio in futurum cõfertur: cùm enim uerisimiliter dubium sit, an in id tempus filij uel nepotes existant, debet mens testatoris largius accipi, ut non existentibus filijs, nepotibus prouisum uideatur, ut etiam in facti quæstione consultus Alexan.[h] responderit: quæ declarationes dubitationem nullam habent, cùm generaliter pro-

a l. sed si. §. fin. de in ius uoc.
b l. Iurisconsul. de grad.
c c. Raynutius. de testa.
d l. Gallus. §. i.
e l. filij. l. iusta. l. natorum.
f l. Lucius. de hæred. insti.
g l. sed & si. §. i. de exc. tut.
h Consil. 9. in 1.

pter fauorem ea interpretatio ex Doctorum frequentiore sententia procedat: † unde & in municipalibus statutis idem obseruatur. Finge cautum esse[i], ut filij masculi exclusis fœminis succedant, nunquid nepotes etiam ipsi præferẽtur? † Et responsum est, præferri: ratio enim eius legis est, ut agnatis saluæ sint facultates: quæ ratio in nepotibus locũ habet, & tametsi in lege expressa non sit, ab ea tamen argumẽtari nos posse receptius est[k]: cũ enim hoc beneficium à lege patri cõferatur, ut fœminã excludat, debet etiam in nepotẽ eiusdem sexus perpetuari[l], qui in successione patris sui locum tenet, eiq; subrogatur: nam & cùm filia propter fauorem filij masculi excludatur, masculo ipso superstite nepote defuncto, idẽ fauor durat: unde etiam si ipsa masculo sobole relicta decederet, nihilominus frater, eius ue filius ei soboli præferrentur: quoniam fauor propter quem ipsa excluſa fuit, nõ extinguitur: † & sicut filia ipsa succedere non potuit, ita & ex ea nepos repellitur, ut amputata radice, rami quoq; decidunt[m]. Et huius interpretationis, uti diximus, causam præstat fauor, quo cessante, interpretatio quoq; non admittitur. †Et ideo cùm quis tutorẽ filijs dedisset, non censeri nepotibus prouisum Vlpianus respondit[n]: tum quia respectu tutorũ nullus est fauor, imò onerosa est tutela: tum quia non multum inde commodi nepotibus oritur, cùm cessante testamento, de tutore illis per iudicem prouidendum sit: & ita Bartolus sentit. †In sequenti specie, filiorum uerbo non contineri nepotes certius est: unde qui filios exhæredat, nepotes exhæredes fecisse non uidebitur[o]: odiosum enim hoc est: quod & in dispositione legis proditum est. Et ideo lex Julia, quæ ius patri facit filiam adulteram occidendi, in nepte nõ habet locum[p]: idemq; dum prohibet Senatori filiam eius ducere, qui artem ludicram exercuerit: poterit enim in nepotis matrimonium conuenire[q]. Nam cùm leges huiusmodi merum odium filiorũ & quidem principaliter sapiant, meritò nepotes non continebuntur. † Quòd si directò odiosæ non essent, aliud respondendum fuisset: ut in Senatusconsulto quo tutor pupillam sibi uel filio suo nuptui collocare prohibet: nam nec nepoti quidem impunè collocabit[r]. Sed quid iuris esse dicemus, cùm testator filijs alienatione bonorum interdixit, an nepotibus quoq; uetitũ credemus[s]? Et non uideri tradi-

i Alex. consil. 27. in 3.
k l. quàuis. C. de fideicommiss.
l l. Gallus. §. uidendum. de liber. & posth.
m l. si uinea. C. de bon. mat.
n l. quod sinq. de test. tut.
o l. i. §. queritur. de uen. inspic.
p l. patri. de adult.
q l. lege Iul. de ritu nupt.
r l. S. consultũ. de ritu nupt.
s Gl. §. nos igitur. de rest. fi.

ri traditum est: huiusmodi enim prohibitio odiosa est. sed hæc conclusio aliquo modo restringenda est. † Pone institutos filios, & ne alienent grauatos: si enim in uerbis institutionis nepotes contineantur, cur non & in uerbis prohibitionis comprædi debent? † Consentaneum certè est, eadem uerba eandẽ recipere interpretationẽ, nec est uerisimile uoluisse patrem minus oneris nepotibus imponi, quàm filijs imposuerit. †Et quod in hac prohibitione diximus, in fideicommisso quoque respondendũ est, ut fideicommisso filijs iniuncto, nepotes non contineantur[a], nisi sub ijsdem uerbis institutio substitutioq; concepta sit: tametsi imprudenter hac in re labi mihi Decius uideatur[b]. † Pone rursus, uerba prohibitionis, hæredibus filijs institutis, in rem cõcepta esse: ut quia dictum est, ueto bona mea uendi, quia uolo ut ad illos & illos perueniant: uidetur enim hoc casu esse etiam nepotibus interdictum, & ita etiam censuit Alexander[c]: † quod multò magis dicendum est, cùm ratio dispositione generalior est: ut cùm quis prohibuit alienationem filijs, quia uolebat bona perpetuò in familia remanere: hoc enim casu omnes descendentes prohibiti censebuntur[d]. quod & responsum est, cùm testator fratris fidei commisisset, ut hæreditatem filijs restitueret, quia mentis suæ erat, ne bona extra familiã peruenirent: petent enim fideicõmissum nepotes quoq;, & cæteri descendentes: & ita contrà quàm Iason responderat, ex facto iudicari uidi. †In tertio casu, cũ de filijs alterius respectu disponitur, nõ comprædi nepotes constat, nisi dura aliqua separatio induceretur, ut cùm quis ancillam cum filijs legat: tunc enim Papyrij Frontonis responsum, cuius hîc Callistratus meminit attendendum est: cùm non sit uerisimile, uoluisse testatorem à patribus suis filios separari[e]. †Idem si aliqua alia coniectura hoc suadeat, quales sunt quas suprà retulimus, quãdo aliàs actus effectum nõ sortiretur, uel absurdum aliquid consequeretur, uel consuetudo sermonis ita suaderet, & si quæ aliæ sunt similes[f]. † In ultima specie concludendum est, quoties conditio uel causa fauorem filiorum respicit, etiam nepotes eo sermone contineri: uerbi gratia, Lex dicit[g], si mater filijs tutores non petierit, ius uendicandorum bonorum non habeat: illis enim uerbis etiam quæ nepotibus tutores non petierit, ab hæreditate repelletur: nam actus hic filijs ipsis fauorabilis est. † quòd si de fauore filiorum principaliter non agatur, aliud est: ut in eo exemplo, cùm lex à tutela eum excusat, qui tot filios habuerit: nõ enim nepotes excusationis causam præstarẽt, nisi lex liberorum uerbo uterẽtur[h]: principaliter enim hoc casu de patris, non autem filiorum fauore agitur: † unde cùm filiorũ fauor non urgeat, à proprietate uerborum nõ recedimus, quę in conditionib. maximè attenditur, & primum locum in casibus dubijs tenet[i]. Excipiuntur tamẽ aliqui casus, in quib. filiorũ appellatione generaliter dicendum est, nepotes non significari. † Primus est in communi loquendi usu: ex consuetudine enim aliter filios, aliter nepotes appellamus: & ita sentit Accursius[k]. Sed Doctores non adducunt, nisi probaretur huiusmodi consuetudo, nec ex sermone uulgari ad Latinum probabile argumentum deduci potest[l]. † Secundus casus est, quoties lex ex aliqua causa significationem eius dictionis coarctat: ut cùm fructus in quartam, quæ ex Falcidia debetur[m], nõ imputari, quamuis testator iusserit, lex Iustiniani præcepit, subijcitq; eo præcepto nepotes non allegari. Idemq; in hoc responso, cùm leges necessarium ducũt cognationum singularum nominibus uti, quia non omnibus præstitum uoluerint, sed his solis quos nominatim enumerant: ut cùm diuus Pius constituit[n], ne liberi decurionum usq; ad pronepotes torqueri possent: uel cùm usque ad eum gradum concedit lex ei succedi, qui incestas nuptias contraxerit[o], & si qua similia. † Tertius casus est, cùm de filio non disponitur, ea solùm ratione, quia sit filius, sed etiam respectu alicuius qualitatis ei inhærẽtis: nam dispositio huiusmodi ad eum non refertur, cui ea qualitas nõ insit: ueluti cùm lex filium spurium institui prohibuit: non enim existimabitur uetita institutio legitimi, ex filio spurio, nepotis: in eo enim qualitas illa deficit[p]. Idem in municipalibus statutis, quæ excluſa filia, filios masculos ad successionem admittunt, nõ erunt admittendæ neptes, cùm qualitas masculina illis desit: quod & ab Alexandro[q] responsum est, in eo qui filium primogenitum ad fideicommissi petitionem uocauerat. †Quartus casus est, cùm sub alio nomine potest censeri magis propriè nepotes uocatos, quàm sub nomine filiorum: ut si fratri meo, & eius filijs, & descẽdentibus fideicom

a Dec. consil. 218. uers. ult.
b Consil. 95.
c §. diui. arg. l. peto. §. fratre. de leg. ij.
d l. pater fil. §. fundum. de lega. ij.
e l. uxorẽ. §. concubinæ. de lega. ij.
f l. alimenta. §. libertis. de ali. leg.
g l. ij. §. si mater. ad Tertul.
h l. ij. §. hoc autem. de excus. tut.
i l. Meuius. de cond. & dem.
k Gl. Instit. qui dar. tut.
l Alex. d. consil. 26.
m l. iubemus. C. ad Trebellia. Dec. cons. 87.
n l. à diuo. C. de quæst.
o l. si quis incesti. C. de incest. nup.
p l. fin. de natu. lib.
q Cons. 123. in 1.

mittam: admittuntur enim prius filij quàm nepotes [a], tanquam prius nominati, cùm de nepotibus potius uerbo descendentis, quàm uerbo filij actũ censeatur: sub illo enim propriè, sub hoc non nisi per interpretationem cõtinerentur: idcp

b Consil.j. in fi. Decius respõdit [b], & mihi non displicere suprà attestatus sum. †Quintus casus est in contractibus: in eis enim fit interpretatio ad uersus eũ, quo pacto concepta est [c]: & ideo si quis acciat emphyteoticũ fundum pro se & filijs, nepotes non admittẽtur [d]: & ita quamplurimis uisum est. † quæ sententia apertissimè falsa est, cùm suprà traditum legerimus, eum qui pro se & hæredibus huiusmodi fundum conducit, etiam legare posse: †atqui magis impropriè appellatione hæredis legatarius cõprænditur [e], quàm filij appellatione nepos. †Illud receptissimum est, clientem, cui beneficiarius fundus (feudum uocant) † pro se & filijs conceditur, etiam nepotibus, cæterisq descendentibus relinquere posse: † hic enim contractus latissimam interpretationem propter beneficij naturam recipit [f]. Qua ratione idem & in donationibus dicendum esset: fauorabilis enim hic contractus est. Sextus casus est, cùm de filijs fit mẽtio ex proprio corpore natis: nam uidetur nepotes non contineri, & hos præsertim qui ex filiabus nati sunt: & sic ab aliquibus responsum comperi [g]. † Sed in hoc opinatissimi scriptores dissentiunt: sanguinis enim continuatio in nepte quoq est [h]: nisi igitur alia coniectura adsit, quæ nos in aliam partem deducat, promptius est ut pro nepotibus pronunciemus [i].

a l. cum ita. §. fin. de lega. ij.

d Iaſ. §. inſtituẽs.

e ſ. l. prox.

f Iaſ. d. §. inſtituens.

g Guid. Pap. q. 353.

h Alex. l. ex facto. §. fin. ad Trebell.

i d. l. Lucius.

1 *Pupillus à falso tutore læsus, restituitur.*
2 *Falsus tutor quis.*
3 *Quod nullum est, actus nomen non habet.*
4 *Iuramentum de obseruandis statutis, uera tantùm intelligit.*
5 *In facto inutiliter actum, nomen actus retinet.*
6 *Libellus licet inutilis, libellus tamen dicitur.*
7 *Episcopus hæreticus, tanquam non sit, habetur.*
8 *Actus iuris uel propter enunciationem uel affectum, quamuis inutilis, nomen retinet.*
9 *Rex, Cæsarem dominum non cognoscit, facti, non iuris est.*

1 PAVLVS.) †Quod falso tutore autore gestum est, per in integrum restitutionem emendat prætor, & quanti ea res est aduersus
2 eum qui dolo fecit, actionem dat [k]. † Declarat hîc Iurisconsultus, quis dicatur falsus tutor: & eum esse interpretatur, qui uerè tutor datus non est: uel qui datus est, sed perperàm & inutiliter, ut qui habenti alium tutorem datus est [l]: sicut & falsum testamentum dicitur, quod nullũ, uel inutile est: idemq in modio iniquo. † Et hinc accipi argumentum potest, tutorẽ inutiliter datum, propriè tutorem non dici [m], & ideo adiectione illa falsi distinguit: unde consequens est, ut hîc probetur quòd cõmuniter traditũ est, quod nullũ est actus nomen propriè non habere, si actus iuris ciuilis sit: qua ratione testamentũ nullum, non est propriè testamentum [n]: stipulatio nulla, non est stipulatio [o]: sententia nulla, nõ est sententia [p]: quod non in iudicijs solùm, sed & in compromissis procedit. Sic & electio nulla, nõ dicitur electio [q]: & cessio perperàm facta, non habet cessionis nomen: † & qui iurat se statuta obseruaturum [r], de his quæ nullo iure ualent, iurasse non intelligitur. Sic & alienasse emphyteota non dicitur [s], qui uenditione nulla, & non solenni distraxit. †Quòd si nomina facti, nõ autem iuris sint, quod inutiliter actum est, propriè nomen seruat. † Vnde libellus incertus, uel citatio inutilis [t], nomen suum seruant, licet in effectu non obligent [u]. † Sic & episcopus inutilis, uel hæreticus, episcopus propriè est, tametsi perinde habeatur [x] ac si non esset. Eadem ratione etiã inutilis maritus [y], nomen mariti seruat, quamuis legis interpretatione eius uxor orbata existimetur. † Sanè plerunque accidit, ut etiam actus iuris sub uero nomine designentur, licet cassi & inutiles sint: quod quandoque fit enunciationis causa, ut cùm lex matrimoniũ nullum, uel diuortium simpliciter suo nomine appellat [z]: quandoq per locum qui ex affectu dicitur [a], ut cùm Titium rem suam emisse scribimus, nimirũ indicantes, hoc eum egisse, ut rem emeret: quandoq actus sustinendi causa, ut cùm iussus est quis hæreditarium seruum manumittere, & deinde hæres esse [b]: sufficiet enim uel de facto manumittere, ut adire possit. Sed & lex Pontificia [c]: † Rex, inquit, Cæsarem in dominum non recognoscit: quod de facto interpretantur plerique: hoc enim uerbum magis ad factũ, quàm ad ius refertur.

k l. j. l. nouiſſi. quod fal. tut.

l §. interdũ. Inſtit. de cur.

m l. iij. de teſt. tut.

n l. ij. §. j. quem. ad. teſt. ape.

o l. j. §. ſed ſimi bi. de uer. obl.

p l. iiij. §. cõdemnatũ. de re iu.

q Bar. l. filius. de leg. preſt.

r Feli. c. ex tenore. de reſcript.

s Bal. l. ij. de epiſ. audi.

t l. j. in prin. de fer.

u c. j. de præſ.

x c. inter. de tranſ. præl.

y l. ſi. C. ad leg. fal. de plag.

z l. quod Seruius. de cond. ob turp.

a l. Labeo. ſ. ſi.

b l. mulier. §. j. de cond. inſt.

c c. per uenerabilem. qui filij ſint leg.

1 *Pecunia mobilia & immobilia, etiam iura continet.*
2 *Iussus pecuniam omnem restituere, etiã de actionibus intelligitur.*
3 *Numi & pecuniæ non est una significatio.*
4 *Pecunia strictè, numerata dicitur.*
5 *Denarius est argenti drachma.*

PECVNIAE nomine.) †Pecuniæ significationem uario modo accipi [d], suprà demonstrauimus: & quandoque latius patêre, quàm ut id quod in numerato est, solùm com

d l. pecuniæ. ff. eod.

prẽndat: mobilia enim & immobilia complectitur, atque etiam iura, cæteraq huiusmodi res incorporales: quapropter si tibi pecuniã, quam Titius debet, donauero, actionẽ quoque donasse uidebor [a]: †hincq apparet, pecuniæ uerbũ uniuersale esse, ut meritò Senatusconsultum Trebellianũ in eo locũ habeat [b], qui pecuniam omnem restituere rogatus sit: de iuribus enim actum quoq intelligetur. cuius rei rationẽ assignat hãc Accursius, quia omnes res in pecuniam conuerti possunt. idq IIII. Ethicorum
3 Aristoteles sensit. † Sed hac ratione etiã cùm numum dicimus, aliud quàm quod in mone ta est, significaremus, parq esset numi & pecuniæ notatio [c], quod falsum est. Verius igitur [d] quod Augustinus in libro de doctrina Christiana tradit, dum, Totũ [e], inquit, quod homines in terra habent, quorumq domini sunt, pecunia dicitur: quia antiquí quod habebant, in pecoribus habebant. Sanè restringitur hæc significatio quandoq ex subiecto
4 argumento. † Pone, in sermone hominis illiterati & idiotę [f], facta est pecuniæ mentio, intelligemus angustè de pecunia numerata [g], quam & uulgares denarios uocant, †cùm de
5 narius propriè sit decem asses, hoc est, argenti drachma [h].

a Bart. l. ſi ſeruus. §. fi. de ſtipul. ſer.

b l. nã quod. in fin. ad Treb.

c l. litigatores. §. quod ait. de arbit.

d Iaſ. l. talis. de lega. iij.

e j. q. 3. totum.

f Bart. l. uxorẽ. §. legauerat. de lega. iij.

g l. j. ad Mace.

h Card. cl. exiui. §. porrò. e. tit.

1 *Culpa nomen generale est, & dolum continet.*
2 *Culpa simpliciter de leui accipitur.*
3 *Lata culpa dolo proxima.*
4 *Gratia & facilitas nimia, excusat à dolo.*
5 *Qui dolum præstat, de lata quoq; culpa accipitur.*
6 *Leuis culpa quid.*
7 *Amicitiæ triplex conditio.*
8 *Amicus alter ipse.*
9 *Amicitiam, honesta consuetudine initam, leges accipiunt.*
10 *Cognationis fauor ad arctißimos amicos extenditur.*
11 *Effectus arctißimi amoris.*
12 *Amici filij, substituto per fideicõmißũ simpliciter præferũtur.*
13 *Amicus sine speciali mandato agit.*
14 *Amici fides numero testium conualescit.*
15 *Iudex de amicorum testimonijs arbitrabitur.*
16 *Magna affectio ueritatem impedit.*
17 *Visus ad amicitiam non requiritur necessariò.*

1 LATAE CVLPAE.) †Culpæ nomen generale est, & dolũ quoq cõprændit: qui enim dolo fecit, utiq in culpa est. Vnde qui promiserit damnũ præstare, q̃d seruí mei culpa cõtigerit, si quid dolose deliquerit, ut quia
2 furtũ fecerit, resarcire quoq tenebit. † Solent tamẽ Iurisconsulti [i], cùm culpã nõ præstandã simpliciter dicunt, de leui intelligere: lata eñ cùm dolo proxima sit, ferè semper præstanda
3 est. † Dicitur aũt dolo proxima duob. modis, aut quia præsumptã in se fraudem cõtineat [k], ut cũ nõ eam diligentiã in rebus alienis quis adhibuit, quã in suis: aut quia tam supina & inexcusabilis culpa est, ut tametsi non præsumat fraus, parũ tamẽ ab ea distet [l]: ueluti cùm quis in gratiã amici negligẽs fuit: † licet enim gratia & nimia facilitas excuset à dolo, proxima tamẽ illi est. † Et ideo regulariter proditũ est, cùm lex aliquẽ dolũ præstare tenere id, quod oñes intelligunt. ¶ Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cũ patrefa. honestæ familiaritatis quæsita rationibus.

i l. contractus. j. tit. j.

k l. quod Nerua. depoſ.

l l. ſi procur. in fin. mand.

4
5
10
6
20
7
30
8
9
40
10
50
11
12
13
60

¶ §. AMICOS.) †Pluribus modis accipitur amicitia: est enim quædã maxima, & penitus inhærens animis inuicem se amantium, cuius multa exempla cõmemorat Lucianus in dialogo qui Toxaris inscribitur, quamq Græci †sic explicãt, σώματα μιὰ δύο, ψυχὴ ἓν μία, ut eadẽ anima duobus in corporib. esse uideat, quòd idem utercp uelit, nolitq. †Alia est, quę hîc describit, nõ quidẽ tam ardens, sed tamen nõ leuiter cõiuncta, & honesta cõsuetudine introducta: & de hac proditũ est leges accipiẽdas esse, quæ causa amicitiæ aliquid indulgent [n], uel uetant: prior enim illa, cum Hesiodi Erigone ad superos, opinor, recessit, & nusquã in humanis habitat. Est & alia uulgaris, qua cõgerrones, idq genus socij etiamnũ uulgò amicos se inuicem appellãt: ea ex leui notitia contingit, & inter improbos quoq plerunq est. † Sunt autẽ arctissimæ illius amicitiæ causa pleraq cõcessa, & quicquid cognationis fauore introductũ est, id omne ad huiusmodi amicos extenditur [o]: quæ enim maior potest esse cõiunctio? † Hinc aliquí tradiderũt, licíti eius amoris ardorem, uim clausulæ codicillaris habere [p]: aliquí reuocationẽ clausulæ derogatoriæ inducere, quæ in priore testamento adiecta sit [q]: †aliquí in substitutione fideicommissaria simpliciter facta hoc operari, ut amici sui filij substituto præferant [r]. † Sunt & quí sicut cõiunctum, ita & amicũ absq mandato ad agendũ admitti crediderint [s]. Quæ omnia uera esse ego arbitror in priore illa amicitia, quæ usqueadeò nostris temporib. rara est, ut cuiusdam prodigij loco sit, si usquam gentiũ reperiatur. †Sed nunquid amicus ad testimonium admissus pro amico probet [t]? Et de fide diminui illi constat, & ideo ex numero testiũ conualescere posset, ut si, ubi aliàs duo suffi-
60 cerent, tres amici recíperentur. Addunt aliquí tam immensam amicitiã posse deprẽndi, ut nõ solũ diminuereť, sed oñino eleuareť [u]. Cõtrà Bal. * cùm amicitia uirtutis & fidei nomen sit, nõ esse admittendũ, ut ꝓpter eã fidei

n l. ſciendum. §. ſi alicuius. ſ. de legatio.

o c. requiſiſti. de teſta.

p Bald. l. ſi iure. C. de teſt. manumiſſ.

q Rom. conſil. 179.

r Barbat. l. cum acutiſs. col. 17.

s Iaſ. l. exigendi. C. de procur.

t l. ij. de teſti.

u Felin. c. quotics. de teſt.

x Bald. l. eos. C. de teſti.

15 minus testi adhibeatur.† Sed in hoc deuentũ est, ut amicitiæ causam iudex inspiciat, & si ex societate ociosa, uel non multum egregia, nec seueris uiris laudata consuetudine proue nisse deprænderit, summamq; esse, nihil eis fi dat, & ita arbitretur:

16 †magna enim affectio ueritatẽ prorsus impedit[a].†Nec refert ad amicitiã se inuicem unquã uiderint aliqui, uel id minus, cùm ex fama & bonis operibus sæpius accidat[b], ut inter ignotos quoq; non uul garis dilectio exoriatur. Sanè non omnis qui parcit, amicus est[c], nec omnis qui uerberat, inimicus, ut Augustinus ait.

17

a 3.q.5. accusatores.

b 29.q.1.c.j.

c 5.q.5.c. non omnis.

1 Vincula tã publica q̃ priuata censentur.
2 Custodia publici iuris est.
3 Iudex ex leuissima suspicione præuia, qualicunq; uestigatione ducit in carcerem.
4 Iudex nullam pœnam sustinet, innocentem uinciens.
5 Actio iniuriarum iudicem punit ciuiliter, qui temerè innocentem capit.
6 Reus captus, à religione sacramenti ueritatis non liberatur.
7 Rei carcere tantum custodiæ causa concluduntur.
8 Ob debitũ fiscale, & qui cõdemnatus est, carceri mancipatur.

VENVLEIVS LIB. VIII. STIPVL.

LEX CCXXIIII.

VInculorũ appellatione, uel priuata, uel publica uincula significãtur: custodiæ uerò, tantum publica custodia.

TRIPHONIVS LIB. I. DISP.

LEX CCXXV.

FVgitiuus[a] est, nõ is qui solũ fugiendi cõsiliũ à dño susceperit, licet id se factu rum iactauerit[b], sed q in ipso facto fugæ uitiũ mentis deduxerit: nã & furẽ, & adulterũ, & aleatorẽ, quã quã alia significatione[c] ex animi propositione cuiusq; sola dicere quis posset, etiã hũc q nunq̃ alienã rẽ inuito dño subtraxerit, qui nunq̃ alienã matrẽfamil. corruperit, si modò eius mẽtis sit, ut occasiõe data num capi, & in carcerem detrudi quisquam possit? Peritiores negant, nisi fiscale sit nomen[l], cõtumanciaq; accesserit: uel nisi aliquis iam condemnatus sit, quo casu cedendo bonis liberatur[m]. At olim lege XII. tabularum aliud erat, cui per desuetudinem rectè derogatũ fuisse, apud Gellium Cæcilius Iurisconsultus disputat.

l l.nemo car.C. de exact. trib.

m l.j. C. qui bonis ced.

1 Venditor mãcipij, uitia indicare cogitur.
2 Errones post uagationes reuertuntur.
3 Fugitiuus est, qui actũ fugæ adhibuit.
4 Verba iactatoria nõ obligant.
5 Iactator cædis quæstioni tantum potest subijci.
6 Nemo ex confessione extra iudicium facta, torquetur.
7 Voluntas sæpe pro exercitio capitur.

FVGITIVVS.) a ¶† Qui mancipia uendunt, ex edicto Aedilium curulium certiores facere emptores debent, seruus fugitiuus, an erro sit[n].†Sunt autem Errones, hi qui à domino recedunt, ut cùm uagati aliquandiu fuerint, reuertantur. sic apud Ouidium Sappho Phaonem appellat:

Necuos erronem tellure admittite nostrũ.

Licet eius loci interpretes grammatici id iuris uerbum non perceperint. † Sanè ostendit Iurisconsultus, solam mentem propositumq; fugiendi non sufficere, ut fugitiuus quis dicatur, nisi & aliquis actus fugæ accesserit.

n l.j.l. quis ſt. de ædil. edict.

b ¶Iactauerit.) † Verba enim iactatoria non obligant, & nullius effectus sunt[o]:† unde & si quis iactauerit, se Titium occisurum, quamuis deinde constet fuisse occisum, non tamen aduersus iactatorem illum præsumetur, ut condemnari possit, sed solùm poterit quæstioni subijci[p]. Quid si homine occiso, gloriosulus aliquis inter cõgerrones suos iactauerit se eius criminis autorem? Et putauerim nõ sufficere id quæstioni, nisi aliæ coniecturæ accedãt, ut quia inimicus eius esset, uel alioquin percussor, & reprobæ uitæ: nam & confessio extra iudicium habita, tanti nõ est, ut ex ea solùm torqueri quis possit[q].

o l.fin. dehæm. instit.

p l. ad metll. C. quod me. cau.

q l. capite. ſ. de adult.

c ¶Alia significatione.) Quantum sit respectu Dei, ut Accursius exponit. Quoniam apud Matthæum scriptum est[r]: Qui uiderit mulierem & cõcupiuerit, iam mœchatus est in corde suo.† Ego non arbitror Ethnici scripta ab Euangelio interpretationem accipere. Satius igit̃ est, ut de eo loco intelligamus, quem τῷ πῶ πορνεύσαντι Hieronymus appellat. Grammatici ab affectu uocant. Cicero in Aratæo carmine:

Vt quondã Orion manibus uiolasse Dianã.

Id est,

r 32.q.5.qui uiderit.

Id est, uiolare appetisse. Vergilius:

Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant.

Id est, affectabant tenere. Qua figura & adulterum, & furem, & aleatorẽ dicemus, qui horum criminum affectatores fuerint.

d ¶Assumpto actu intel.) Id est, ab actu quẽ facere cœperit, & per eum non stetit quò minus faceret, ut Oldradus ait.

ta id cõmissurus sit, tamen oportere hęc eadẽ crimina assumpto actu[d] intelligi: & ideo fugitiuũ quoq; & erronẽ, nõ secũdũ propositionẽ solam,

1 Negligentia simplex, culpa leuissima est.
2 Culpa in legibus accipitur leuis.
3 Testes qui culpam interuenisse dicunt, ob incertitudinem non probant.
4 Lata culpa dolus præsumptus est.
5 Lata culpa sæpe & latior dicitur.
6 Vbi dolus, ibi & lata culpa præstatur.
7 Lege Cornel. de sicarijs, lata culpa à dolo distinguitur.
8 Homicida de dolo tenetur, non lata culpa.
9 Vbi expresse lex de dolo cauit, lata culpa excluditur.
10 Infamiæ nota dolum tantum punit.
11 In lata culpa non est mala fides.
12 Restituitur qui in lata culpa est.
13 In contractu mutui, lata & leuis culpa præstatur.
14 In re friabili, leuissima quoq; præstatur culpa.
15 In contractu qui alteram duntaxat partem respicit, dolus & lata culpa præstantur.
16 In mandato leuis culpa præstatur.
17 Procurator litis de leuissima culpa tenetur.
18 Tutor in exactione nominum tantum de lata culpa tenetur.
19 Commodatarius & leuissimam culpam præstat.

d Alex. l. ſimora. col. 5. ſolu. matr.

1 MAGNA negligentia.) † Negligentia simplex est, quã culpam leuissimã uulgò uocãt.† Culpa uerò cùm simpliciter in lege ponitur, pro ea accipitur, quæ leuis est: id enim inter leuissimã & latã mediũ est, & hoc
2 nisi subiecta materia repugnet.† Idem in testi
3 bus, qui si culpã interuenisse in cõtractu profiteantur, propter incertitudinem non probant[a]: debuerũt eã declarare expressius, de leuissima, leui, uel lata intelligerent: & hoc
4 Cornæo uisum est[b].† Magna uerò, uel lata culpa, dolus est, intellige præsumptus. Nam uero dolo lata culpa solùm proxima est.†Ap
5 pellatur & quandoq; in iure hæc culpa latior, ea ratione, qua comparatiuum pro positiuo scribimus[c], ut apud Vergilium:

b Corn. consil. 108. in 1.

c l. quod Nerua. depoſ.

Tristior & lachrymis oculos suffusa nitẽtes.

6 †Cùm igitur lata culpa dolus sit, cõsequens est, ut quelibet dispositio, qua dolum malum duntaxat præstari tradatur, etiam de lata culpa intelligatur[d]. Quod ego uerum esse arbitror, præterquam in lege Corn. de sicarijs[e]:
7 † qui enim ex lata culpa eo crimine deliquerit, nõ illius legis pœna, sed leuius punietur.
8 †Quo exemplo responsum est, cùm ex statuto pœna mortis homicidæ irrogatur[f], nisi quis se defendendo occiderit, nihilominus eum quoq; non contineri qui lata culpa, non autem dolo deliquerat: idq; receptissimũ est.
9 † Addunt alij idem esse generaliter, ubi agitur de pœna etiam pecuniaria, & lex mentionem expressam doli facit: tunc enim non sufficere latam culpam[g]. Quapropter ut iuramentũ in litem deferatur aduersus eum, qui in culpa lata solùm est, obtineri nequit[h].† Idẽ in eo dicendũ, qui sententia iudicis infamia notat[i]: hoc enim in solius doli ultionẽ concessum fuit.† Sed & qui in lata culpa est, uerè malæ fidei nõ est[k]: at qui in dolo est, ipse est malæ fidei.

d l. contractus. ſ. tit. j.

e l. in lege Cor. ſ. ad l. Corn.

f Card. c. lator. de homicid.

g l. ij. §. ſed & ſi. ſ. ui bo. raptor.

h l. in actionib. de in lit. iur.

i §. ſuſpectus. inſtit. de ſuſpect. tut.

k l. ſed & ſi. §. ſcire. de petit. hæred.

†Quapropter & in integrũ restitutio hoc casu non conceditur[l], quam tamen & maximè negligentes solent impetrare. Sanè quemadmodum in contractibus culpa præstanda sit,
20 longa est disputatio, quæ tamen paucis finiri sic potest, ut distinguamus, an utriusq; causa ineantur cõtractus, an dantis tantum, an accipientis.†In priore casu non solum lata, sed & leuis culpa præstanda est: quod in uenditione, pignore, dote, emphyteosi, locatione, societate dicendum est[m],† nisi res locata friabilis sit, & quæ facilimè frangitur[n]: tunc enim & leuissima culpa præstabitur. Sed & si quis socium negligentiorem assumpserit, sibi im-
30 putet: nõ enim quicquam præstabit, dum in suis rebus diligentior nõ sit[o].† Sequentis speciei contractus solũ dolum & latam culpã recipiunt[p]: quapropter qui depositũ accepit, leuis culpæ nõ damnabitur: cum enim sua gratia cõtractus initus nõ sit, sed aliena, æquũ uisum est ut solũ dolũ, seu latã culpã præstaret. Quatione si contra naturã cõmodati[q], gratia cõmodantis solius contrahat, leuis culpa
40 nõ oberit.†Nõ tamẽ hæc perpetua sunt: nam in mandato etiã leuis culpa quandoq; præstabitur[r], ut cùm res de qua mandatum est, mediocrẽ diligentiã requirit.† præstabitur & leuissima, cùm natura negocij exactissimã industriã postulat, ut in procuratore ad lites[s], & præfecto Liburnicarum: qui enim huiusmodi mandatũ suscipit, se actui mandato idoneum penitus profiteri uidetur: & ita Alex. respondit[t]. Negociorum quoq; gestor, leuis
50 culpæ nomine cõuenietur: cùm enim se sponte offerat, mediocrẽ diligentiam præstare debet[u].†In tutelæ quoq; cõtractu, quò minoribus magis succursum esset, leuis culpæ nomine agi posse placuit, nisi in exactiõe nominũ cessatum esset[x], uel in prædiorum emptione captio fuerit: tunc enim solum lata culpa gestum resarcietur[y]. Sed & tutorũ hæredes ex lata culpa solum conuenientur[z].†In ultimo casu receptũ est, etiam leuissimæ culpæ rationẽ reddendã, unde cõmoditarius sic condemnabitur: cùm enim ob eius gratiã cõtractus initus sit,
60 debuit diligentissimus esse[a]: ne beneficiũ cõmodanti damnosum fiat. Quod & in cõtraria actione depositi & mãdati eadẽ ratione receptum est[b]. In precario tamen, solũ latæ culpæ

l l. tutori. C. de neg. geſt.

m d. l. contractus.

n l. ſi merces. §. qui columnã. locati.

o §. fin. Inſtit. pro ſoc.

p d. l. cõtractus.

q l. ſi ut certo. §. interdum. commod.

r d. l. cõtractus.

ſ l. à procur. C. mand.

t Alex. conſil. 41. in 3.

u l. tutori. C. de neg. geſt.

x l. ij. C. arb. tut.

y l. tutor per. §. ij. de adm. tu.

z l. j. C. de hæred. tut.

a §. item is. Inſt. quib. mod. re.

b l. ſi ſeruus. §. iuſtiſſ. de fur.

periculũ ſubeundum eſt: ſibi enim imputet dominus, qui ſtatim precarium nõ reuocet[a], ſi accipientis diligentiã ſuſpectã habeat: nam poſtcp reuocauerit, ſi mora facta fuerit, de leuiſſima quocp iudicium reddetur[b].

a l. quæſtũ. §. illud. de preca.
b d. §. ex hoc. & §. ſeruitus.

1 Edicto, Vnde legitimi, agnato bonorum poſſeſſio datur.
2 Hæres agnati reijcitur à bonorum poſſeſſione.
3, 5 Hæres in edicto ad proximum refertur.
4 Quando id non obtineat.
6 Subſtitutionis pupillaris ſpes ad hæredem non tranſmittitur.
7 Exceptio ad prædictum axioma.
8 Amplicatio eiuſdem axiomatis.

IDEM LIB. II. MANVAL. LEX CCXXVII.

EX illa parte edicti, eum quem ei hæredem eſſe oportet, hæredis hæredibus bonorum poſſeſsio non defertur. Item in ſubſtitutiõe his uerbis, Quiſquis

1 EX ILLA.) †Verba edicti unde legitimi à prætore uocant[c], ſunt, eũ quẽ ei hæredem eſſe oportet, ſi inteſtatus mortuus eſſet, bonorum poſſeſſorem faciam. Quibus uerbis is agnatus cui iure ciuili hæreditas delata eſſet, ad bonorum poſſeſsionem à prætore admittitur. † Vnde cùm eius agnati hæres, aut non æquè proximo, aut nullo penitus gradu eum, qui inteſtatus mortuus eſt, contingat, meritò à bonorũ poſſeſsione reijcitur, ſicut 3 &ab hæreditate repelleretur. †Sicp uerbum illud, hæredis, in edicto prætoris ad proximũ 4 tantũ refertur. † In caſibus tamen, in quibus ius agnoſcendæ bonorũ poſſeſſ. ad hæredem tranſmittitur, uideretur hæredem quocp hæredis contineri[d]: ut cùm intra terminum deliberandi legitimus hæres moritur[e], niſi tunc eum hoc edicto non uocari, ſed aliarum conſtitutionum extenſione dixeris, quod magis probo. †Alius eſt etiam caſus, quo proximus 5 tantũ hæres intelligitur, in illa uidelicet ſubſtitutione: Quiſquis mihi hæres erit, Titio filio meo, ſi pupillus moriatur, hæres eſto. Cuius rei illa eſt ratio, † quòd ſubſtitutionis pupillaris ſpes ad hæredem non tranſmittitur[f]. 7 † quapropter ſi iuri accreſcendi cõiuncta ſit, aliud eſſet: cùm enim ius accreſcendi nõ perſonam, ſed rem reſpiciat, hæredi quocp hæredis portio accreſcit[g]. Et ideo in propoſita ſubſtitutionis ſpecie, ſi pupilli cohæredem adijſſe proponatur, deinde pupillum mortuum, eius quoque hæreditas illi neceſſariò accreſcet[h]: quod procedit etiam ſi ante pupillũ cohæres iſte deceſſerit: qui enim ei ſuccedet, pupillo quocp ſuccedet, ne diuerſum ius inter ipſum & eius autorem inducatur: abſurdum quippe eſſet, primum hæredem potuiſſe cogi, eius uerò ſucceſſorem non poſſe, & melioris fieri conditionis, idcp in pupilli damnum, cuius intereſt ex teſtamento, quod ei fecit pater, adiri hæreditatem[i]. Vnde cùm de fauore eius agatur, hæreditas eadem cũ paterna ceſſetur[k], & altera alteri accreſcit, tametſi uerè 8 duæ hæreditates ſint. †Quod autẽ ſubijcitur, hac ſubſtitutione ſcriptum hæredem ſolùm

c l. j. unde leg.
d l. emancip. C. qui adm.
e l. cũ antiquioribus. C. de iure delib.
f l. ſed ſi plures. de uulg.
g l. ſi ex plurib. de ſuis & leg.
h l. qui patri. de acquir. hæred.
i l. ſi pupillus. de acqui.
k l. Papin. §. ſed nec impuberis. de inoffic.

comprænđi, hoc ſignificat, ut nec per filium familiãs pater, nec per ſeruũ dominus admittatur, non enim illis affectus fuiſſe teſtator uidetur, ſed eis ſolùm quos nominatim ſcripſerat, cùm domini uel patris ſpes in huiuſmodi acquiſitione incerta ſit. Quid enim ſi ante quæſitã hæreditatẽ filius uel ſeruus de manu exeat[l]? Quid ſi nullis minis, nullis precibus compelli poſſint, ut adeãt? Sed de hoc latiùs ſuprà à nobis tractatũ eſt[m].

l l. cum proponas. C. de hær. inſtit.
m l. ſciendum. ẽ. eod.

1 Vrbium Romano imperio ſubiectarum uaria erat conditio.
2 Vrbes Coloniæ.
3 Coloniæ in quibus differebant à municipijs.
4 Municipes proprijs legibus utebantur, & tamen ciues Romani erant.
5 Municipes unde dicti.
6 Explicata l. j. ff. ad municip.
7 Municipes per abuſionem ſunt cuiuſcp ciuitatis ciues.
8 Conciuis, latina uox non eſt.
9 Municipes quibus modis fiant. & num. 11.
10 Simulata adoptio olim nihil iuuabat.

IDEM LIB. SINGVL. DE COGNITIO. LEX CCXXVIII.

MVnicipes intelligendi ſunt & hi, qui in eodem mu

1 MVNICIPES.) †Vrbium quæ Romano imperio ſubijciebantur, uaria fuit conditio: ut enim ſtipendiarias & fœderatas omittamus, earum quæ ius ciuitatis Romanę habebant, aliæ colonię, alię municipia dicebantur. †Coloniæ erant, in quas ciues Romani habitatum deducti erant, agercp eis aſſignatus: ſolebant autem deduci ueterani, & pro diutinorũ laborum mercede, unde ſenectutem tolerarent, iugera bina accipiebant. Cauſa deductionis erat, uel infrequentia urbium, uel pœna, qua ueteres coloni malè de Republica meriti, mulctabantur. † Hæ Colo 3 nię tanquã quædam urbis Romanæ effigies, paruacp ſimulachra erant: metropolis enim ſuæ legibus neceſsitatibuscp adſtringebant, & ideo magis obnoxiæ, quàm municipia: licet propter autoritatẽ amplitudinemcp Pop. Romani maiore in honore eſſent: unde & in premiũ ius Colonicũ quibuſdam prouincialibus quandocp tributũ fuit, ut Berytenſibus, n l. j. de cenſib. & Aeliopolitanis[n]. †Municipes igit aliquãto 4 melioris erãt conditionis, quòd uidelicet ſuis legibus, ſuiscp moribus uiuerent, & nihilominus ciues Rom. eſſent, honorescp in urbe Romana capeſſerent, & ſicut cæteri ſuffragiorũ ius haberent, †unde & nomen ſumpſerũt, ab 5 eo uidelicet, quòd honorarij muneris capaces eſſent, licet onerũ neceſsitatib. nõ adſtringerent, ut lib. XVI. Aul. Gell. diffuſius explicat: †atcp ita intelligenda ſunt Vlpiani uerba, 6 dum propriè municipes appellari tradit[o], qui o l. j. ad municip. in ciuitatem Romanã adſciti ſunt, ut munera nobiſcũ faciãt. † Sed nũc abuſiuè municipes 7 dicũtur, ſuæ cuiuſcp ciuitatis ciues. Vnde Puteoli,

teoli, & Capua, licet Coloniç Romanorũ eſſent, tamen κατα χρηστικως municipia nuncupabantur, & earũ urbiũ ciues ſe uicißim cõmunicipes appellant. † Conciuẽ enim latinã uocem nõ eſſe, plericp arbitrant, exemplo græci ſermonis συμπολίτης. † Fiunt aũt municipes aut natiuitate, ſiue origine, ut quia ab eo municipio aliquis originem ducit. Idem ſi pater eius: paternã enim patriã ſequi filios legitimos receptũ eſt[a]. Aut manumiſſione: quoniam liberti patroni ſui patriã acquirunt[b]: unde manumiſſi hodie ciues Romani fiunt. Aut adoptione, ut quia alienigena à patre Florẽtino adoptatus ſit: fiet enim municeps Florentinus. Quo exemplo receptũ eſt, ut Monachus, uel Canonicus, uel Rector, eius urbis municeps cenſeatur, in qua iure ſacerdotij neceſſariò reſidet. Quod & de milite fatendũ eſt[c]. †Illud nõ pretereundũ, P. Mario, L. Aſinio conſulib. factum fuiſſe Senatuſcõſultũ, ne ſimulata adoptio in ulla parte publici muneris iuuaret: cẽ ſericp ſimulatum, cùm beneficia ſortiti, ſtatim emittunt manu, quos adoptauere, ut Corn. 11 Tacitus lib. XV. ſcribit. †Allectione quoque creantur municipes, cùm Reſpublica aliquẽ eligit[d], & in ciuẽ aſſumit. Quòd ſi actum ſit, ut qui allectus eſt, ab omnibus ſit muneribus immunis, non ideo tamen minus municeps eſt, niſi etiam ab honoribus excludatur: tunc enim abuſiuè municeps dicetur.

a l. aſſumptio. ad municip.
b l. j. C. de lat. lib. toll.
c l. municeps. §. fin. eod. tit.
d l. ciues. C. de incol.

1 Quis dicatur agere.
2 Exigere, peragere, tranſigere quid.
3 Tranſactio ſtrictè & genericè accipitur.
4 Tranſacta dicuntur etiam quæ ſine contr ouerſia facta ſunt.
5 Ratio, quare tranſactionis uox potius ſpecialiter accipiatur.
6 Exceptio litis finitæ, ſi, ne ulterius progrediatur, oppoſita fuerit, impedit conteſtationem.
7 Quæcunc exceptiones peremptoriæ, litis conteſtationem impediunt.
8 Idc uerum, ſi ſtatim probari poſſint.

1 TRANSACTA.) †Agit, qui in iudicio proſequitur id, quod ſibi debetur. Ab hoc uerbo deducũtur exigere, peragere, tranſigere. † Exigit, qui quod iudicio proſecutus eſt recipit. Peragit, qui obtinet: unde peregiſſe reum dicitur, qui damnauit. Tranſigit, qui actionem ſibi competentem[e], ſiue inſtituta, ſiue inſtituenda ſit, aliquo accepto, cauſa concordiæ omittit. †Hæcp tranſactionis uera & ſtricta eſt ſignificatio: generaliter tamen etiã accipitur pro quocunc actu quo concordia inducatur, uel ab obligatione recedatur[f], uel ad finem aliquid ducatur. Vnde tranſigere ætatem Plinius dixit: ſic & tranſigere ęuum, 4 tranſigere diem dicimus. † Igitur in Senatuſcõſulto, quo tranſacta, finita ue rata maneãt[g],

e l. j. de tranſ.
f l. j. de pact.
g l. j. in fin. ad Tertull.

cautũ eſt, tranſacta generaliter accipiemus, etiã quæ ſine cõtrouerſia facta ſunt. † Cur autem ſpecialiter potius uox hæc accipiatur, dubitari poteſt: an quòd particula, uc, ſubdiſiũctiuæ uim habet, & eodẽ ſenſu intelligendã oſtendit, quo & finita intelligit: an quòd nulla eſt ratio, quur magis in ſpecie accipiatur? Nec enim ſolũ rata eſſe debent, quę iuſta tranſactione ſopita ſunt, ſed & quæcunc alio modo finẽ habuerũt. † Quapropter uulgò dicimus[h], litis finitę exceptionẽ, ſi, ne ulterius procedatur, oppoſita fuerit, cõteſtationẽ impedire. Sunt autem huiuſmodi exceptiones nõ hæ tantum, quæ hîc enumeratæ ſunt, rei uidelicet iudicatæ, uel tranſactæ, uel uſucaptæ, ſed etiã multę alię: † unde generaliter proditũ eſt, quancũcp exceptionem peremptoriã, qua euidenter & incõtinenti cõſtare poſsit, nõ potuiſſe reum in ius uocari, litis cõteſtationẽ impedire[i]: ueluti, quoties cõſtat actionẽ nullã actori cõpetere, ut quia lex dicat, eius rei nomine actio nulla petitió ue ſit[k]. Idem ſi agẽtis nihil interſit, uel in criminalibus accuſationibus ex exceptione obiecta factum impunibile reddatur, idcp protinus appareat. † Nam recepti iuris eſt, nullam exceptionẽ, etiam rei iudicatę, conteſtationẽ & cauſæ ſtatum impedire, niſi ſtatim probari poſsit, idcp ſe facturũ reus recipiat. Quæ enim altiorẽ indagationẽ requirunt, poſt iudicium acceptum reſeruantur[m].

h c. j. de lit. conteſt. in 6.
i Bart. l. eleganter. §. ſi quis poſt. de cond. indeb.
k l. mater. de inoffi. teſt.
l l. ſi ſeruus. §. de his qui ad eccleſ.
m Bar. l. nam & poſtea. de iureiur.

1 Tres exceptiones, litis conteſtationem impedientes hîc enumerantur.
2 Finitæ intelliguntur, quæ longioris temporis ſilentio finita ſunt.
3 Vſucapio & mobilium & immobilium rerum eſt, contra communem.
4 Præſcriptio propriè eſt exceptio ex uſucapione deſcẽdẽs.
5 Præſcriptionis uera diffinitio.
6.7 Vſucapione ſemper directum acquiri dominiũ, tam in mobilibus rebus, quàm in immobilibus.
8 Vſucapiens cum mala fide, ſolam exceptionem habet ad ſe defendendum.

VT SVNT) †Enumerantur hîc tres exceptiones, quę litis conteſtationem impediunt, ſi à reo ſint oppoſitæ, quia litigare ſe uelle neget: tanquã res minimè dubia ſit, quã finitã eſſe iam conſtet, Quòd ſi ſimpliciter ſe non debere aſſerat, litemcp conteſtetur, tunc in uim peremptoriarum obijcientur, cognoſcetcp iudex, & diffinitiuè pronũciabit. †Sanè annotandus eſt loquẽdi modus, dum Iuriſcõſultus finita intelligit, quæ longioris temporis ſilentio finita ſunt: quibus uerbis per uſucapionem negocium finiri ait, non autem dominiũ acquiri. In quo articulo à noſtratibus Doctoribus diu diſputatũ fuit[n], in hoccp tandem deuentum, ut uſucapione directum do-

n In rub. de præſcript.

minium, præscriptione utile solùm acquirat.
3 † Esse aũt usucapionem in rebus mobilibus, præscriptionẽ in immobilib. Quæ sententia omnino mihi nõ placet: passim enim ueteres
a l. iij. ſi fur. in fin. l. eum qui. de uſucap. usucapionẽ appellant, etiã immobiliũ rerũ [a]: idq; & Iurisconsul-

IDEM LIB. SINGVL. AD S. C TERTVL.

torũ uerbis, & ex XII. tabularum lege, cæterisq; autoribus, & M. Cicerone, præsertim in Topicis, ꝓbari potest. † Præscriptionem uerò assumere propriè uidentur pro exceptione ipsa, quæ ex usucapione descendit: & ideo rectè iudicio meo diffiniuerunt ueteres, †Præscriptionem esse exceptionem, quæ
b 16. q. iij. in ſumma. ex temporis lapsu substantiam capit, & actioni obijcitur [b]. Licet Neoterici futilib. quibusdam argumentis dissentiant. † Igitur per usucapionem acquiri uerum & directum dominium, siue mobiles sint res, siue immobiles, ego arbitror. Et cùm dominium sit iuris, non est dubium, posse autoritate legis propriè & uerè trãsferri. Nititurq; ea ratione lex, quòd qui usucapi rem suam permittit, præstare cõsensum translationi uidetur
c l. alienationis. ſ. cod. [c], alioqui nec mobilium rerum usucapio unquam procederet, cùm inuito domino cõtrectatæ res, uitio reali, id est, furti afficerentur: quo casu lex Attinia usucapionem inhibet. † Cùm ergo in huiusmodi rerum usucapione cessante odio furis interpretetur lex accessisse cõsensum, meritò dubitandum non est, directum dominiũ acquiri: in rebus autẽ immobilibus, cùm aduersus scientem & negligentẽ usu quis acquirit, eadem ratio suadet ut idem credamus. In ignorante magis dubitari posset: sed tamen tum quoq; propter autoritatem legis uerius est, directum transferri: licet ratione naturali perspecta, quandoq; dicatur utiliter aduersus
d l. j. infi. de aqua plu. ar. eum præscribi [d], idq; eius effectus est, quòd re huiusmodi ad extranei manus delata, posset naturalis dominus uendicatione uti, nec admitteretur possessor, qui ab alio usucaptũ esse affirmaret: quid enim ad eum pertineret,
8 de iure alterius disceptare? † Illud uulgò cognitum, qui cum mala fide usuceperit, nullũ
e l. ſi quis empt. §. j. de præſcr. xxx. f c. fi. de præſcrip. dominij ius acquisiuisse [e], sed sola exceptione defendi: cæterum iure Pontificio nec usucepisse intelligitur [f].

1. 6 *Regula, qua dicitur, eũ qui in utero est, pro nato haberi, uera est, quoties de eius utilitate quæritur: secus si de alterius.*
2 *Hæc limitatio exemplo declaratur.*
3 *Eius exempli restrictio.*
4 *Argumentũ ex hac lege ductũ, de lupa plures lupulos edente.*
5 *Fictio illa, quòd in utero existens pro nato habeatur, in brutis non habet locum.*
7 *Infans conceptus dicitur post infusum semen.*
8 *Indicia inchoati hominis quæ.*
9 *Quando anima infundatur conceptui.*

1 QVOD DICIMVS.) † Superius traditũ fuit, eum qui in utero est, haberi pro nato: quæ regula hìc declarat, ut uera sit, quoties de eius utilitate quæritur: alijs enim non prodest, nisi natus sit. † Quapropter in illa cõ- 2
ditione fideicommissi, si rex Parthorũ sine liberis ex se legitimè natis decesserit, talis respublica sit hæres: respondit Baldus [g], qui in
g Bal. l. qui in utero. de ſtatu hom. utero tẽpore mortis fuerit, non esse impedimẽto, quo minus euenisse cõditio uideatur: hìc enim non de uentris, sed de hæredis commodo agitur.

ratur, pro superstite esse, tunc uerum est, cũ de ipsius iure quæritur: alijs autem nõ ꝓdest, nisi natus sit.

† Quòd si is hæres qui grauatus est, ipse post- 3
humi pater sit, aliud mihi uideretur: interest enim haud dubiè eius, qui in utero est, ut pro nato habeatur, sicq; paternam hæreditatẽ locupletiorem habeat. quod & Aretinus [h], licet alia ratione motus, probat. † Cæterum ex 4
h Aret. l. quiſ. liabus. de legi hoc responso tradunt plerique, si ei, qui lupum ceperit, aliquod præmium constitutum sit, uenatorẽ à quo lupa prægnans capta fuerit, nõ ultra unicum præmium consequi posse, etiam si deinde enixa plures lupulos ediderit: hoc enim casu non de lupulorum, sed de uenatoris utilitate agi. † Quod ut uerũ ar- 5
bitror, ita constanter negauerim, fictionem hanc in brutorũ partu locum habere: solius enim hominis causa introducta est, nec æqui tas ulla subest, ut in belluis eadem fingamus. †Et quod diximus, in aliorum cõmodum nõ 6
fingi, intelligendum est, ut nec patri quidem prosit: nam ut ius trium liberorũ interim habeat, haudquaq; satis est duobus natis, alium in utero adhuc esse: idq; diuus Seuerus cõstituit [i]. Quocirca nec matri quidem proderit,
i l. ij. de exc. ſut. quæ licet prægnans puniri summo supplicio nequeat [k], & uentris nomine in possessionẽ mittatur [l]: nõ tamen hoc ideo est, quia iam pe-
k l. prægnanti. ſ. de pœnis. l. l. j. ſ. ſi mul. uer. nom. periisse fingat, sed quia qualiscunq; futura est spes in lucem prodituri hominis, extinguenda nõ fuit. Subest autẽ spes illa à cõceptionis die, usq; ad decimũ mensem: † dicituruq; cõ- 7
ceptus infans, post infusum semen: tab eo enim 8
tempore post decẽ dies dolores capitis, uertigines q; oculorũ mulieri oriunt, indiciũ scilicet, ut Plinius inquit, inchoati hominis: motus uerò in utero quadragesimo fit die: sicq; & omnibus antiquis, & etiam Iurisconsultis
50 cõceptum accipi dubium nõ est: † licet recen- 9
tiores aliqui, solùm quadragesimo die concepturn infantẽ dici opinent [m]: tunc enim infun-
m In auth. de ſtit. & ea. ſ unum. di illi animã. Sed Physicorũ celeberrimi quadragesimoquinto in maribus id fieri prodiderunt, longiore in fœminis termino. Empedocles, Diogenes, Herophilus, dum in utero sit, propriam animam non habere ullam existimauerũt, sed matris uirtute agitari. Orthodoxi autores animã formato iam in humanã
60 effigiem semine, à Deo creari, infundiq; rece perunt: quo autẽ tempore corpus ipsum formetur, in mediũ reliquerunt. quod & nos facturi sumus, cùm id ad Iurisconsultos minimè pertineat, qui, ut diximus, cõceptionẽ ab infuso

fuso semine appellant, nõ à conformatione quæ in utero fiat: quandoquidem & inter ipsos Philosophos hac de re minimè conuenit, uarijs Empedoclis, Asclepiadæq; sententijs, quarũ libro de placitis philosophorũ quinto, Plutar. meminit.

1 *Hæc locutio, Pluris aureorum XXX. & quantitatis & æstimationis significatiua est.*
2 *Taxatio aurei in constitutionibus principum.*
3 *Aureus, quo hodie utimur, ueteri surrogatus.*
4 *Denarius et aureus an idẽ.*

CAIVS LIB. I. DE VERB. OBLIG.

LEX CCXXXII.

HÆc enũciatio, quæ fuit pluris aureorũ XXX. simul & quãtitatis, & æstimationis significatiua est.

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TABVL.

LEX CCXXXIII.

1 HAEC enunciatio.) † Quoties ita loquimur, Quod in cẽsum dedit Titius, pluris est aureorũ XXX. id significare potest, non solũ quantitatẽ triginta aureorũ in censum relatam, sed etiam tantũ rerum, seu corporũ detulisse, quantũ æstimatio triginta aureorũ efficere potest. † Superius autem admonui in 2
a l. quoties. C. de ſuſcept. lib. Cæsarũ cõstitutionibus ita taxari aureũ [a], ut septuaginta duo aurei libram cõficiant: licet aureus, qui hodie in usu est, minoris sit æstimationis, cùm nonaginta sex ex eis libra continet. Vnde aliqui censuerũt, tametsi constitutũ sit, donationẽ ultra quingentos, nisi insinuata sit [b], non ualere, eam tamen in qua DC-
b l. ſancimus. C. de don. LXVI. nostrates aurei erogati sint, ualere: & 3
ita Ang. & Iasoni usum est [c]. † Nobis uidetur
c ſ. j. l. ij. §. ex his. in fin. de uerb. oblig. aureũ, quo hodie utimur, ex generali omniũ populorũ cõsuetudine, esse ueteri illi subrogatum: & ideo quę de solido in iure ciuili cauta sunt, ad nostrũ hunc, quamuis leuioris sit põderis, referenda. Nam & in præsentia propter temporũ qualitates, pauperiores sunt ci
d §. j. Inſtit. de fac. lib. ues quàm olim essent [d]: & ante eas cõstitutiones, cùm Romanũ floreret imperiũ, constat grauioris ponderis aureos numos signari solitos. † Sunt & qui denarios aureos uarijs æsti- 4
e Doct. in l. quæ extrinſecus. de uerb. obli. mationis quoq; signatos fuisse crediderint, idemq; arbitrantur denariũ & numum esse [e]. uulgarisq; sermonis argumento utũtur: qua in re uulgarem ipsi doctrinam planè ostendunt. Denarius enim argenteus solùm erat ponderis drachmæ, quatuorq; sestertijs numis censebatur, hoc est, æris assibus decem, unde & nomen sumpsit. Tritiora sunt hæc apud rei Latinæ peritos, quàm ut autorum tibicinibus sit opus: apud Græcos tamẽ dubiũ nõ est, auream quoq; drachmam signari solitam, quam à similitudine ponderis Plinius quandoq; κατεξουσικὸς denarium appellat.

1 *Interpretatio uerborũ, Calumnictur, moretur, frustretur.*
2 *Calumniari & cauillari idem.*
3 *Quæ mora calumniæ præsumptionem inducat.*
4 *Instantiæ terminus in criminalib. biennij, in ciuilib. triennij.*
5 *Error quorundam in iudicijs.*
6 *Calumniator est, qui de re minima litem criminalem orditur.*
7 *Sycophantæ apud Athenienses.*
8 *De re minima agentes, à iudicio repellendi.*
9 *Voti descriptio.*
10 *Vota olim pro principe nuncupabantur.*
11 *Vota anniuersaria ob diem imperij.*
12 *Vota ob salutem principis à sacerdotibus & consulibus.*
13 *Item à priuatis.*
14 *Vota in quinquennium publicè nuncupata.*
15 *Votorum origo.*
16 *Vota decennalia.*
17 *Item uicennalia, tricennalia.*
18 *Teli qualis acceptio.*
19 *Teli etymon.*
20 *Quod Latini telũ, Græci βέλος dicunt.*
21 *τέλεσμα & τέλος.*
22 *Emẽdatus locus in hac lege.*

SI CALVMNIETVR.) Arbitror enunciatiuè uerba hæc posita esse, & ut recentiores dialectici dicũt, materialiter. † Interpre- 1
tatur autem ea Iurisconsultus, ut calumniari idem sit, quod per moras & frustrationes negociũ differre, uel per fraudem alios litibus uexare. † Idemq; & cauillari dicitur: utrunq; 2
enim uerbũ ab antiquo uerbo caluire deducitur, qd decipere significat, & frustrari: tracta à caluis metaphora, qui eos frustrantur, à quibus per capillos prehendi uidentẽ. † Quæ 3
autẽ mora calumnię præsumptionẽ inducat, sic definiri potest, ut qui in termino accusationi prosequendæ arbitratu iudicis cõstituto, nõ adest, cauillari uideatur [f]. nõ debet autẽ
f l. qui crimen. C. de accuſ. is terminus esse longior, quàm ut intra bienniũ causa expediri possit: tis enim est instantiæ criminaliũ finis, sicut triennium in ciuilibus [g]. † Et ideo bis errant uulgares latruncula 4
g l. j. C. ut int. cert. temp. tores, qui si reum cõuincere nequeant, eum 5
40 rebus sic stantibus absoluũt, ut quandocũq; uel minima coniectura ducti, rursus in carcerem trudant. Nam elapso biennio inquietari amplius non potest: & cùm accusatori statutus est terminus probationũ recipiendarum causa [h], si probatũ nõ sit, diffinitiue reus est ab
h l. properandum. ſ. & ſi quidem. C. de iudi. i Imol. c. j. de offic. ord. soluendus, non autem ea forma, quam concussores, & δημοβόρους iudices repererũt [i]. † Sanè 6
& qui de re minima litem criminalem orditur, uidetur non absurdè calumniator posse
k l. fuſtibus. C. de infam. appellari [k]: † exemplo Athenienſium, qui hu- 7
50 iusmodi homines Sycophantas uocabãt, qd propter subreptos ficus, minimaq; huiusmodi detrimenta, capitalem quæstionem excitarent. † Quapropter si qui collitigant de re mi- 8
nima, & uicissim lõgas ambages, tricasq; accumulãt, nõ de utilitate soliciti, sed ut aduersario noceãt, putauerim partes religiosi iudicis fore, ut ceu cauillatores eos reijciat, actionemq; deneget.

60 ¶ §. POST CALENDAS.) † Votũ, est alicu- 9
ius faciendi, uel nõ faciendi, uersus Deũ deliberata & iusta promissio. † Solebant autẽ ue- 10
teres q; plurima uota pro principe nuncupare. † Cõcipiebant uota anniuersaria ob diem 11

Imperij, cùm uidelicet ad imperiũ princeps assumptus esset, quorum & in iure mentio habetur[a]. Imperatori Vespasiano diem Imperij fuisse Calendis Iulijs, eumq; in posterum celebratum, apud autores traditum extat.† Concipiebantur ob salutẽ principis à sacerdotib. & Consulibus, idque post tertium diem Calendarum Ianuariarũ, ut hìc dicitur: pertinebatq; in prouincijs hæc cura ad præsides, qui commilitonibus & Prouincialibus præibant. ut Cæcilius Plin. libro x. Epistolarum est autor. Calendis ipsis, nõ autem post tertiũ diẽ hæc uota suscipi Cornel. Tacitus libro quarto sentire uidetur. Idem Tiberiũ ægrè tulisse tradit, quòd Pontifices cùm pro eius incolumitate uota susciperẽt, ijsdẽ dijs filios quoq; Germanici cõmendassent. Sed & libro XVI. Traseæ ab accusatore obiectũ scribit, quòd principio anni solenne iusiurandum uitaret, nuncupationibusq; uotorũ nõ adesset, quãuis quindecimuirali sacerdotio præditus. Addit Septimius in Apologetico, tum solitos ciues focos & choros in publicum educere, uicatim epulari, ciuitatẽ tabernæ habitu obolefacere, uino lutum cogere, cateruatim cursitare.† Concipiebantur & pro salute principis uota à priuatis, aliquid uouẽtibus, si principem superstitem reliquisset, ut in Augusto Tranquillus ostendit. Idem autor est, C. Cæsarem Caligulam plerosq; huiusmodi cõualescentes, tanquam impostores per ora hominum traductos, infulatosq; pessimè mulctasse, quosdam etiam ad necem usq; compulisse.† Erant & alia uota, quæ in quinquennium, publicè nũcupabantur, habebanturq; tum ludi pulcherrimi, & Quinquennalia appellantur.† Eorum origo uidetur ex libris Sibyllinis emanasse, quibus tradebatur, ut in difficilimis Reipublicæ temporibus uer sacrum uouerent, si ad quinquennium proximũ res ita saluæ, uti tunc erant, forent: cuius rei libro XXXII. T. Liuius meminit. Horũ uotorũ ludorumq; Quinquennalium & Nazarius, & Mamertinus in Panegyricis mentionem fecerunt.† Sunt & Decennalia uota, quorũ rationẽ Dion in Augusti uita sic exequitur: cum Augustus Rempublicam restituere uellet, reclamantibus cunctis, non ultra decenniũ se imperaturũ promisisse, quo tempore elapso, precibus adactũ, in sequens decennium distulisse, atq; item in aliud. Quamobrem eius successores, licet perpetuam administrationem accipiant, singulis tamen decem annis ludos uouent, quos celeberrimos faciunt, tanquam principatum tunc renouare incipiãt.† Hinc & uicennalia & tricẽnalia dicta sunt. Notanter autẽ in ueteribus numismatis hoc modo, VOT. X. VOT. XX. VOT. XXX. Horũ meminit Trebellius in uita Galieni, & Ammianus Marcellinus, qui Constantium Imperatorẽ scribit Arelate tricennalia celebrasse, Theatralesq; & Circẽses ludos ambitioso apparatu.

a *L.omnes.C. de feriis.*

¶ §. TELVM.) Plectit lex Cornelia eum, qui cum telo causa hominis occidendi fuerit: †dubitatum est quemadmodũ telum accipiendum sit: & non solùm quod ab arcu mittitur significari, sed omne quod manu mitti potest, Iuriscõsultus ait, † idq; argumento ab etymologia sumpto: siquidem telum dicitur ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, quod longè significat. Probatur idem & Græci sermonis similitudine: †quod enim nos telum dicimus, illi βέλος dicunt: deducituրq; ea uox ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id est, à iaciendo.† Quamuis quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dicatur: τόξος enim arcum significat: unde & toxicum, quoniam eo sagittæ intingebantur, ut Plinius ait. Quòd autẽ ita sit in sermone græco, probat Iurisconsultus autoritate Xenophontis, qui ita scribit lib. expeditionis Cyri. v. τὰ βέλη ὁμῶς ἔχοντο λογχαὶ τοξεύματα σφενδόναι, πλείοις ἢ ᾧ οἶσοί. Huiusmodi, inquit, tela simul ab eis habebãtur, lanceæ, spicula, fundæ, plurimis autẽ & sagittæ. † Sic autem emendandus hìc est locus ex antiquorum codicũ lectione, suspicorq; eodem modo scriptũ fuisse à Tribuniano in Institutionibus sub rubrica de publicis iudicijs, ubi epigramma in Xerolopho scriptũ allegatur. Quamuis enim me non lateat, in Xerolopho tripodes fuisse, in quibus epigrãmata scribi solerent, ut etiam Priscianus libro primo scribit: Xerolophiq; mentio pro tumulo ex congestis lapidibus facto sit etiam Suidæ: tamen conuenire magis uidetur, ut Xenophõtis facta sit mentio, acceperitq; Tribunianus eum locum à Iurisconsulti hoc responso.

1 *Hostis apud antiquos pro peregrino.*
2 *Hostire significat æquare, & hostimentũ pro æquamento.*
3 *Hostis pro perduelle.*
4 *Hostes, publicos inimicos significant.*

5 *Perduelliones qui uteribus dicti.*
6 *Quod sit perduellionis crimen.*
7 *Crimen perduellionis & læsæ maiestatis differunt.*
8 *Si legatus Cæsaris mandet alicui, ut principi centũ aureos mutuet sub pœna perduellionis, an id non faciens perduellis sit.*
9 *Si princeps aliquẽ nouarũ rerũ suspectũ urbe abscedere iubeat, certaq; illi cõfinia constituat, isq; non paruerit, an sit reus læsæ maiestatis.*
10 *Locupletes antiquis qui dicti, & quis propriè sit locuples.*
11 *Qui pro qualitate rei, de qua agitur, non satis habet, pauper dicitur.*
12 *Quis locuples sit, uel pauper, in iudicãtis arbitrio consistit.*
13 *Apellatione uictus & uestimenta & stramenta contineri.*
14 *Nomine stramentorum quid significetur.*
15 *Verbum, nutrire, an cũ uerbo, uiuere, in significatu cõueniat.*
16 *Quid de uerbo, cibare.*
17 *Cibi appellatio potum continet.*
18 *Cibarius panis.*

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TAB.

LEX CCXXXIIII.

QVos noshostes appellam[9], eos ueteres Perduelles appellabãt, per eandem adiectionẽ indicantes cũ quib[9] bellũ esset. ¶ Locuples est, qui satis & idoneè habet, pro magnitudine rei, quã actor restituendã esse petit.

¶ Verbũ, uiuere, quidam putabãt ad cibũ pertinere: sed Offilius ad Atticum ait, his uerbis & uestimẽta, & stramenta conquid si ipse princeps aliquem nouarũ rerum suspectum, urbe abscedere iubeat, certaq; illi confinia cõstituat, unde citra suum iussum non abscedat, isq; non paruerit, an læsæ maiestatis reus erit? Et Bald. [d] negauit, sed tantũmodo arbitratu principis extra ordinem ceu sacrilegum plectendum. [e]

¶ §. LOCVPLES.) †Locupletes antiqui locorum, id est, agrorũ plenos appellabant: unde qui ex prædiorũ possessionib. dìues est, is propriè est locuples[f]. Cũ ergo in edicto prætoris, qui in ius uocati sunt, fideiussorẽ locupletem iudicio sisti dare debeant, eum intelligemus, qui satis & idoneè habet, in rebus tamen immobilibus, pro magnitudine rei quæ petitur. †Et inde cõsequens est, ut qui pro qualitate rei, de qua agitur, satis non habet, dicatur pauper. Et ideo facto legato pro pauperibus puellis marito tradendis, poterit hæres etiam nobilis uiri filiam eligere, qui licet habeat, unde uiuat, non tamen salua dignitate sua, si quicq; dotis nomine alienaret, uiuere posset[g]. Scribit Corn. Tacitus Valerio Messalæ consuli, qui oratoris Coruini pronepos fuit, obtulisse Neronem in singulos annos quingenta sustertia, quibus paupertatem innoxiam sustentaret: quæ summa nostræ pecuniæ est, duodecim milliũ & quingentorũ aureorũ. Eam si qui hodie habent, omniũ ditissimi existimantur, & tamen tũc Messala pupertate laborare credebatur.† In arbitrio itaq; ius dicentis erit, ut ex personarũ & rerũ qualitate dijudicet, quem locupletẽ, quemq; paupertatẽ ducat. Vt quis uerò ab accusatione propter paupertatẽ reijciat, sufficiet si minus q; quinquaginta aureos in bonis habeat[h]. Absurdum fortè uisum est, illũ ad criminis executionem admittere, qui si aduersus edictum eum, cui uenia debetur, in ius uocaret, nõ haberet unde pœnam solueret[i].

potero? Et puto non posse legatum statuere id perduellionis crimen esse[b], quod nõ sit: sicut nec in huiusmodi iussionis executionem cõtumacium bona publicare poterit[c], quod principi, hisq; qui in summa administratione sunt, tantũ conceditur. Nec ideo, quòd extra ordinẽ id munus aliquib. demandatũ sit, uidentur in summa administratione esse: imò hac in re concussoris potius munere funguntur, tyrannicę auaritię satellites, publici fures, & quod dicit, splen patriæ. †Sed 9

20 quid si ipse princeps aliquem nouarũ rerum suspectum, urbe abscedere iubeat, certaq; illi confinia cõstituat, unde citra suum iussum non abscedat, isq; non paruerit, an læsæ maiestatis reus erit? Et Bald. [d] negauit, sed tantũmodo arbitratu principis extra ordinem ceu sacrilegum plectendum. [e]

¶ §. LOCVPLES.) †Locupletes antiqui locorum, id est, agrorũ plenos appellabant: unde qui ex prædiorũ possessionib. dìues est, is propriè est locuples[f]. Cũ ergo in edicto prætoris, qui in ius uocati sunt, fideiussorẽ locupletem iudicio sisti dare debeant, eum intelligemus, qui satis & idoneè habet, in rebus tamen immobilibus, pro magnitudine rei quæ petitur. †Et inde cõsequens est, ut qui pro qualitate rei, de qua agitur, satis non habet, dicatur pauper. Et ideo facto legato pro pauperibus puellis marito tradendis, poterit hæres etiam nobilis uiri filiam eligere, qui licet habeat, unde uiuat, non tamen salua dignitate sua, si quicq; dotis nomine alienaret, uiuere posset[g]. Scribit Corn. Tacitus Valerio Messalæ consuli, qui oratoris Coruini pronepos fuit, obtulisse Neronem in singulos annos quingenta sustertia, quibus paupertatem innoxiam sustentaret: quæ summa nostræ pecuniæ est, duodecim milliũ & quingentorũ aureorũ. Eam si qui hodie habent, omniũ ditissimi existimantur, & tamen tũc Messala pupertate laborare credebatur.† In arbitrio itaq; 12 ius dicentis erit, ut ex personarũ & rerũ qualitate dijudicet, quem locupletẽ, quemq; paupertatẽ ducat. Vt quis uerò ab accusatione propter paupertatẽ reijciat, sufficiet si minus q; quinquaginta aureos in bonis habeat[h]. Absurdum fortè uisum est, illũ ad criminis executionem admittere, qui si aduersus edictum eum, cui uenia debetur, in ius uocaret, nõ haberet unde pœnam solueret[i].

¶ §. VERBVM VIVERE.) †Superius à nobis tractatum fuit, quemadmodum appellatione uictus, etiam uestimenta continentur: additur hìc etiã stramenta contineri, †quo no 14

a *l.fin. ad l. Iul. maiest.*
b *l.famosi. uers. hoc tamẽ. eo. tit.*
c *l.j. C. ne sine iuss.*
d *Bald. consil. 271. in 2.*
e *l. sacrilegij. C. de diuer. resc.*
f *l.ij. ff. qui satisda.*
g *Bald. l. si quis ad decla. C. de episc. & cler.*
h *l. nonnulli. de accus.*
i *l. fin. de in ius uoc.*

ſcendi inſternitur, ut ſtoreę, phormiones, paleæ, & mattæ: unde & uulgò mattaracia uocamus. †Sed quod de uerbo, uiuere, hîc dicitur, num & in uerbo, nutrire, eandem interpretationẽ accipiemus? & apud Cornæũ [a] reſponſum extat, idẽ eſſe.

†Quid ſi cibare dictum ſit? & aliud eſſe arbitror, cùm cõſtet cibũ cibariaq; ad eſculenta ſolùm referri. † Cibi uerò appellatione potũ quoq; contineri [b], dubium nõ eſt: †at Cibariũ panem antiqui intellexerunt nigriorẽ, à quo furfur excretum non eſſet, ſicut ſimilagineũ albicãtiſſimũ, qui ex ſolo flore conſtat.

tineri: ſine his emi uiuere neminẽ poſſe.

IDEM LIB. III. LEX CCXXXV.

FErri propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit: agi ea, quæ animantia ſunt. ¶ Fabros tignarios dicimus, non eos dunta xat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui de domus confici poteſt, cõtinetur, † ideo in ea faber tignarius intelligitur, omnis qui ædificat. † Videtur tamẽ in ſpecie fabrum accipi pro lignario, ſeu materiario tantùm, qualem Græci τέκτονα uocant, cuius uocis meminit Papinianus [d], dum licitum eſſe tectoni tradit, trochos id eſt, rotas, extra ergaſteriũ proponere. † A fabro deducitur uerbũ Fabrico, unde & Fabrica, quæ quidem & ipſa generalis dictio eſt [e], ſed in conſtitutionib. ſpecialiter accipiẽ pro armorũ factione: unde & Fabricenſes dicti: in quem ſenſum & fabricę Cremonẽſis meminit Ammianus Marcell. lib. XV. [f] † Erãt & collegia fabrûm ea de cauſa inſtituta, ut quoties in urbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compeſcendum accurrerent. † eorum inſtrumenta hæc connumerat Vlpianus [g], licet corrupta ſint exemplaria, Centones, funes, pertícæ, ſcalæ, phormiones, ſpongiæ, hamæ, ſiphones, & acetum: hęc enim incendij extinguendi cauſa parãtur. Siphonis in hunc uſum & hamæ C. Plinius quadã ad Traianum epiſtola meminit, lib. X. itemq; Iuuenalis Satyra XIIII. Diſpoſitis prædiues hamis. & ſubdit: Dolia nudi non ardent Cynici. ut appareat de inſtrumento quod igniũ cauſa habetur loqui, licet interpretes hoc nõ perceperint. † Eſt autem Hama falcis uel ſarculi ſpecies: & ita ſolet Græcis accipi. ſed his in locis aliter uidetur dicendum: nam & eo nomine uaſculum ferreum ſignificatur Heſychio. eſt & fabrile inſtrumentũ, quod ab igne ϖυρᾶμα quoq; uocant, Suidæ.

a Corn. conſil. 45. in 4.
b Archid. c. in quibus. de cõſec. diſt. ij.
d l. pen. de uac. pub.
e In auth. de nupt. in prin.
f l. pen. §. pen. de iure im.
g l. quæſtii. de fund. inſtruct.

1 Differentia inter ferri, portari, agi.
2 Portari dicitur quod quis ſuis humeris fert.
3 Fabri qui dicantur.
4 Fabri nomen ex adiectione diſtinguitur.
5 Tigni appellatione omnis materia, unde domus cõficitur, continetur.
6 Faber tignarius eſt omnis qui ædificat, in lege XII. tab.
7 Faber in ſpecie, pro lignario ſiue materiario.
8 Vocabula à fabro deducta.
9 Collegia fabrûm.
10 Fabrorum uaria inſtrumenta.
11 Hama eſt falcis uel ſarculi ſpecies.

1 FERRI.) †Enarrat Iuriſcõſultus differentiam inter hæc uerba, ferri, portari, agi: ut ferri ſit proprio corpore baiulare: portari, ſecum cum iumẽto ducere. Quapropter aliqui prodiderũt, cùm lege municipali cauereẽ, ne quis triticũ extra territoriũ portaret, ſolũ de eo actũ uideri, qui cum iumẽto duceret: quibus tamen ipſe minimè aſſentior: cùm enim hoc cõſtituatur, ut uilior ſit annona ciuibus, ſiue iumento, ſiue per baiulos, ſiue quoquo alio modo quis deferat, par eſt ratio: nimis enim propria & ſubtilis eſt hæc Iuriſconſulti
2 noſtri interpretatio: † quandoquidem & portari dicitur, quod quis ſuis humeris fert, ut rectè Valla annotauit ex Terẽtij Horatijq; carminibus, quorũ alter, Mi, inquit, homo quid iſtuc obſecro? quò puerũ portas? Alter uerò, Ne fortè ſub ala Faſciculũ portes librorũ, ut ruſticus agnũ. Illud nõ diffiteor, qui guſtus cauſa annonã abſportarit, non uideri aduerſus eam legẽ feciſſe: quod à nobis Diſpunct. libro quarto annotatum eſt.
3 ¶ §. FABROS.) †Fabri dicuntur manu artificium aliquod facientes, eſtq; generale nomẽ:
4 † unde ex adiectione ſolet diſtingui, ut cũ dicimus, faber lignarius, faber murarius, faber
5 aurarius, & ſimilia. † Cæterũ quia in lege XII. tabul. [c] tigni appellatione omnis materia, un-

c l. tigni. ff. cod.

6 tuta ſunt, cùm quis ueneni mentionem facit,
3 explicare debet, an deiſtis intelligat: † uox enim hæc media eſt, & in bonã quoq; partem
4 accipi poteſt: † nam & medicamenta uenena dici poſſunt, quòd eo nomine omne cõtinea
tur, quod naturam eius, cui adhibitũ eſt, mutet. Vnde Vergilius:

Ille malũ uirus ſerpentibus addidit atris.

ut oſtenderet, eſſe quoq; aliquod uirus, q̃d malũ non ſit. Idem & Græci fecerunt, qui φάρμακον, id eſt, uenenũ, adiectione qualitatis diſtinguunt, ut Homerus in Odyſſeæ quarto:

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' οὐλά.

Mixta uenena quidem bona ſunt, ſunt plurima amara.

Et alibi φάρμακον οὐδοσφόνον dixit. Sic & Hieronymus in Ruffinum, φάρμακον θανάσιμον, id
5 eſt, letale. † Et his exẽplis ſatis cõſtat, eum qui uenenũ ſe dediſſe alicui fateatur, non tamen tanquam ueneficũ puniri poſſe, cùm de medicamento ſalubri intelligi poſsit: quod in non diſſimili caſu Alexander quoq; reſpondit. Nam & Vergilius, Nec Aſſyrio, inquit, fucatur lana ueneno, cùm de purpureæ conchæ ſpuma intelligeret, quæ omni nocumento caret. † Hodie tamen uulgaris conſuetudo admiſit, ut quoties ueneni mentionem facimus, de malo intelligamus: quæ uerò bona ſunt, ſimpliciter medicamenta appellemus. Quare in hominis illiterati ſermone, foreníbusq; hiſce ſcribliginibus, nõ putarem hanc Iuriſconſulti differentiam obſeruandam.

Conſil. 115. in iij.

¶ §. GLANDIS.) Interdixerat prætor, ne uis ei fieret, qui ex agro ſuo in alienũ agrum caducam glandem, tertio quoq; die legeret:
7 † quæſitum fuit à Priſco Iaboleno, quid glandis appellatione ueniret? reſponſumq; eſt, omnes fructus contineri, exemplo græci ſermonis, apud quos omnes arborũ ſpecies uocantur ἀκρόδρυα, nimirum ἀπὸ τῆς δρυὸς, id eſt, à quercu: unde eodem ſenſu & δρυπεπῆ omnes arborei fructus dicunt. † Diligẽtiſsimi tamen grammaticorũ aliter Acrodrya interpretantur: intelligi enim eo nomine ſolũ uolũt, quę lignoſi exterius fructus ſunt, ut nuces, caſtaneæ, piſtacia, mâlum punicum, & ſi qua ſimilia: ſicuti ὀπῶρα è conuerſo, quæ extrinſecus mollia ſunt, ut mâla omnia: ſed nobis Iuriſconſulti ſententia uidetur uerior. † Et cùm
9 ſemel atq; iterum latinas uoces exemplo græci ſermonis hoc in reſponſo declarari uideamus, argumentum ſumi poteſt, nobis quoq; licere uulgare noſtrum maternumq; idioma ſecundum literatũ ſermonem exponere: unde cùm uernacula lingua filiolos ſuos ſe inſti-

l. j. de gland. leg.

tuere teſtator dixiſſet, de nepotibus quoque, quorum pater iam deceſſerit, actum fuiſſe reſpondi. Illud tamen cum Alexandro ſentio, tametſi probetur in uulgari locutione cõmuni uſu aliter accipi legitimum filium quàm legitimatum, non tamen cõſequens eſſe, ut idem ſit in ſermone latino: quod ab his præſertim annotandum eſt, qui uulgari loquela iudiciales interrogationes conficiunt, ut Franci, & Sequani.

Alex. conſil. 2. col. vj. in j.

IDEM LIB. VI. LEX CCXXXVII.

PLebs eſt, cæteri ciues ſine ſenato

1 Populus Romanus trib. ordinibus conſtabat.
2 Plebs, equites, ſenatus.
3 Quæ ad ſenatum Romæ ſpectarint.
4 Centumuirales cauſæ quæ.
5 Centumuirale iudicium.
6 De iudicum decurijs.
7 Equitum cenſus qualis fuerit.
8 Senatorum cenſus.
9 Equitum & ſenatorum inſigne.
10 Teſtari quid, & teſtes & teſtamentum à teſtando dictum.
11 Teſtari pro iurare.
12 Deteſtari uerbum.
13 Pignus propriè quid ſit.
14 ἐνεχυράσαι & ἐνέχυρον apud Græcos quid.
15 Pignus & hypotheca an differant.
16 Hypotheca etiam de re mobili contrahitur.
17 Noxa ueteribus eſt, quod nocet.
18 Noxa exoluere.
19 Noxia de maleficio ipſo dicitur.
20 Noxium etiã ſubſtantiuè dici, contra Vallam et Beroaldũ.

μιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

¶ Glãdis appellatione omnis fructus cõtineẽ, ut Iabolenus ait, exẽplo græci ſermonis, apud q̃s omnes arborũ ſpecies appellantur ἀκρόδρυα.

PLEBS.) †Tribus ordinibus conſtabat populus Romanus, plebe, equite, & ſenatu: quamuis latiore ſignificatione, plebis appellatione, equites quoq; continerentur. †Plebs munera militiæ tributaq; ſubibat. Equites dicti, quòd ad eos equo militare pertineret. † Senatus curã reipub. gerebat. In eum diligebantur à Cenſoribus, qui ex familijs patritijs erant, uel qui magiſtratus aliquos geſſiſſent, uel bello donisq; militaribus maximè illuſtres. Iudicia quoq; aliquo tẽpore ad eos ſpectarunt, donec ad equites fuere translata, ex quibus Centũuiri delecti, ius reddebant. Oppreſſa uerò ab Imperatoribus republica, cùm eius curã principes tractarẽt, cœperunt rurſus ſenatores in controuerſijs grauioribus, & quibus libero arbitrio, nec legib. præſcripto opus eſſet, iudicare. Appellabant & à cæteris iudicibus, puta Centumuiris, decurijsq; iudicũ & prętore, cui ipſæ decuriæ aſſidebant. † Sunt autẽ Centumuirales cauſæ, in
4 quibus uſucapionũ, tutelarũ, gentilitatũ, agnationũ, alluuionũ, nexorũ mancipiorũ, parietum, fluminum, ſtillicidiorũ, teſtamentorũ iura uerſantur, ut lib. de Orat. I. Tullius ſcribit. † Hinc Centumuirale iudiciũ: quod dein
5 de quadruplex appellari cœpit, cũ aucto numero, centũ & octuaginta iudices ſederent,

& in quatuor partes diuiſi eſſent. †Iudicum uerò decuriæ in foro conſidebant, & in Prætoris erãt conſilio: ex his ſortiebatur Prætor, qui in publicis iudicijs cognoſcerent, quiq; ipſo prætore preſidente, ſententias tabellares ferrẽt. Aſſediſſe ſe Prætori, datumq; etiã in cauſa pecuniaria iudicem, A. Gellius teſtatur. Igitur ab his iudicib. prouocatio ad Senatum erat. Cœperunt & ſenatores à plebe ex cenſu diſcerni. †Equitis cẽſus erant quadringẽta ſeſtertia, quæ pecunia eſt decem ferè millium aureorum noſtratium.

†Senatores duplicem eam ſummam poſſidebant, deinde etiam triplicem tempore Auguſti, ut Tranq. eſt autor. †Equitum inſigne erat aureus anulus, ſenatorij ordinis lunati calcei, & latus clauus: unde & Tribunus Laticlauius in iure, id eſt, ſenatorius.

¶ §. DETESTATVM.) †Teſtari eſt ſententiã noſtrã exponere: unde teſtes dicti, quòd ea quæ de rei geſtæ ueritate ſentiunt, id iudicium proferãt. Hinc & teſtamentũ. † Cæterũ quoniam ut maior fides adhiberetur, etiã per numen aliquod affirmatio inducebatur, factũ eſt ut teſtari pro iurare acciperemus, & precari. †Vnde & deteſtor, idẽ eſt q̃d deprecor & abominor: & hæc uſitatior eſt ſignificatio. In iure tamen deteſtari, eſt cũ teſtatione denũciare, hoc eſt, ſentẽtiæ ſuę aliquẽ per denũciationẽ admonere, q̃d & pteſtari dicim⁹.

¶ §. PIGNVS.) †Pignus propriè eſſe id, cuius poſſeſsio traditur creditori, & præſertim rei mobilis, iuriſcõſultus approbat, argumẽto etymi, tanquam à pugno dictũ ſit: quod & Vlpianus tradidit, & à Tribuniano in Inſtitutionibus relatũ eſt: †cui ſententiæ etiam Grẽcũ exemplum ſuccurrit: πύγμη enim à ſecuritatis captione ipſi appellant, & πύγμον pignus prætoriũ. †Marcellus tamen pignus & hypothecã ſólo nominis ſono differre exiſtimauit, cuius ſententiæ Valla acceſsit: nã cõſtat ueteres ſcriptores de re quoq; immobili pignus dixiſſe, ut Terẽ. Ager oppoſitus eſt pignori, ob decem minas. quo modo etiam iuriſconſulti frequenter accipiunt, etiã ſi nulla traditio interuenerit. †Ego arbitror hypothecam etiam de re mobili contrahi, eſt enim græca uox ἀπὸ τῆς ὑποθήκης, quod eſt obligationi ſupponere. Vnde & receptũ eſt, ſi quis ꝓmiſerit decem modios frumẽti ſuper tali fundo, uideri huiuſmodi uerbis contractam eſſe hypothecã: quid enim aliud eſt fundum ſupponere obligationi? Quòd ſi decem modij de tali fundo promiſsi ſint, aliud eſt· ſola enim perſonalis obligatio inde naſcitur.

¶ §. NOXAE.) †Noxã dixere antiqui id quod nocet: quapropter culpa, pœna, detrimentũ, noxa eſt. †Vnde & lib. XXXIII. T. Liuius, noxæ exoluere, id eſt, à pœna capitalis fraudis liberare, accepit. Seruus quoq;, qui cõtra legem Aquiliã alicui damnũ dedit, noxa eſt. †At noxia ſolũmodo de maleficio ipſo dicitur, nec tam generali ſignificatione accipitur, ſicut noxa. Cicero lib. III. de Legib. Noxiæ pœna par eſto, ut in ſuo uitio quiſq; plectatur, uis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia. M. Manilius: Quin etiam infelix uirtus & noxia felix. Plaut. in Bacchid. Sat ſit, ſuſpectus ſum, cùm careo noxia. Quo ſenſu & in Moſtellaria & in Pſeudolo uſus eſt. Terentius quoq; in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiã. Sed & in Eunucho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxã eos adſcripſiſſe quiſquã dixerit, cũ ratio carminis non conſentiret. †Quæ adducere uoluí, ut palàm fieret, quàm iniquo iure Iuſtinianũ in elegantijs ſuis inſectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dum adiectiuè tantũ dici noxiam opinantur, contra ueterum autoritatem. Sanè de noxa à nobis ſuprà quoq; diſputatum eſt.

¶ Noxæ appellatione, omne delictum continetur.

IDEM LIB. V. AD LEG. XII. TAB.

LEX CCXXXVIII.

DVobus negatiuis uerbis, quaſi permittit lex magis, quàm prohibuit, idq; etiam Seruius animaduertit.

1 Duæ negationes affirmant.
2 Quando id non procedat. & num. 3. 4.
5 Interdum tres negationes non plus efficiunt quàm duæ.
6 Quædam uerba ſui natura prohibitiua ſunt, quibus ſi negatio addatur, non tamen abſolutè permittunt.

DVOBVS.) † Duæ negationes affirmati uam inducunt, ut etiam Grammatici fatentur: cuius rei illam rationem affert Auguſtinus, quòd negatiuę natura ſit, ut quicquid inueniat, deſtruat: unde ſi conſentiua præcedat, eam in negationẽ redigit, & contrà. †Id tamen perpetuũ non eſt: quid enim ſi ad maiorem emphaſim iterũ negetur? ut in euangelio: Sit ſermo ueſter, eſt, eſt: non, non. Nam & Seruius inficiatorias duas quãdoq; mentem ſcriptoris augere ait. Quid item, ſi negationi addita ſit dictio, quidẽ: ut in hoc exẽplo, Rectè dictũ eſt non obligari, nec fideiuſſorem quidẽ. Sic & M. Cicero ad Lentulũ: Neq; errarent, nec aduerſarij quidẽ. † Quod & receptũ eſt, quoties ea dictio tacitè intelligitur: unde cũ idẽ ſit nemo, q̃d nec homo quidem, ſi dicamus, nemine nihil faciente, locus publicus damnum infert, recta eſt locutio, & duæ negatiuæ pro una accipiunt. Sic & M. Varro de uita patrũ lib. III. Qua abſtinẽtia uiri mulieresq; Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere, perinde eſt atque dixiſſet, munera eorum noluerũt accipere,

l. ſi Rufinus. C. de teſtam. mil.

l. res hypo. ſ. de pign.

l. non ſolum. §. ſi rẽ. de uſucap.

Bart. l. fundus. de ann. leg.

l. ſi. rem. §. i. de pign. act.

cipere, nec homo quidẽ. Sunt qui per duodecimũ modum ſolœciſmi id accipiãt: fit enim ex geminatione abnuendi: ut cùm dicimus, Nihil nunq; peccaui, pro unq;. †Sed & quoties altera negatio pro uniuerſali ponitur, & particulares ſequũtur, negatiuæ naturam ſuam ſeruant: ut, Nullas à te accepi literas, nec breues, nec prolixas. Verũ potius id eſſe ego arbitror ex ui dictionis Nec, quæ uerbi repetitionẽ inducit: unde & certum eſt cùm duobus uerbis aut poſitis, aut intellectis duæ negationes addunt, conſentiuam non intelligi: ut, Nec me amas, nec Titium: ſubauditur enim, amas. † Qua ratione etiam quãdoq; fit, ut tres negationes non plus efficiant quàm duæ: ut cùm lex dicit, in fugitiuo locum non habere nec uſucapionẽ, nec præſcriptionẽ[a]: de qua re uidendus eſt Valla elegant. III. libro. † Cæterùm & quædam uerba ſunt natura quidem ſui prohibitiua, quibus ſi negatio addatur, non tamen abſolutè permittunt, licet hoc magis inferant, q̃ negent: de quibus loqui Iuriſconſultũ noſtrũ ergo arbitror. exẽpli cauſa, ſi prætor dicat: Quò minus ſcorta proſtent, nõ ueto: nõ enim prætor partes ſuas interponit, ut quicq; iuris concedat, ſed non prohibet. Sunt etiã alia uerba prohibitionis, tacitã quandam uim habentia, quę idem poſſunt, addita uel non addita negatione: ut uereor, timeo, caueo: ſi enim dixero, uereor ne adoptio impediatur[b], idem eſt ac ſi dixiſſem, ne nõ impediat. Et hæc quidẽ pro reſpõſi huius interpretatione ſatis ſint, cætera diffuſius extricanda grammaticis relinquamus.

[a] l. j. C. de ſer. fug.

[b] l. nõ ſolùm. §. ſed uideamus. de rit. nupt.

1 Pupillus diminutiuum à pupo.
2 Pupillus ex etymo eſt, in patris poteſtate reſidens.
5 Pupillus: turiſcõſultis dicitur, qui patris poteſtatẽ egreſſus eſt.
4 Modi egrediendi poteſtatem patriam.
5 Emancipandi modus ueteribus uſurpatus.
6 Capti in bello iure gentium fiebant capientium.
7 Serui à ſeruando dicti.
8.9.10 Non licet boſtem, poſtquam captus eſt, occidere.
11 Incola quis propriè dicatur.
12 Mens manendi aliquo in loco unde colligatur.
13 Domiciliũ pluribus in locis eodem tempore habere poſſumus.
14 Quod domicilium attendatur & præualeat.
15 Incolam Græci πάροικον dicunt.
16 Accola quis.
17 In patria agrum domumq; habens, ſi eis retentis aliò tranſmigret, incolaq; fiat, nihilominus antiquius domiciliũ retinet.
18 Muneris publici definitio.
19 Quatuor modis utilitas publica conſideratur.
20 Emendatus tex. in uerb. extraodinarium.
21.23 Aduena & incola quomodo differant.
22 Aduenam Græci ἐπήλυτον dicunt.
24 Conuenæ qui ſint.
25 Populi uox incolas continet, non aduenas.
26 Decuriones ſunt cuiuſq; ciuitatis magiſtratus.
27 Decurionum nominis origo.
28 Magiſtratuum municipalium uaria munera.
29 Aedilium munus.
30 Archeiotæ.
31 Xenoparochi, nicoſtrategi, & ſimiles.
32 Duumuirorum munus.
33 Quartumuiri, ſextumuiri.
34 Decemuiri ſtlitibus iudicandis.
35 Auguſtales.
36 Decurionũ cenſus uarius erat.
37 Decuriones in caſtris unde nomẽ habeãt.
38 Turma ex XXXII. equitibus conſtat.
39 Etymus urbis.
40 Intra mœnia olim nõ licebat ſepulchra conſtituere.
41 Euocare ſacra iuriſconſultis quid.
42 Muri urbium ſancti.
43 Iure Canonũ non appellantur urbes, niſi quibus cõſtituti ſunt epiſcopi.
44 Oppidum quid.
45 Oppidi etymus. & num. 46.
47 Oppidi generaliſſima acceptio.
48 Oppidò aduerbium.
49 Territorium & diſtrictus explicantur.
50 Comitatus quid.
51 Diœceſis quid.
52 Si caſtrũ ſit à principe de omnimoda ciuitatis iuriſdictione exemptum, an eiuſdem territorij dicatur.
53 Princeps donando alicui caſtrum, an territorium quoq; & iuriſdictionem donaſſe cenſeatur.
54 Princeps territorium concedens, an proprietates conceſſiſſe uideatur.
55 Territoriũ ad iuriſdictionem refertur.
56 Si exercitus ultra fines proceſſit, & aliquis ibi deliquerit, an prætor eius populi talem puniet.
57 Rem certam ſuam aſſerens, de tota re ſenſiſſe dicitur.
58 Quod cõmune eſt, propriè meũ dici non poteſt: nec quod de re, quæ propria alicuius ſit, à lege cõſtitutum eſt, in ea locum ſibi uendicat, quæ partim quoq; aliena ſit.
59 Quando id non procedat.
60 Cùm è duobus teſtibus alter dixit fundum à Titio poſſideri, alter negauit, concordiæ cauſa dicendum, de parte alterum, alterum de toto intellexiſſe.

cùm impubes eſt, de ſijt in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione.

POMP. LIB. SING. ENCHIRIDII.

PLEX CCXXXIX.

VPillus eſt, qui

PVPILLVS.) †Pupillus diminutiua uox eſt à pupo, quæ dictio puerũ ſignificat, quẽ Catullus poẽta etiã pupulũ dixit: †unde ex etymo, qui in patris poteſtate eſt, pupillus dici poterit[c]. Seruus quoq; impubes, hoc nomine appellabit[d]. & hęc huius uerbi latiſsima eſt ſignificatio: † Iuriſcõſultorũ eñ frequentior uſus aliter accipit, eũ ſcilicet impuberẽ, qui in patris poteſtate eſſe deſijt, aut morte, aut emãcipatiõe. morte, ut quia pater uerè fato exceſſerit, uel in exiliũ miſſus ſit: cuius rei rationẽ hanc Caius Inſtit. lib. I. refert, quia nõ poteſt ciuẽ Romanũ in poteſtate habere, homo peregrinæ cõditionis effectus: unde exiliũ hoc caſu idẽ poteſt, q̃d naturalis mors poſſet. † Emancipatione, ut ꝙa pater eũ ſui iuris eſſe uoluit, miſitq; manu. Eſt eñ emancipatio, è manu traditio, introducta à lege ueteri, per quãdam uenditionis ſimilitudinẽ: quia præter naturalẽ patrẽ, alius adhibebat, qui fiduciarius nominabat. Hic certo patri unũ aut duos numos, quaſi in ſimilitudinẽ precij numerabat, quo accepto, pater illũ mancipabat, manuq; tradebat, idq; ter coram præſide uel curia fiebat, adhibitis quinq; ciuibus Romanis, & Libripende, qui ſtaterã tenebat, itemq; alio qui Anteſtatus uocabat: eũ ſic emptũ, fiduciarius deinde manumittebat. Quapropter iure anti

[c] l. fin. de uerb. oblig.

[d] l. quam tub. de pecul.

quo manumissio in emãcipatione propriè in
seruieniebat: quæ omnia diffusius à Caio, eo
quem citauimus loco, referuntur: hodie au-
tem huiusmodi solennitates sublatæ sunt.

6 ¶ §. SERVORVM.) † Iure gentium introduc-
tũ est, ut capti in bello efficiantur ca
pientiũ: cęterũ quo niam multi hostili odio in captiuos de sæuiebãt, eosq; tru cidabant, Romani Imperatores id p hibuerunt, iusse rũtq; uendi, nõ au-
7 tem occîdi: † unde
8 seruî dicti sunt, qua si seruarẽt. † Hinc q; apparet non licere nobis hostem no-
strum, postquàm captus est, interfi-
9 cere. † Quod intel-
ligunt Doctores esse obseruandũ, cùm intra præsidia nostra iam deductus est: antè uerò
a l. in laqueum. de acqui. rer. dom. quàm deductus sit, occîdi iure poterit, cum multa interim possent accidere[a]: quid enim
10 si fugam capesseret: uel cum hostibus rursus congregaretur: † Sed nobis uidetur in ipsa acie solum id licere, id q; aduersus eos qui dedere se nolunt. Nam dedititium homi-
nem occidere, crudelissimum est, nec boni Imperatores hoc patiuntur: ab ea quippe hu-
manitate abhorret, quam naturaliter homo homini debet. His illud quoq; cõsentaneum est, ut si lege municipali exules pro hosti-
bus publicis habeãtur, impune q; occîdi pos-
sint, eum qui captus iam à familia ad quæsto-
rem rerum capitalium ducatur, occîdi impu-
ne non posse: cùm enim captiuus iam sit, de-
bet seruari, non occîdi, alioquin haud difficul
ter reperirentur, qui eum obtruncarent, ne de cõscijs interrogari posset, uel ut maturius ig-
nominiæ pœnæq; eximeretur.

11 ¶ §. INCOLA.) † Incola propriè est, qui cùm aduena esset, in aliquam ciuitatem ea mente habitatũ uenit, ut ibi perpetuò sit, summãq;
12 rerum suarũ habeat. † ea mens ex uarijs con-
iecturis sumitur: qui enim uenditis, quas alibi possidebat, rebus suis, in aliam urbem
b l. prædia. §. i. de fun. instru. cum familia demigrauit[b], uerisimile est sedẽ in ea suam constituere uelle. Qui item diu-
tius, puta decennio, in aliena patria habita-
c l. ij. C. de incol. lib. 10. uit[c], credibile est ibi perseueraturum, nec aliò iturum. Ex protestatione quoq; animus de-
claratur: unde qui statim ubi habitare urbem cœpit, uelle se in ea domicilium constituere
d Abb. c. fin. de paroch. affirmat, absq; mora incolatũ acquirit[d]. Idem & in eo habitatore responsum est, qui priuile
gium impetrauit, quo ius ciuitatis petebat[e].
13 † Qua ratione etiã efficitur, ut domiciliũ plu-
e Dec. cõs. 283. ribus in locis eodem tempore habere ualea-
f l. assumptio. §. iuris. ad mun. mus, si modò de animo nostro appareat. Nã & [f] reges ipsi ut plurimum qualibet in urbe

sibi subdita domicilium habent, licet aliquod
sit principalius, † potissimumq; illud attendi 14
tur cui origo etiam accedit. Quòd si res, de
qua agitur, in domicilio frequentiori sit, illud
præualebit[g]: duplex enim causa fortius alli- g Dec. d. cons.
gat. Nec quicq; re-
sed etiam qui in ali- fert in oppido ali-
cuius oppidi finib⁹ quo quis domicili-
ita agrum[a] habent, um constituat, an
10 ut in eum se, quasi in in eius finibus ui-
aliquam sedem reci- cóue, cũ uicus per-
piãt. ¶ Munus pub- inde ac pars ciuita-
licũ est officiũ priua tis sit[h]. † Incolam 15
ti hominis, ex quo Græci πάροικον ap-
cõmodum ad singu pellãt: unde quod h l. qui ex uico. ad mun.
los uniuersosq; ci- in Psalmo CIIII.
ues rẽq; eorũ, impe- dicitur, γῆ δὲ οὐκ ἔσται αὐτοῖς ἀκλήμῳ βραχεῖς ὀλι-
rio magistratus ex- γοσὸς καὶ πάροικος ἐν
20 tra ordinẽ perucnit. αὐτῇ, Hieronymus
sic transtulit: Cùm
essent numero breui, pauciss imi & in
colæ eius. Quem locũ Accursius quoq; ad-
ducit, & accolam legit, sed malè: † est enim ac- 16
cola, non qui aliquo in loco domicilium con
stituit, sed qui prope aliquem locum simpli-
citer habitat. Et propriè iuxta flumina sunt
accolæ: unde Corn. Nepos accola Padi Pli-
nio dicitur. Sed & Verg. VII. Amnisq; ua-
dosi Accola Vulturni. Non tamẽ negauerim
parœcum Græcis quandoq; simpliciter pro
aduena dici, quem illi & παροίκιον uocant
& οἰκοῦντα, de quo infrà uidebimus.

a ¶ Agrum.) † Hinc argumentũ sumi po- 17
test, eum qui in patria sua agrum domumq;
habeat, si eis retentis aliò se transferat, inco-
laq; fiat, nihilominus domicilium quoq; anti
quius retinere, uideriq; eum nouũ aliud do-
40 micilium acquisiuisse, non autem uetus perdi
disse: & ita ex facto responsum scio.

¶ §. MVNVS.) Superius uisum fuit inter cæ-
teras muneris significationes, munera quo-
que personalia contineri: † quapropter hîc 18
traditur, quemadmodum eo sensu definien-
dum sit. Et est, inquit Iurisconsultus, officium
priuati hominis: quoniam solùm priuati ho-
mines ad huiusmodi officia deliguntur. Prin-
cipes enim ea subiri mandant, nõ autem ipsi
50 exequuntur. Subijcit: Ex quo cõmodum ad
singulos uniuersosq; ciues, remq; eorum,
scilicet publicam, peruenit. Quæ uerba eam,
quæ propriè utilitas publica est, compræn-
dunt. † Nam quatuor modis ea consideratur. 19
Prima, cùm in uniuersum & particulariter
commodum affertur: quod in sacerdotibus,
magistratibusq; consistit[i]. Secunda, quæ in i l. j. §. huius. l. iusti. & tit.
uniuersum conducit, non autem singulis: ut k l. penul. C. de primip. libr. xij.
quoties de locupletando fisco agitur[k]. Atqui
60 optimus Imp. Traianus dicere solebat, Fiscũ
esse ueluti lienem, quòd sicut eo excrescen-
te, artus reliqui contabescerent, ita ex priua-
torum detrimento locupletaretur fiscus. Ter-
tia est utilitas, quæ priuata propriè est, licet

ex

ex ea consequatur etiam publica: ut cùm di-
cimus, publicè interesse dotes mulieribus cõ
a l. j. solut. mat. seruari[a], liberisq; hominibus ciuitatem reple
ri: id enim quod cõsequit, in uniuersum pro-
dest. Quarta est, quoties id, quod consequi-
tur, singulis pro-
dest, nec in uniuer-
sum quemlibet par
ticulariter iuuat: ut
cùm generaliter di
cimus, Reipublicę
interesse, ne quis
b §. penul. Inst. de his qui sunt sui. re sua abutatur[b].
Quæ omnia diffu-
sius à rectioribus
explicata cernere
20 est[c]. † Quod sub di-
c d. l. j. tur, imperio magistratus extraordinariũ, pu-
to extraordinario, uel extra ordinẽ legendũ:
ut compelli municipes ad subeunda munera 20
dicantur, non iure actionis, sed officio iudi-
d l. cum filius. si cer. pet. cis: id enim remedium est extraordinarium[d]:
quam interpretationẽ etiam Accursius pro-
bat. Sanè quemadmodum distinguantur mu
nera, à nobis suprà tractatum est.

21 ¶ §. ADVENA.) † Inter aduenã & incolam
hoc interest, quòd incola fixit sedẽ, domici-
22 liumq; constituit: aduena non constituit, † &
ideo eum Græci ἐπίσημον appellant, quasi sine
lare aut domicilio. unde qui cum eo contra- 30
hit, in loco contractus agere non potest: quia
uidetur tanquã cum recessuro contraxisse: do
23 micilium igitur adire debet[e]. † Dicitur autem
e l. hæres. §. ij. de iudi. aduena, quasi aliunde aduenies: quapropter
à Græcis πεσύλυτος quoq; dicitur: tametsi
ea uoce in Actis apostolorum Lucas eos in-
tellexerit, qui diuersæ sectæ nati, in ius Mo-
saicæ legis recepti essent. Appellant & ἄοικος
Græci elegãti epitheto Scythas, quòd domi-
bus sint nullis: uectantur enim super curru, 40
24 nullis certis sedibus. † Sunt & conuenæ col-
f Zelin. c. Rodul phus. de re- script. lectitij habitatores, sic dicti, quòd plures ex
diuersis regionibus in unum locum conue-
nerint. Strabo συγκλύδας uocat: unde & Con
25 uenarum urbs in Aquitanis. † Sanè receptũ
est appellatione populi, eius urbis incolas cõ
tineri, aduenas non contineri[f].

26 ¶ §. DECVRIONES.) † Vnicuiq; ciuitati
secundum mores suos, sui magistratus sunt,
qui Decuriones dicuntur, consilij publici gra 50
27 tia primùm introducti. † Emanauit autem
nominis origo à colonijs populi Romani, in
quibus qui eas deducebant Triumuiri, deci-
g l. fin. de mun. mũ quenq; consilij causa adscribebãt: ex his
28 magistratus municipales eligebãtur[g]. † Quo-
29 rum uaria fuere munera[h], † & in primis Aedi-
h l. & ideo. de compens. les, qui rem frumentariã, ponderaq; & men-
suras curabant, ἀγορανόμους plerique uocant, Iu-
risconsultus Arcadius etiam episcopos. [i] † E- 60
30 rant Archeiotæ, qui publico archiuo præe-
i d. l. fin. rant. In scholijs Græcis traditum est, aulam lo
cum esse, in quem fontes ducerentur, eum à
31 iunioribus αἰχεῖον appellari[k]. † Erant & Xeno
k d. l. fin. parochi, quos uox indicat præbendis hospi-

tijs præfuisse. Nicostrategi, qui pro uictoria
Ducum excubarent, denunciarentq; quid in
hostico gereretur: sic enim etymus indicat.
Mastigophori, id est flagellifer i, qui athletas
(seu athlothetas mauis) in certaminib. comi-
tarentur. Telespho
filij publici gratia ri uectigalium exa
conscribi solita sit. ctores, uel mãcipũ
¶ Vrbs ab urbo ap- præfecti, unde Te-
pellata est: urbare est lesphoria munus ip
aratro diffinire. Et sum. Sitocomę, De
Varus ait, urbũ ap- caproti, Prositatæ,
pellari curuaturã a- Logographi, de q-
ratri, q̃d in urbe con bus à me alibi di-
sputatum est. Et hi
magistratus Græ-
corũ erant †. In La- 32
tinis municipijs Duumuiri, primi in albo de-
scribebantur: hi carceribus præerant, publi-
ca locabant, fascibus utebantur, quod libro
Dispunctionum III. à nobis annotatum est.
† Ad hæc Quartumuiri, qui appellationũ cau 33
sas audiebãt, in antiquis monumentis sic an-
notantur, IIIIVIR. A P. Sextumuiri & ipsi de
his, quæ ad Rempublicã pertinebãt, solebãt
cognoscere[l]. † Erant & XVIRI STL. IVD. id 34
est, Decẽuiri stlitibus iudicandis, quorum & l l. ij. §. deinde. de orig. lib.
Spartianus in Hadriano meminit. Et hunc
magistratum gesisse C. Cæcilium Plinij, ex
duobus uetustissimis monumentis quæ Me-
diolani cõspiciuntur, cõstat. † Fuere & Augu 35
stales, quos eligi à Decurionibus solere aliàs
retuli, diuersus magistratus ab Alexandrino m l. si quos. C. de decu. lib. x.
præfecto[m], qui Augustalis & ipse dicebatur.
† Decurionũ cẽsus ita ut lege municipali pre-
cipiebat, uarius erat. Plinius libro Epist. pri- 36
mo, Comi fuisse centũ milliũ tradit: quæ sum-
ma est nostratis pecuniæ aureorũ duorũ mil-
lium & quingentorũ. Solebant autẽ cùm in
ordinẽ reciperentur, binos denarios, uel hu-
iusmodi certã quantitatẽ, singulis collegis di
stribuere: sed & quoties aliqua statua ædicu-
lâue dedicaretur, aliquid eo nomine recipie-
bãt[n]: ea pecunia Sportula quoq; appellat. Et n l. spurij. de de cur.
ideo iure cautũ est, minores XXV. annis De-
curiones factos, sportulas accipere posse, li-
cet suffragiũ ferre nequeant. Et hæc quidẽ de
municipalibus satis sint. † In castris quoq; e- 37
rant Decuriones, sic dicti, quòd denis equiti-
bus præessent, ut Festus scribit. licet Fronto
præfuisse eos turmæ dicat. † Cõstat turma ex 38
duobus & XXX. equitibus. Erant & in Pala
tina militia: unde apud Tranquillum traditur
Saturiũ cubicularioru decurionem fuisse: sed
de his nihil ad præsentẽ materiã. Quomodo
autẽ Coloniæ deducerentur, suprà uidimus.
¶ §. VRBS.) † Vrbs ab urbando dicta est: ur- 39
bare autem est aratro diffinire. Solebãt enim
antiqui, iunctis bobus, tauro, & uacca, Hetru
sco ritu, in condendis urbibus, aratro sulcum
facere, intra quem oppidum munie bant, ædi
ficabãtq; id religionis causa, & auspicatò fie-
bat, quo eius loci penates & genios magis
propitios haberent: † unde intra eum circuitũ 40

non

a l.mortuorum. C.de relig.

non licebat ſepulchra conſtituere[a], quòd huiuſmodi feralibus contaminari ſanctum municipiorum ius, polluíq; urbis Genius uidebatur. † Nam & cùm hoſtes urbem expugnarent, in primis eos omnes euocabant Deos, ut non offenderentur, & expugnatores ſacrilegij nomine exoluerent: q̃d Iuriſconſulti euocare ſacra appellant[b]. Id autem cõceptis quibuſdam uerbis fiebat, quæ ſe apud Serenũ Sammonicum legiſſe Macrobius refert. † Eadẽ ratione & muri urbium ſancti appellantur[c]: unde & iure ciuili ſine Principis uel præſidis autoritate in eis aliquid cõmitti nõ poteſt[d]: & ideo eo iure nulli populo licitũ eſt urbem conſtituere, niſi ex principis autoritate: q̃d in his gentibus nõ procedit, quæ liberæ ſunt, & uacantia occupant: illæ enim iure gentiũ reguntur[e], quo iure Romani Imperatores non præcellunt. † In Pontificijs aũt, recentioribusq; Canonibus, nõ uidentur urbes appellari[f], niſi quibus epiſcopus datus eſt: in antiquis enim decretis, maioribus tantũmodo urbibus epiſcopi conſtituti fuere[g]. Sed tamẽ hodie quamplurimæ in Germanis, Sarmatisq; urbes ſunt, quibus ſpecialiter nullus ſacrificulus antiſtes præeſt: hæ enim nationes, nõ pauca ex iure gentium adhuc retinent, licet in ſacris Chriſtiani ſint, noſtramq; rem armis à Turcarũ impetu egregiè, quantum in eis eſt, tueantur.

b l.ſacra. de rerum diuiſ.

c l.ſanctum. eo. tit.

d Doct. l. j. §. ſi ue. de ope. noui nunc.

e l.ex hoc. de iuſtit. & iur.

f Bald. d.l. ex hoc.

g c. j. de priuil.

dẽda adhiberi ſolet. ¶ Oppidum ab ope dicitẽ, quòd eius rei cauſa mœnia ſunt conſtituta. ¶ Territorium eſt uniuerſitas agrorum, intra fines cuiuſque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiũt, q̃d magiſtratus eius loci, intra eos fines terrendi, id eſt, ſubmouendi ius habẽt. ¶ Verbum, ſuũ, ambiguum eſt, utrũ de toto, aut de parte ſignificet: & ideo qui iurat ſuum nõ eſſe, adijcere debet, neq; ſibi commune eſſe.

PAVL. LIB. VI. IMPERIALIVM SENT. IN COGNI. PROLATARVM.

LEX CCXL.

¶ §. OPPIDVM.) † Oppidum uidetur mihi id eſſe, quod tanq̃ propugnaculum aduerſus hoſtes conſtructum eſt, & mœnibus uallatũ: † id enim etymologia arguit, cùm dicatur ab ope, id eſt, auxilio, quòd eius cauſa factũ ſit: unde ut plurimũ cõdebantur oppida, ut etiã natura loci tuta eſſent. Verg. ſecundo Geor. Adde tot egregias urbes, operumq; laborẽ, Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Sic & Titus Liuius lib. XLIII. prohibitum Lacedæmoniorũ tyranno tradit, ne quod oppidum in ſuo, alienó ue agro conderet, quòd uidelicet nollent Romani habere eum, quò poſſet ſe recipere, & armis tueri. Sic & C. Cæſar cõmentariorũ quinto: Oppidum, inquit, Britanni uocãt, cùm ſyluas impeditas uallo, atq; foſſa munierunt, quò incurſionis hoſtiũ uitandæ cauſa cõuenire cõſueuerunt. † Sunt tamen qui oppidum dictũ exiſtiment, quòd eò priuati opes ſuas cõferant. ſed quod Pomponius hìc ait, uerius eſt: † quapropter ſiue urbs ſit, ſiue caſtrum, emporium, conciliabulum, pagus, uicus, præfectura, burgũ, metrocomia, dum mœnibus cingantur, & ab incurſu hoſtium tuta ſint, putauerim dici propriè oppida, idq; cum cæteris noſtratibus interpretibus. Laurentius enim Valla, quiq; eum ſecuti ſunt Grammatici, oppidum omnẽ urbem dici exiſtimauerunt, præter Romã, quæ peculiari nomine urbs uocari cœpta, fecit ut cæteræ urbes, oppida uocarentur. † Eſt & oppidò aduerbiũ, pro ualde, tractumq; id eſt à conſuetudine agricolarum, qui cùm interrogarentur, quantũ meſsium collecturi eſſent, reſpondebant, oppidò: quaſi & ſibi, & oppido ſuffecturas dicerent.

¶ §. TERRITORIVM.) Quatuor ſunt nomina eiuſdẽ intellectus, territorium, comitatus, diſtrictus, diœceſis. eorum ſignificatio ex diffinitione hìc poſita intelligitur: † & ſicut territoriũ à terrendo, ita diſtrictus à diſtringẽdo, & in uincula trahendo nomen à recentioribus ſumpſiſſe uideri poteſt: tametſi ſint, qui latius patère diſtrictum putent[h], ut hoc nomine ſignificetẽ, quicquid ultra territoriũ ſuum ex alieno ditioni ſuæ ciues addunt, uel uirtute bellica partũ, uel quaqua alia ratione, quod & crebrius receptũ uidetur[i]: qua in re uix eſt, ut ego diſputare uelim, qui ſciam, uocem hanc apud antiquorum neminẽ reperiri. † Comitatus propriè de imperatoria aula dicitur: ſed quia tempore Caroli Magni, regnantibusq; Berengarijs, & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebaẽ, cœpit territoriũ, quoniam illi Comes præerat, Comitatus dici. Otho tamen Phriſingenſis in Aenobarbi hiſtoria, à cõminando comitatum dici exiſtimat, eadem ratione qua & à terrendo territorium. † Diœceſis græca uox eſt, qua adminiſtratio ſignificatur: in iure noſtro pro prouincia aſſumitur[k]: unde Aegyptiaca diœceſis. Sed in patrum decretis, ſolet ad epiſcoporũ munus deflecti: nõ enim in primitiua eccleſia epiſcopi iudicia exercebãt, ſed ſacra adminiſtrabãt, curabãtq; meritò διοίκησις, id eſt, procuratio diſtributioq; in eis propriè locum ſibi uendicabat. Sicut ergo territoriũ dicitur, quatenus iudex ius terrendi habet: ſic diœceſis dicitur, quatenus epiſcopus ius adminiſtrandi ſacra habet. Accidítq; in limitaneis uicis, ut non eiuſdem ſit diœceſeos caſtrum, cuius eſt territorij. † Sed finge aliquod caſtrum à principe fuiſſe de omnimoda ciuitatis iuriſdictione exemptum, an eiuſdem territorij uel comitatus dicetur? Et uerius eſt non eſſe: cùm enim urbis prætor, uel comes, ius terrendi eo in loco nõ habeat, non uideẽ de territorio uel comitatu amplius eſſe. Quapropter ſi conſtitutũ ſit, ut eius caſtri legib. deficientib. ius cõmune Romanorũ obſeruetẽ, cõſtitutiones ciuitatis, cui antè ſubijciebatur, nõ obſeruabimus. Quòd ſi exemptum non eſſet, minimè procederet, cùm ius cõmune Romanorũ mandet, caſtra quæ in territorio ſunt, urbis ſuę legib. coërceri: idq; & Pontano uiſum eſt[l]. Idẽq; arbitror, ſi nõ omnino ab urbe ſeparatũ ſit, ut quia aliquo caſu illi ſubijciat: adiuuaẽ eã origine inſpecta, territorijq; nomen ſeruat, q̃d ex facto Bal. reſpõdit[m]. † Finge rurſus principẽ caſtrũ alicui

h Clem. Paſtoralis. de reiud.

i Aret. conſ. 77.

k l.j.C. de priuil. carc.

l Roma. conſil. 218. Socin. 8. m Bald. conſil. 183. in 3.

alicui ſimpliciter donaſſe, an territoriũ quoque & iuriſdictionem donaſſe cenſebitur? Et ſi iam exemptũ à iuriſdictione urbis erat, uerius eſt uideri donatum: pleniſsimã enim huiuſmodi munificentia interpretationem recipit[a]. Quòd ſi ſeparatũ nõ erat, haudquaquã de iure ciuitatis ueriſimile eſt uoluiſſe principem quicquam diminuere[b]. † Quid item ſi territorium conceſſerit, an & proprietates palatiaq; conceſsiſſe ui debitur? Et Oldra. non uideri reſpondit: † Territorium enim ad iuriſdictionem refertur, non ad eas poſſeſsiões, quæ dominij principalis ſunt: idq; & cæteri probant[c].

a Bart. l. ſi quando. C. de bon. nac.

b Bart. l. j. C. de exc. mun. libro x.

c Alber. hic.

† Sed quid, ſi exercitus alicuius populi extra fines proceſsit, & aliquis ibi deliquerit, an prætor eius populi eum puniet? Et reſponſum extat, ab eo puniri poſſe[d]: iure enim gentium, eius ſoli, quod quis bello captum poſsideret, habet dominium, iuriſq; dictio quæritur, ut meritò territorium ſuum dici poſsit, à terrendo, id eſt ſubmouendo: ſolebant enim magiſtratus populi Rom. in ſummæ poteſtatis ſignũ, lictores habere cum faſcibus, quib. mandabaẽ, ut turbam ſummouerent, unde & ſummouere pro terrẽdi iure accipi cœptũ eſt.

d Bard. hic.

¶ §. VERBVM ſuum.) † Qui fundũ, Stichũ, domum, huiuſmodiq; certam rem nominat, ſuamq; eſſe affirmat, de tota re, integraq; ſpecie locutus intelligitur. † Qua ratione, quod cõmune eſt[e], propriè meũ dici nõ poteſt: nec quod de re, quę propria alicuius ſit, à lege cõſtitutũ eſt, in ea locum ſibi uendicat, quæ partim quoq; aliena ſit. Id tamen perpetuum nõ eſt: † Nam in indiuiduis, ſi plures ſint inſolidum domini, res illa cuiuslibet, etiam propriè, eſſe exiſtimabitur[f]. Vnde communis libertus, eorum ratione quæ ad patroni honorem ſalutemq; pertinent[g], pro proprio habebitur: is enim honos inſolidũ debetur[h]. In legatis quoq;, quoniã uoluntas potiſsimũ locũ obtinet, idẽ dicemus. Vnde qui legat Stichũ, qui ſuus erit cùm morietur, etiã legaſſe eum intelligetur[i]: ſi non ſuus, ſed communis erit, eaq; pars debebitur, quæ ad eum ſpectat: nec enim dubium eſt, quin illa propriè ſit ſua. Cæterùm & cùm Iudex pronunciat fundũ Titij non eſſe, intelligetur id pronunciaſſe, ut neq; illi cõmunis ſit. Cùm enim in iudicio de ueritate totius ſummæ agatur, cenſeẽ iudex etiam de qualibet eius parte pronũciaſſe[k]: alioquin facilè eſſet rem iudicatam eludere. Idem & in interrogationibus dicendũ eſt[l]: qui enim interrogat an fundus ſit ſuus, non ſolùm de toto, ſed & de qualibet parte interrogaſſe cenſebitur. Et ideo ſi illi reſpondeatur, ſuũ non eſſe, perinde erit, atq; ſi neq; ſibi communem dixiſſet. Quid ergo ſi iurauerit ſuum non eſſe, & deinde probetur cõmunem eſſe, an punietur tanquam periurus? Et uideretur non eſſe exiſtimandum periurum: ut enim crimẽ illud euitetẽ, ex humanitate receptũ eſt[m], etiam abuſiuã uerborum interpretationem admittendam. † Vnde cùm è duob. teſtibus alter affirmaſſet fundũ à Titio poſsideri, alter uerò negaſſet, concordię cauſa reſponſum fuit[n], de parte alterũ, alterum de toto intelligendum. Meritò igitur Iuriſconſultus ambiguum eſſe hunc caſum aſſerit: & ideo debent iudices eum, qui iurauit ſuum non eſſe, compellere ut explicet, ſit ne ſibi cõmunis, ne periuriũ obtegere uerborũ inuolucro poſsit: quãuis uerior ſententia ſit, etiam ſi nihil explicet, cenſeri periurum[o].

e c. fin. eod. tit. in 6.

f l. illud. de ritu nupt.

g l.j. §. domini. ad Syll.

h l. cõmunis. de iu. ius uoc.

i l. ſerui. §. j. de leg. j.

k l. ſi quis cum totum. de exec. rei iud.

l l. qui ſeruũ. in fin. de int. act.

m c. cum tu. de teſti.

n Dyn. Bal. l. ij. de cond. inſti.

o Doct. l. j. §. ſi ſtipu. de uerb. oblig.

1 *Dubitandi cauſa in hac lege.*
2 *Verbum, ſoluto matrimonio dotem reddi, etiã caſum mortis continet.*
3 *Ablatiui abſoluti natura eſt, ut conditionem inducat.*
4 *Et quomodo id accipiendum.* *& num. 5. 6. 7. 8.*
9 *Bartolus an eas cõditiones, quæ ab ablatiuis abſolutis inducuntur, rectè expreſſas appellet.*
10 *Participia in Dus terminata, nullo modo ad conditionem attinent, ſed id ſignificant, quod fieri oportet.*

CVM QVERERETVR.) Cùm quis ſtipulatus eſſet ſoluto matrimonio dotem ſibi reddi, fuere qui crederent, conditionẽ ſtipulationis eo ſolùm caſu euenire, quo per diuortiũ ſolueretur, nõ etiam ſi morte alterius: † quorum ſententiã ea ratio adiuuabat, quòd cùm matrimoniũ conſenſu contrahatur, propriè contrario conſenſu diſſolui uidetur. Qui autẽ moritur, nõ exiſtimaẽ diſſentire, unde & uiduæ iuris interpretatione in pleriſq; habentur, ac ſi in priore matrimonio adhuc eſſent. † Sed Imp. Titus etiã caſum mortis contineri exiſtimauit: quãobrẽ & quoties cõſtante matrimonio dos petitẽ, ut ſi maritus facultatibus labaẽ, locũ eſſe ſtipulationi uideretẽ, cùm nullo caſu dotẽ remanere apud maritũ pronũciauerit[p]. Sed hoc cõmuniter non admittitẽ, cùm ſolutum non ſit, & beneficiũ repetitionis mulieri ipſi lex cõcedat, nõ autẽ extraneo. Interpretantur autẽ Doctores ea uerba, ſoluto matrimonio, id eſt, cùm matrimonium ſolutum erit: † indeq; colligunt, ablatiui abſoluti naturam eam eſſe, ut conditionẽ inducat. † In quo articulo ſciendum eſt, ablatiuos quandoq; in

p Gl. l. ſi cõſtante. ſol. matr.

uim ſeptimi caſus, ut Diomedes, Seruiuſq; docuerunt, enunciari: tuncq; dubium nõ eſt ad conditionem non referri. Inducitur autem huius caſus uis ſimpliciter in nominibus: ut cùm dicimus, te autore didici, arbitratu Seij ædificaui, ſaluo cõſenſu domini alienaui, & ſi qua ſimilia. † Quãdoq; per participium proferuntur, & tunc naturam adiũcti participij debemus inſpicere, præteriti, an futuri ſit temporis. Quod præſentis temporis eſt, cõditionem non inducit: ut ſi dixerim, rato manente pacto, pœna ſoluatur: item, filio præcedente, patri permittitur quemlibet in locum nepotis adoptare: hîc enim nõ uidetur ſubeſſe conditio. Quod tamen nõ procedit, cùm participium ipſum licet præſentis temporis, futuros tamen caſus reſpicit: ut ſi conſtitutũ ſit, ſtantibus maſculis fœminas à ſucceſsione excludi: illa enim uerba, ſtantibus maſculis, quoniam ab eo prolata cenſentur [a], qui ius de ea re ſtatuendi habet, & conditionem inducunt, & diſpoſitionẽ: quia nõ ſolùm fœminas ſub cõditione excludũt, ſed ipſos maſculos admittũt.

a Bart. l.ij. §. fi. ad Tertull.

6 †Cùm participiũ præteriti eſt tẽporis, obſcurior eſt quæſtio: quoniã ex adiectione uerbi, poteſt ad omnia tẽpora referri, ut ſuprà à nobis ex P. Nigidij ſententia traditũ eſt [b]. unde hæc uerba, ſoluto matrimonio, generaliter accipi ex materia ſubiecta poterũt: ſiue retrò ſolutum ſit, ſiue in futurũ ſoluetur, reſpectu futuri conditio eſt, non autem reſpectu præſentis præteriti'ue. Nam & cùm ſermo Latinus præſens à paſſiuo uerbo participiũ nullũ habeat, ſoliti ſunt ueteres in eum ſenſum præterito uti, ut apud Verg. Vimq; addere uictis, id eſt, qui uincebant. Et in Geor. Quàm quibus in patriam uentoſa per æquora uectis: id eſt, qui uehuntur. Sic & in edicto prætoris [c], dum in eum, qui rate naue expugnata, quid rapuiſſe dicet, actio cõceditur: illa uerba, naue expugnata, exponuntur, id eſt, dum expugnatur, & præſens quoq; tempus reſpiciunt.

b In l.uerbum erit. ſ. eod.

c l.ij. §. deinde. de incend.

7 †Sumunt & quandoq; huiuſmodi participia fere in uim nominis, ut cùm dicimus, uelo leuato iudicauit, reſeruato domini conſenſu alienauit, penũ excepto uino legauit: quo caſu dubium non eſt, diſpoſitionẽ inferri, non conditionem: idemq; iuris eſt, quod de ui ſeptimi caſus ſuprà docui. † Cùm futuri temporis participium eſt, tempus potius, quàm conditio inducitur, ut in illo Lucani: Venturo Cæſare Romam, Ignauæ liquere manus: id eſt, cum eſſet uenturus. † Vnde quamuis Bartolus [d] eas conditiones, quæ ab ablatiuis abſolutis inducuntur, expreſſas appellet, mihi tamen uidetur huiuſmodi ablatiuos principalius ad tempus, quàm ad conditionem referri. Nam & illud in confeſſo eſt, magis diſpoſitioni eos accedere, quàm cõditio expreſſa faciat [e]. † Illud etiam conſtat, quę in Dus participia terminantur, nullo modo ad conditionẽ, neq; expreſſam, neq; tacitam attinere, ſed id ſignificare, quod fieri oportet: ut in exemplo Iuſtiniani poſteriorib. ſecundo relinquendis: & rurſus, liberis inſtituẽdis, uel exhæredandis.

d In l.j. vij. q. de cond. & demonſt.

e Iaſ. in rub. ſol. matr.

IN rutis & cæſis ea ſunt, quę terra nõ tenẽtur, queq; opere ſtructili, tectorió ue non cõtinentur.

1 Q. Mutij liber ὥρων.
2 ὥρα apud Græcos quid ſignificet.
3 Domuũ uenditores ſolebãt ruta & cæſa excipere, ne empta cenſerentur.
4 Quæ dicantur ruta & cæſa.
5 Opus ſtructile quid.
6 Tectorium quid.
7 Ruta cæſa, an inteſtina opera contineant.
8 Quid de ſtatuis & imaginibus.

IN RVTIS.) † Scripſit Q. Mutius ſingularem librum, quem inſcripſit ὡρῶν, id eſt, horarum, uel etiã annalium: ſiquidem ὧραι apud Lucianum hoc ſenſu accipiuntur. † Potuit & titulus operis fuiſſe περὶ ὥρων, per o breue: ſic enim Ariſtoteles in Topicis diffinitionẽ, ſiue ut M. Cicero, notationem uocat: nam & certa de aliqua re ſententia ὥρα dici poteſt: & hæc ſecũda lectio mihi magis placeret, niſi in antiquis codicibus huius reſpõſi lemma, per o magnum ſcriberetur, nimirũ hoc modo: Q. Mutius libro ſingulari ὡρῶν: unde ab ea ſcriptura temerè recedendum non eſt. Igitur in eo libro Mutius explicuit, quænã ruta eſſent & cæſa, († ſolebant enim domuũ uenditores ea excipere, ne empta cenſerentur) † & uidebatur quæcunq; eruta uel cæſa ſint ſignificari: id enim uoces illæ denotant. Sed Mutius [f] non contineri ea, quæ terræ fixa ſunt, exiſtimauit: ſed & ſi qua opere ſtructili, uel tectorio concluſa ſunt, idem eſſe [g]. † Dicitur opus ſtructile, quod ex lapide quadrato, aut laterculis calceq; cõſtructũ eſt: eaq; propriè pars ædificij eſt, unde & auferri non poteſt. † Tectorium uerò incruſtatio eſt, ſiue expolitio parietũ, pluribus inductis ex arenato corijs, totidemq; ex marmorato: quam rem M. Vitruuius lib. VII. copioſe explicat. Dureſcebat autem ea ſpecies in cruſtas, adeò ut ſpeculorum modo imagines redderet, poſſetq; in abacorum quoq; uſum eximi: quæ tametſi uera eſſent, nõ tamẽ ea eximere uenditori licet, cum hîc diffinitũ ſit, rutorũ cæſorumq; appellatione nõ cõprændi. † Sed an inteſtina opera cõprændant, ut ſcamna, ſedes, fulcra, abaci, armaria, ſcrinia, idq; genus ſimilia? Et cõtineri quibuſdam uidet. Cùm enim ex materia arboribus cæſa conſtent, ſatis uidentur ex ui uerbi ſignificari. † Quid de ſtatuis & imaginibus, quales maiorũ ſuorũ antiqui in atrijs & ueſtibulis conſeruabant, ſicut Philoſophorũ, doctrinaq; inſignium hominũ in bibliothecis, cæterorũ in hortis uel horreis? Et M. Cicero II. de Oratore, rutis cæſisq; attribuere uidetur: quapropter uendita domo, emptorem non ſequerentur [h]. Quod tamen aliter ab antiquio-

f l.fundi. §. ſitus. de act. emp.

g l. ſicuti. ſi ſer. uend.

h l. Celſus. §. illud. ad exhib.

antiquioribus obſeruatũ fuiſſe, Plin. eſt autor: is lib. XXXV. In foribus, inquit, & circa limina animorũ ingentiũ imagines erant, affixis hoſtiũ ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiã dñis mutatis, domus ornamẽta erãt. Sed hæc olim fuere. Mutij enim ſententia dein de recepta eſt, ut ruta cæſaq; ædium fundiue eſſe nõ cẽſeãtur [a], niſi id ſcriptũ ſit. Sanè harũ dictionũ M. Cic. in Topicis quoq; meminit: Solẽt, inquit, liberales uenditores, ut cũ ædes fundúmve vẽdiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè & ſuo loco poſitum uideatur. Explicauit hunc locum Budæus quoq;.

a l. in vẽdendo. de cõtra. em.

IABOL. LIB. II. EX POSTERIOR. LAB.

LEX CCXLII.

MAlum nauis eſſe partẽ, artemonẽ autẽ non eſſe, Labeo ait: & verius eſt, quia plerũque naues ſine malo invtiles eſſent, ideoq; pars nauis habetur: artemõ autem magis additamentũ, quàm pars nauis eſt.

1, 4, 5 Artemon quid.
2 Verbum, ἀρτάω, ſignificat aſſuere & ſuſpendere.
3 ἄρτημα.
6 Artemon in qua ſignificatione Iabolenus hîc accipiat.
7 Artemon non eſt nauis pars.
8 Recentiores hallucinati in hoc reſponſo.
9 Vendens lembulum, an & remos debeat.
10 Naui inſtructa legata, artemon debetur: ſecus in ſcapha.
11 Proiectum & immiſſum quomodo differant.
12 Meniana quæ ſint, undeq; dicta.
13 Suggrundia quid.
14 γάυλος & ναυάγιον. (tur.
15 Nõ modica iuris eſt diuerſitas, immiſſũ quid, an proiectũ dica
16 Nec in alienas, nec in cõmunes ædes immiſſũ proiectumue ha
17 Veteres plumbo domos tegebant. (bere licet.
18 Diuerſa lectio ad §. plumbum. in hac l.
19 Vera lectio huius §. & verbũ, hypæthrij, declaratũ. & nu. 21.
20 Hypæthria, & ſubdiuales ambulationes, idem.
21 Hypæthrij tegmenta non ſunt ædificij.
22 Reſtitutus locus in l. quæſitum. §. de velis. ff. de fund. inſtr.
23 Vidua, quaſi ſine duitate, ſecundum Labeonem.
24 Vidua dicitur etiam quæ nunquam fuit nupta.
25 Labeonis etymos reprobatur.
26 Viduus pro priuato.
27 Vidua à verbo iduare dicta, quod ſeparare ſignificat.
28 Vidua dicitur, quæ à viro ſeparata eſt.
29 Vidua an ſit, quæ ſtuprum patitur poſt mortem viri.
30 Vidua dicitur, quæ invtilem maritum nacta eſt.
31 Qua ratione erga viduas ſolent leges eſſe indulgentiores.
32 Structuræ ex tabulis exemptiles, an ſint ædium.
33 Telaria vel vitraria, vendita domo debentur.
34 Specularia vendita domo non debentur.
35, 36 Specularia quomodo conficiebantur.
37 Habens in domo vicini ius proſpiciendi, an ſpecularia immittere poſſit, vnde ipſe vicinum videat.

1 MALVM.) † Artemon velũ eſt addititiũ, dirigẽdæ nauis cauſa, cuius Iulius Pollux meminit, & in actibus Apoſt. Lucas: ἐπικρωτῶντες τὴν ἀρτέμωνα τῇ ναυσὶν, id eſt, extollentes 2 artemonẽ ad auræ flatũ †. Deducitur à græco verbo ἀρτάω, quod ſuſpẽdere ſignificat, & aſ-3 ſuere †: unde & ἄρτημα in etymologico magno pro loro paruo accipitur, cui crumena aſſuitur †. Eſt & hac ſimilitudine artemon trochlea, quã Græci ἐπάγωνα vocãt: ea ingentis oneris lapides tolluntur: cùm emẽ cæterę huiuſmodi machinæ duas tãtũmodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος appellatur, etiam tertiã requirit, quæ additia eſt, & ideo artemõ epagonq; dicitur, ut Vitruuius ſcribit. † Eſt & Artemõ machinarij fabri nomẽ, qui è paupere dives factus, voluptariã vitã agere cœpit, ut apud Athenæũ legi: unde πολυφόρβιος, id eſt, circũlatitius, puerbio quoq; dictus: de quo alij aliter, pdiderũt. † Sed hoc in laboleni reſponſo de velo illo extraordinario accipiendũ eſt: quod etiam Iſidorus, ut tempora ſua ferebant, non prorſus malus autor, dirigendæ potius nauis cauſa, q; celeritatis commẽdari lib. XIX. tradidit †. Igitur id velum tanquã addititiũ, nõ eſſe nauis partem hîc traditur: nam & pleræq; naues illud nõ habent, & tamen nõ ideo inutiles ſunt †. 8

4 5 6 7

30 At ex recentioribus plerisq;, quid artemõ eſſet ignorãtes, temonẽ expoſuerũt, quod ſic vulgari voce nauis gubernaculũ voceẽ: hincq; variè ſe torſerunt, dum rationem nullã vidẽt, cur illud pars nauis non ſit, cùm alibi expreſſim traditũ legerint, gubernacula, malũ, antennas, quaſi membra nauis eſſe [b]. Hinc autẽ apparet, vendita vel legata naui, quid præſtãdum ſit †. Sed quid ſi quis vendat tibi lembũ, an & remos debeat? Et deberi videẽ, niſi 9 40 ex conſuetudine aliáue ratione aliud actum cõſtet †. Quid ſi nauim inſtructam quis legauerit, an artemon præſtabitur? Et licet pars nauis nõ ſit [c], tamen non eſt dubitandũ, quin 10 eius inſtrumentũ ſit. Quod in ſcapha contrà reſponſum eſt: ſcapha enim nauis inſtrumentum non eſt. Sanè ſciendum eſt, nauim ex vniuerſo quodam conſtare, & ideo ſingulis tabulis euictis, non videri partem euictam [d].

b l. ſcapham. de cuict.

c l. fin. de fund. inſtruct.

d l. Naue. de cuict.

¶ §. INTER PROIECTVM.) † Interpretaẽ 11 50 Priſcus Iabolenus quid inter proiectũ & immiſſum differat: aitq; immiſſum id eſſe, q̃d ita immittereẽ, vt in alieno requieſceret, vnde & ſeruitus tigni immittẽdi nomẽ ſumpſit. Proiectũ aũt eſt, q̃d prouectũ extra parietem vel ædificiũ, nuſquã cõquieſcit: qualia ſunt meniana, & ſuggrũdia [e]. † Meniana græci orthas 12 appellãt, nomẽ ſumpſere, vt Accurſ. ait, à mœnibus, cui tamẽ doctiſſimi grãmaticorũ meritò aduerſanẽ, ex hiſtoriáq; etymologiã hãc adducũt. Fuiſſe enim Meniũ quendã Romanum, qui cùm patrimoniũ abliguriuiſſet, domum vendidit, quã ad forũ ſpectantẽ reliquã habebat, excepitq; ſibi vnã columnã, ex qua proiecit tigna, quò amplius podiũ efficeret,

e l. penul. C. de ædi. priu.

vnde gladiatorios ludos conſpiceret: hincq; exterius porrecta ædificia appellari cœpere meniana†. Suggrundia verò ſunt, quas ſuggrundas quoq; vulgò dicimus, prominẽtes videlicet tecti partes†: Græci γείσα vocant, & ὑπογείσα. Varro de re ruſt. Aues, inqt, ſubtus ſuggrũdas ab initio villatico vſæ tecto. Sed & edicto prætoris cauebatur, ne quis in ſuggrunda proiectoue id poſitũ haberet[a], quod alicui nocere poſſet. Extat etiã rubrica, de dãno infecto, & ſuggrundis, & proiectionibus†. Sanè nõ modica iuris eſt diuerſitas, immiſſum quid, an proiectũ dicatur. Nã immiſſum meo parieti, de facto mihi deiicere licet: at ſupra ædes meas proiectũ, nõ licet, ſed lege Aquilia agendũ eſt[b]. Quapropter cũ quis ex heliocamino pticas, qb. toralia, lintea, vela, idq; genus texta ſoli exiccãda ſuſtinerent, ſupra vicini domũ proiectas haberet, reſpõdi non licere propria autoritate deiicere, ſed legis actionem ſupereſſe†. Nõ ſolùm autem in ædes alienas immiſſum proiectúmve habere non licet, ſed nec in ædes cõmunes, niſi iure ſeruitutis, vel alia ratione id debeatur[c].

¶§. PLVMBVM.†) Solebãt veteres, q̃d in preſentia penitus nõ exoleuit, domos plũbo tegere, eóq; tegularũ loco vti, id Labeo ędificij eſſe aiebat: vnde domo vendita, & ipſum emptori accedebat. nec hac in re quicq̃ ambigitur: ſed q̃d ſubſequit̃, perq̃ obſcurum eſt: Accurſ. ingenuè faſſus eſt, ſe hunc locũ nõ percipere†. Sunt qui legãt, id q̃d in ripa tegẽdi cauſa ponereť, cõtrà eſſe: vt cenſuerit Labeo, id plũbum, q̃d flumine advectũ in ripa adhuc eſt, tametſi ea mẽte paterfam. apportari fecerit, vt domum cõtegeret, non tamen ædificij eſſe. Quod quidẽ iure verũ eſt, cũ cõſtet deſtitiſſe nationẽ rei[d], pro ipſo facto nõ haberi, niſi cũ aut opus iã cœptũ, factóq; ipſi proximũ eſt[e], aut in id res eſt deſtinata, q̃d prius fuit: vt cũ tegulas, plũbúmve quis detraxit, vt reponeret: ędificij em̃ cẽſebuntur, cũ alioquin tegulæ nondum impoſitę, ędificij ipſius nõ ſint†. Cæterũ hæc interpretatio antiquorum codi cũ lectioni nõ congruit, in quib. apertiſſimè legit̃, id quod hypæthrij tegẽdi cauſa ponerẽt, cõtrà eſſe†. Moris fuit apud veteres, media ſpacia quæ inter porticus ſunt adornare, ambulationéſq; eas pulcherrimis pauimẽtis ſternere, & hypæthria, q̃ ſub aperto æthere ſint, appellare: vt Vitruuius lib. v. oſtẽdit. Latinis etiã ſub diuales ambulationes dicũtur, vt Pli. lib. XVIII. & ſubdialia pauimẽta lib. XXXVI. Fieri hypæthria etiã ante tẽplorũ veſtibula cõſueuiſſe, autor eſt Zenodotus in adagiis, q̃ Bacchi ſtatuã, quẽ Morychũ Sicyonij dicũt, ἐξω τοῦ νεὼ collocatã fuiſſe ſcribit, ἀγάλ τοῦ

a l. ſi verò. §. prætor. de his qui deie.

b l. quemadmodum. §. j. ad legem Aquil.

c l. ſi duo. §. Labeo. vti poſſ.

immitterẽtur. ¶Plũbũ autẽ quod pro tegulis ponereť, ędificij eſſe, ait Labeo: ſed id q̃d hypethrij tegẽdi cauſa ponereť, cõtrà eſſe. ¶Viduã nõ ſolùm cam, quæ aliquãdo nupta fuiſſet, ſed eam quoq; mulierem, quæ virũ nõ habuiſſet, appellari ait Labeo: qa vidua ſic dicta ẽ, quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſſet, ſimiliter viduã eſſe dictã, ſine duitate.

ἐξοδὸν ϕ' ὑπαίθρῳ, id eſt, extra tẽplum, iuxta ingreſſus in hypæthro†. Igitur hyemali tẽpore, ne propter gelu vel niues ea pauimẽta corrũperentur, plumbo fortè vel quapiam alia materia tegebãtur, quæ æſtate demum tollebatur: meritò id nõ eſſe ædificij Labeo ſenſit, cum ad ſtructurã non ptineat, & ꝓpetuí vſus cauſe non apponereť. Æſtate quoq; in hypæthriis ſolis ardores, expanſis velis defendebant†: ea vela Sabinus & Caſſius[f] ſupellectili adſcribunt (licet vulgati codices pro hypæthriis, partim in petris, partim apothecis ſcriptum habeant) vnde ædificij non magis eſſe, quàm ſupellectilem conſtat.

¶§. VIDVAM†.) Viduã eſſe quaſi ſine duitate, Antiſtius Labeo dixit: q̃niã particula, ue, priuatiua q̃nque eſt, vt in veſano, vecordéq; diximus†. quapropter etiã quæ nunq̃ nupta fuit, vidua rectè appellabit̃, cõpeténtq; ei cætera priuilegia, quę viduis cõceſſa ſũt[g]. † Sed hanc ego Labeonis interpretationẽ vix ſcio quantũ approbem, nõ quòd A. Gellij exemplo mouear, q & ipſe quaſdã eius ſimiles deriuationes quãdoq; cõfurauit, ſed quòd quacũq; autoritate potiores apud me ſunt rationes. Quomodo em̃ viduã à ve, & duitate dictam credamus, quæ dictio prima in ſyllaba corripit̃, cùm ſi Labeonis vera eſſet ſentẽtia, produci debuiſſet: ſicut & vecors, veſanúſq; ꝓducunt̃. Quomodo itẽ ab etymologia vocabuli affirmatiuè argumẽtabimur, vt quia ſine duitate puella ſit, vidua dicat̃, cũ huiuſmodi argumẽtũ nõ cõſiſtere frequẽtius receptũ ſit? Sed & non parũ me legis Iuliæ[h] exẽplum mouet, quę viduam à virgine ſeparat, licet in vtráq; ſtuprũ cõmittat̃. Hieronymus quoq; ad Fabiolã†: Vidua, inquit, eſt cuius maritus mortuus eſt†. Nam & antiqui autores viduũ ſimpliciter ꝓ priuato accipiũt, vnde viduus pharetra Apollo apud Horat. Elegãtior igit̃ ſubtiliórq; Labeonis mihi videť ſententia, q̃ verior, vt meritò nõ niſi ex lata ſignificatione ſuſtineri eã pleriq; reſpõderint[i]: †quãdoquidẽ & ſciẽtiſſimi grãmaticorũ ab antiquo verbo iduare, viduã dictã putãt, q̃d ſeparare ſignificat: vnde & Diuidere verbũ, & Idus dicti Macrobio†. Sit igit̃ vidua, quę à viro ſeparata eſt: cui ſententiæ & cæteri antiqui cõmuniſq; omniũ vſus aſſentire videnť. Addunt[l] aliqui ita demũ ꝓprię dici viduã, ſi à viro, cui ſupſtes exiſtit mulier, facta ſit: quod ego nõ ꝓbo, cũ nuptias nõ cõcubitus, ſed cõſenſus faciat†. Sed q̃d ſi mortui virí honorẽ nõ procuret, ſtuprumq; patiat̃? Et nõ eſſe viduã qui buſdã videť: quod ꝓ interpretationẽ admitti crediderim[m]: ꝓpter em̃ ſuum dedecus, eis priuilegiis indigna eſt, quibus pudicæ viduę

honeſtan-

d l. fundi. §. itẽ. l. ſeq. de acti. empt.

e l. librorum. §. præſcripti. de leg. iij.

f l. quæſitum. §. de velis. de fun. inſtru.

g Bartol. l. j. C. quando imp. int. pupill.

h §. itẽ lex ind. de pub. iud.

i 34. diſtin. vidua.

k In c. extenore. de for. com peten.

l Maria. d. c.

m §. quæ verò. in authent. de nupt.

30 honeſtanť. † Cęterũ quę inutilẽ maritũ nacta
31 eſt, eadẽ interpretatiõe uidua cẽſebit̃[a]. † Sed
a Gl. l. fin. C. de plag. qua ratione moueri legislatores exiſtimabimus, ut erga uiduas indulgẽtiores ſint? Et credibile eſt ſexus imbecillitati miſeritum fuiſſe, qui per alios regit̃, ut plurimum inſidos, & domínicarũ rerũ negligẽtes. In lege põtificia illud quoq; conſiderari uidet̃, ut prędmijs uiduitatis adductæ, nõ facilè ad ſecundas nuptias relaberentur, quas ea lex nõ ſatis approbat, ſed in cœlibe lecto caſtæ eſſent: q̃d quò difficilius his eſt, quæ illicium Veneris expertę ſunt, eò & cõmendatione dignius: ſiquidem, ut græco prouerbio admonemur, ἀνὴρ οὐδὲν πρὸς παλαιὸν, quamuis hęc rara auis, ut uulgò dicitur.

¶§. STRVCTVRAM.) Fiũt plerũq; ſtructuræ ex tabulis exemptiles: † unde dubitari potuit, an illę ædiũ ſint, ita ut domo uendita debeant̃. & eſſe Labeo ſcripſit: cũ enim perpetuò in hũc uſum paratæ fuerint, tametſi quãdoq; tollant̃, remanẽt tamẽ ædiũ[b], ſicut & cætera quæ ædificio detrahunt̃, ut rurſus reponant̃, ædiũ permanẽt. † Quo argumento arbi-
33 trarer etiã telaria, uel uitraria, quibus in feneſtris utimur, licet exemptilia ſint, tamẽ uendita domo deberi: in perpetuũ enim uſum parata ſunt, nec alij præterea feneſtræ ſolent cõuenire, niſi ei cui obturandæ ſpecialiter effecta ſunt. quod nõ eſt in cæteris operibus, quæ rurſus cęſorũq; appellatione recipiunt̃. † In ſpe-
34 cularib. uerò, licet eundẽ uſum prędtẽt[c], aliud Pegaſo & Caſsio uiſum eſt: cùm enim precio ſiora ſint, in ornamento ædiũ magis, q̃ in inſtrumẽto habenť. † cõficiebanť aũt ex ſpeculari lapide in tenuiſſimas cruſtas ſecto, & pellucido, cuius mẽtio paſsim apud bonos autores habeť. Qua ratione & domus uſufructu legato, ſpecularia nõ deberent̃, quoniã in inſtrumẽto nõ ſunt. Sed tamẽ V. Pian[d] ſentẽtia
36 receptior eſt, qui ſpecularia affixa domus partem eſſe cenſuit[e], ſicut & pegmata. † Fuere ex recentioribus doctoribus. quidã[f], ſpecularia exiſtimãtes eſſe, tabulas clatris cancellis ue ſpiſſioribus diſtinctas, quæ feneſtris opponunt̃, ne uirgines à prætereuntibus conſpici poſſint, uulgus Zelozias uocat. Sed hæc ſententia ex Martialis carmine confutatur:

Hybernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.

37 † Sed nũquid qui in uicini domũ ex feneſtra iure ſeruitutis ꝓſpectũ habet, ſpecularia immittere poſsit, unde ipſe uicinũ, minimè illi contrà perſpicuus, uideat? Et nõ poſſe quidã aſſerebant[g]: duriorẽ enim uicini cõditionem fieri, cùm mutuus proſpectus ceu à Plutonis caſside, uel Gygis anulo adimeretur, contrà alijs uiſum: cuilibet enim in ſuo id facere permittendũ[h], q̃d ſibi conducere exiſtimauerit.

b l. fundi. in fin. de acti. empt.

c l. quæſitum. §. itaq. de fund. inſtr.

d l. ſed & ſi. de uſufruct.

e d. l. quæſitum. §. ſpecularia.

f Cepoll. in tra. de ſer.

g l. j. §. illud. de æqua quot.

h l. Proculus. de dam. infect.

1 Applicata hypotheſis ad text.
2 In inſtrumẽtis quæ ab ultimo tractu perfectionẽ accipiũt, eodem tempore cenſentur acta omnia.
3 Codicilli teſtamenti iam facti pars eſſe uidentur.
4 Codicilli ad teſtamenti ſenſum interpretatione ne producendi, & econtrà.
5 Exemplis hæc regula declaratur. & num. 6.

tinere, quòd interim tollerentur.

SCAEVOL. LIB. XVIII. DIGESTORVM. LEX CCXLIII.

SCæuola reſpond. Sẽper receptũ eſt ut libertorũ appellatione etiã hi cõtineri

10

SCAEVOLA.) † Aſsignauerat paterfamil. in teſtamẽto libertos ſuos uni ex filijs[i], deinde poſteriore ſcriptura Titiũ ſeruũ ſuũ liberũ eſſe iuſſerat: dubitari potuit, an is quoq; aſsignatus eſſet, cũ de eo intellexiſſe nõ uideat̃ teſtator, qui cum aſsignatio ſcripta eſt, adhuc libertus nõ erat. Sed Scæuolæ aliud uiſum eſt: non enim hoc in caſu ordo ſcripturæ uideť diuerſitatẽ iuris inducere, † cũ in inſtrumentis quæ ab ultimo tractu perfectionẽ accipiũt[k], eodẽ tempore cenſeant̃ acta omnia, idcircoq; parum referat poſteriore, an priore loco libertas data ſit. Sed quid ſi nõ teſtamento, ſed codicillis poſt aliquod tempus factis, libertas Titio relicta ſit? Et idẽ eſſe arbitror: nec cẽm Scæuola hîc diſtinguit, qualis fuerit poſterior ſcriptura[l]: nã & q̃d codicillis ſcriptũ eſt, perinde eſt, ac ſi teſtamẽto adnotatũ eſſet, † quoniã codicilli teſtamenti iam facti pars eſſe uidenť. Alibiq; traditũ eſt[m], † & codicillos ad teſtamẽti ſenſum interpretatione producẽdos, & uice uerſa teſtamentũ ad codicillorũ ſententiã[n]: † unde & cõditio in teſtamẽto legato addita, ex mente teſtatoris repetita in codicillis etiã trãslato legato cenſeť[o]: quod & Decio uiſum eſt[p]. † Sic & ſubſtitutio fideicõmiſſaria in prioríb. tabulis facta, ex his declarationẽ ſumit[q], quæ poſteriorib. codicillorũ tabulis ſcripta ſunt, id q̃ niſi uerba euidentiſsimè repugnẽt, uel cõtraria uolũtas defuncti, ut hîc dicit̃, poſsit oſtendi. Sed quid ſi uerba quidẽ omnino nõ repugnent, ſed quædã alioquin ſuperfluãt, quædã diuerſa ſuadeãt? Et Cornæus reſpõdit[r], tum quoq; codicillos ſecundũ teſtamẽti uerba intelligẽdos eſſe, & ideo ex uniuerſali ſubſtitutiõe in codicillis facta, nõ uideri particulares correctas, quę teſtamẽto ſcriptæ ꝓponerent̃.

i l. j. de aſsig. lib.

k l. j. §. prius. de uulg.

l l. talis. in fi. de lega. j.

m l. ij. §. codicillorum. de ture codicill.

n l. Neſennius. de exc. tut.

o l. Caio: de ali. leg.

p Deci. conſil. 190.

q l. fi. ad Treb.

r Corn. conſil. 44. in 3.

1 Labeo à Paulo reprehenſus ratione mulctæ & pœnæ.
2 Mulcta & pœna, inſpecta uocabuli origine, non differũt.
3 Paulus ſecundum temporũ ſuorum conſuetudinẽ loquendi mulctam accipit.
4 A pœna nõ prouocari, à mulcta prouocari, quomodo accipiendum. & num. 5.
6 Manifeſtus uſurarius etſi appellare ꝓhibetur, ſi tamẽ aſſerat ſe tãtũ fœnoris nõ extorſiſſe, &c. ꝓuocatiõi locus eſt.
7 Pœnã quilibet iudex delicti cognitionem habens, inferre poteſt: mulctã uerò non, niſi cui à lege, uel mandatis principum conceditur.
8 Pœnæ ſingulorum peccatorũ ſunt certæ, mulcta uerò incerta eſt, & ex arbitrio iudicis dependet.

9 *Si certa pecunia à lege constituta speciali alicui delicto sit, ea*
propriè mulcta dicetur.
10 *Res exemplo declaratur.*
11 *Mulctæ etiam hodie incertæ sunt, licet statutum sit, quatenus*
mulctam dicere magistratus possint.
12 *Athenienses mulctas in ara*
Δυὸς σωτῆρ@ dedicabãt.

SI QVA pœna.) †Scripserat Antistius Labeo, pœnã & mulctã idẽ esse: sed Paul. falsum id existimat, & præter cæteras, tres differentias adducit, quib. probet aliud esse mulctã, aliud
2 pœnã. †Sententia tamen Labeonis, inspecta uocabuli origine, uera est. Quandoquidẽ suprà ex uetustissimis scriptorib. admonui, mulctã Oscũ esse uerbũ, quo pœna significetur.
3 †Sed Paul. secundũ temporũ suorũ consuetudinem loquẽdi mulctã accipit, qua inspecta, nõ est dubium expositionem Labeonis sustineri non
a l.simul. ff.eo. posse. Connumerauimus autem superius[a] quamplures differentias, in horum uocabulorum significatione: nunc de tribus solùm attingendũ est, quæ à Iurisconsulto referuntur. † Prima est, quòd à pœna non prouocatur, à mulcta uerò prouocatio est: quæ uerba uario modo à Doctoribus accepta sunt. Sed Bartolus intra tẽpus ꝓuocandi defuncto reo pœnã deberi, mulctã uerò non deberi interpretatus est: hinc ꝙ probari existimat, pœnæ petitionẽ in hęredes quoq; cõpetere, mulctę uerò morte rei extingui. †Quæ sententia mihi uidet nõ satis recepta esse: crebrius enim traditũ est à pœna non esse ꝓuocationẽ: quoniã si de delicto cõstet, cum à lege pœna imponatur, si quis ꝓuocaret, non de facto iudicis, sed de iniquitate legis cõquereretur, & ideo admittendus nõ est: quod in mulcta nõ procedit, quæ ab ipso iudice dicitur, non aũt à lege certo modo diffinita est. Quapropter si quis eo prætextu à pœna appellaret, quòd innoxium se diceret, uel quòd ex lege huiusmodi pœna affici nõ posset, dubiũ nõ est, quin admittẽdus foret: nõ em̃ hoc casu de legis iustitia, sed de ius dicentis facto disceptaret[b]. Cui
6 sententiæ nõ absimile uidet †ꝙd traditũ est, tãetsi manifestus usurarius appellare prohibeatur[c], si tamẽ asserat se tantũ fœnoris nõ extorsisse, inq; quãtitatis modo prægrauari, prouocationi locũ esse: quod Iac. & Albe. probant. Meritò igitur cũ quis facinoris cõuictus est, statim pœna à lege cõstituta debet; at mulcta nõ prius debet, ꝙ in rei iudicatæ uim sententia eius iudictiua trãsierit. Nã & Corn. Tacit. lib. XIII. Censuit (inquit) L. Piso Cõsul designatus, ne mulctã à Tribunis dictã quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor mẽses referrẽt, medio tẽpore cõtradicere liceret, deq; eo cõsules statuerent. †Secũda differẽtia 7
est, ꝙ pœnam quilibet iudex, qui delicti cognitionẽ habeat, inferre potest, at mulctã his solis dicere licet, q bus ex lege uel mãdatis principũ concessũ est. Quapropter nec magistratus municipales[d], nec defensores ciuitatũ, nec delegati iudicũ, iurisdicti onẽ suã p mulctæ cõminationẽ tueri possunt. Quod & in arbitro dicendũ est[e], nisi ex cõpromisso hæc ei potestas à partibus data sit. † Tertia differẽtia est, 8
quia certæ pœnę singulorũ peccatorũ sunt, at mulcta incerta est, & ex arbitrio ius dicentis pẽdet. ubicũq; igit̃ delictũ perpetratũ specia le est, & certã pecuniæ taxationẽ in ultionem nõ habet, ibi propriè mulcta est: ut si quis cõtumax fuerit, corã tribunali irreuerenter aliquid egerit, prætorẽ cõtumelioſe cõpellauerit, & si qua similia: hęc enim delicta cõmune aliquod nomẽ nõ habent, sed specialiter designant. Ea uerò quę cõmuni generaliúe nomine dicunt, ut stuprũ, furtũ, falsum, peculatus, certas & à lege constitutas habent pœnas, & ideo in eis mulcta propriè locũ sibi nõ uendicat. Quò fit, ut tametsi ex lege municipali liberũ arbitriũ circa pœnas delictorũ prætori concessũ sit, cuius furi, uel adultero pecuniariam pœnã indicat, nõ tamẽ propriè mulctaſse dici possit: quoniã huiusmodi delicta communia generaliaq; sunt, at mulcta de specialib. infligit̃. † Quòd si certa pecunia in pœnã 9
à lege constituta speciali alicui delicto sit, ea propriè mulcta dicetur: cũ enim ante eã legẽ incerta esset, cuius deinde ex cõstitutione ad præfinitã taxationẽ redigat̃, seruat tamen nomen suũ: †uerbi gratia, Si clericus fruſtratoriè 10
appellaret[f], uel procurator ab executione, arbitrio iudicis olim mulctabat[g]: deinde cõstitutũ est, ut L. argenti libras solueret, an ideo minus hæc mulcta dicetur? Et propriè mulctã esse dicendũ est, idq; etiam ex hoc responso probat̃, licet aliter Accurs. senserit. Quod & de ea pecunia arbitror, quam fisco iudices litium protelatores exoluere cogũtur[h]: mulctam

b Bald. l. j. col. v. C. ne ex del. def.
c c. quàm sit. de usur.
d l. j. §. si quis ius dic.
e l. non ex omnib. de arb.
f l. ij. C. de epiſcop. aud.
g l. ab execut. C. quo. app.
h l. properandũ. §. antepenul. C. de iud.

ctam enim eam lex appellat, & quidem propriè. †Illud cõstat, cùm hodie statutũ sit, quatenus mulctam dicere magistratus possunt[a]: quoniã minorẽ infligendi diminuendiq; ius habent, adhuc incertas esse mulctas, & in eis nomẽ id proculdubio propriè locum habere. Et hęc iure Romano uera sũt: Athenienses em̃ aliter obseruasse quã
12 doq; legimus: † hi mulctas in arã *Δυὸς σωτῆρος*, id est, Iouis cõseruatoris dedicabãt, quas semel illatas remittere nõ licebat: q̃uis pœnas iure debitas, pecunia redimere fas haberent, idq; Platonis exemplo, qui singulis delictis pecuniarias mulctas constituit. Cætera quæ ad mulctarum cognitionem pertinent, superius à nobis explicata sunt.

11 a l. eos. C. de mod. mul.

1. 3 *Statuæ affixæ basibus structilibus, an sint ædium.*
2 *Basis structilis quid significet.*
4 *Structile opus pars ædificij est.*
5. 6 *Tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, sint ne ædium.*
7 *Ornamenta à domo separabilia, si inde perfectioni domus nihil decedat, ædium non sunt.*
8 *Varia lectio huius responsi.*
9 *Prothyron an sit ædium.*
10. 14 *Prothyron quid significet.*
11 *Hyperthyron, hypothyron, diathyron, quid.*
12 *Dithyron siue biualuium.*
13 *Secundus rhetor Ἐπίθυρ@ cognominatus.*
15 *Prothyron ex frequentiori significatione uestibulum significat.*
16 *Aliciati sententia, quid hoc in loco prothyron significet.*

STATVAE.) Explicat hoc responso Pomponius tres satis dubias quæstiones, quarum prior est huiusmodi, † An statuæ affixæ basibus structilibus, sint ædiũ. In quo articulo prius sciendũ est, quid significet basis structilis. † Et cõstat basem esse sedẽ & pedamentum cuiq; rei sustinendæ: unde bases uasorũ
b l. hæres. §. penul. de leg. iij. Corinthiorũ laboleno[b], bases catapultę & columnarũ M. Vitruuio. Hæ ex solido lapide quandoq; fiebant, quandoq; opere structili,
3 id est, ex laterculis, calceq;. † Igitur si quæ statuæ marmoreis basibus insiderent, in confesso fuit ædium nõ esse, sed rutis cæliscq; annumerari
c l. in rutis. [c], ut suprà uidimus: & ideo uẽdita uel legata domo, auferri possũt. Sed si supra structiles bases collocatæ essent, tractatus magis
4 ambiguus est: † quoniam structile opus pars ædificij est, nec amoueri potest: sicut ergo bases ipsę pars ædium sunt, ita eis impositæ statuæ ædibus adscribi debent: in qua tamen re aliter Pomponio uisum est: apponunt̃ enim magis causa ornatus, quàm ut ædes perficiantur. † Sequens quæstio est, quid de tabulis,
5 quas pictas antiqui catenis religabant, uel parieti, tignisúe affigebãt, an illæ ædium essent. Et eadẽ ratione nõ esse responsum est: ornant enim elegantioremq; reddũt domũ huiusmodi tabulę, nõ aũt quicq̃ ad eius perfectionem faciũt. †Quòd si in tectorio opere loco crustarum marmorearũ inde exemptarũ appositæ
d l. fundi. §. ij. de act. empt. sint[d], tunc ædiũ partes sunt: uidentur enim tectorij ipsius perfectioni accedere, & parũ refert ex marmore, uel ex tabulis pictis, quod illi deest, suppleatur. Quid aũt sit tectoriũ, superius à nobis tractatum est[e]. † Hincq; probat̃, ornamenta quæ à domo separari cõmodè possũt, si eã
e l. in rutis. 7
ob rem nihil perfectioni domus deest, ædiũ non esse, & ideo ædibus uenditis uel legatis nõ deberi. †Sanè hoc loco antiquorũ codicũ uaria est scriptura: quidã enim habent, Aut si militer quæ cohærent lignis: alij, lychnis, alij tignis. †In ultima quæstione dubitari potuit, an prothyron ædiũ sit: & responsum est, esse. †Sed in hoc nõ modica est difficultas explicare quid sibi prothyron uelit. Et græcus sermo indicat aliquid significare, quod ante ianuã uel ostium sit, à græca præpositione πρὸ, & dictione θύρα. †qua ratione & Hyperthyron dicimus, q̃d superliminare quidam uocãt, sicut Pseudothyron posticum, Hypothyron hiantiã cauitatémue ianuæ, Diathyron quod per eam ponitur: qualis est in ianuis, quam uulgò posterulã uocamus, in ostijs uerò, quam uulgò buxulam appellant, & ex tabulis conficitur, ad arcenda, dum ualuæ aperiuntur, irrumpentia frigora: fit & quandoq; uice tabularum appositis tapetibus, uel peripetasmatis, huiusmodiq; uelamine. †Est & Dithyron
12 quod Biualuium dicere possumus: unde Aristoteles de animalibus quarto, genus quod dam ostracôn appellat dithyra, quasi bifores testas: quæ uox etiam posterulę conuenire potest, quasi sit δὶς πλῆ θύρα, unde & dithyron Græci, pro eo quod duplicatũ est, usurpant, ut Hesychius & Suidas tradit. † Philostratus
13 quoq; in uitis Sophistarum autor est, Secundum rhetorem ab aliquibus ἐπίθυρον fuisse cognominatum, quòd fabri esset filius. † Igitur
14 Græci prothyron uocant, quod Latini Vestibulum dicunt: unde Pindarus in Olympijs Corinthum Peloponnesi prothyron appellat, quasi portam uel fauces dicas. Sed & Posidippus in epigrammate, ὧν πρόθυρος, inquit, ἕστηκε δόλαιο κλίμακι, uideturq; accepisse pro statuariorum pergula, in qua publicè ante ianuam spectanda opera proponebantur. Hieronymus uerò in Ezechielem, quod Aquila & Theodotio prothyron dixerat, limẽ portæ transtulit: †frequẽtior tamẽ interpretatio est,
15 ut uestibulum significet. Sed in hunc sensum hîc accipi ego nõ arbitror, non ꝙ me moueat Aelij Galli Iurisconsulti autoritas, quem re-

fert A. Gellius scripsisse libro de significatione uerborũ, quæ ad ius ciuile pertinẽt, secundo, uestibulũ partẽ ędiũ nõ esse: sed quia non uideo cur hoc sensu Põponius & Labeo græca magis dictione ꝙ latina, & quidẽ usitatiore, uti debuerint, præsertim cũ indubitatum sit, ut ego sentio, uestibulũ, tametsi extra ianuã domus sit, ædib. tamẽ adscribi, & ceu earũ membrũ existimari. †Arbitror igitur hac uoce posterulã uel buxulã ipsam significari: interdum eñ ea, ut hîc dicit, in ędibus fit: nam M. Vitruuius autor est, quæ Græci diathyra, uel ut alij magis ꝓbãt, dithyra dicũt, à Latinis prothyra appellari. Papinianus quoq; *, Prothyron domus, inquit, si uelamen est, instrumento domus cõtinet. Quib. uerbis apertè indicat, nõ posse nos de uestibulo intelligere, sed potius de stragulis aliquib. pictis: quãdoquidẽ Iul. Pollux lib. x. inter ianitoris instrumẽta, prothyra quoq; cõmemorare uidet πολυπτύκιλα, id est multifariam uariegata. Distinguendũ igit est, ut buxula, si ex tabulis simili ue materia cõfecta sit, pars ędiũ cẽseat, si cut & posterula: si ex uelamine, huiusmodi q; aulæis, nõ pars, sed instrumentum sit domus.

IDEM LIB. XVI. EPIST.

LEX CCXLVII.

APud Labeonẽ ωιθανῶρ ita scriptũ est: Exhibet qui præstat eius de quo agitur præsentiã: nã etiam qui sistit in iudicio, præstat eius de quo agitur præsentiam, nec tamẽ eum exhibet, qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibet: non enim potest uideri eius præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest. ¶ Restituit non tantùm qui solùm corpus, sed etiã qui omnem rem conditionẽq; reddita causa præstat: & tota restitutio iuris interpretatio est.

FINIS.

†Posset tamẽ Labeonis sentẽtia defendi, si eũ qui hominẽ sistit, etiã exhibere dicamus, ut exhibẽdi uerbũ generalius sit: est eñ exhibere[b], extra secretũ habere. nec simpliciter uerũ est, furiosi, infantis, muti præsentiã nullã esse, sed ꝓ absentib. haberi: †quoniã præsentia ꝓpriè ad corpus refert: nec dubium est eorpore eos præsentes, licet lex plerũq; ꝓpter sensus imbecillitatem abesse eos interpretet. †Quapropter quosdã casus reperire est, quib. furiosus pro absente non habet, ut cũ de perseuerantia, nõ autem de nouo consensu agitur[c]. Itẽq; cùm hoc non tractatur, ut consentiat, sed satis est ne contradicat: cuius rei exemplum est in muliere furiosa[d], de cuius dote pater agit, nec de ratihabitione cauet. †Nam & generaliter furiosorũ consensus est nullus, & tamẽ absentes per procuratorẽ cõsentire possunt[e]. † Quapropter si quis furiosi præsentiam præstare promiserit, non ualere stipulationem minimè cum Accursio sensérim[f], sed potius corpore, & de facto exhibendum esse. †Illud non diffiteor, si post stipulationem in furorem inciderit, promissori competere exceptionem[g]. Cùm enim de sani hominis præsentia agitur, non uidentur partes uoluisse exhiberi casu, quo propter dementiam impediretur. †Et quod de muto hîc dicitur, de eo qui naturaliter mutus sit, accipiendum est: huiusmodi enim & surdi sunt: unde quid sententiæ intellectúsue habeant, exponere nequeunt, idq; in causa est, ut infantib. & furiosis similes existimẽt: † alioquin qui simpliciter mutus est, omnes contractus facere potest, excepta stipulatione, quoniam expressio uerborum in ea necessariò requiritur.

¶ §. RESTITVIT.) †Restituere, est rem in ea conditione, quę retrò fuit, præstare. †Non ergo sufficit corpus ipsum, puta fundum restituere, nisi omnino res ipsa præstetur. † Res autem dictio est uniuersalis, quæ accessiones fructúsue cõtinet. Sed & in ea conditione est restituẽda, in qua olim erat, ut si causa usucapionis suberat, ea quoq; reddat. Sed quoniã non semper accessiones & fructus uel causa redditur, sed aliter atq; aliter solet distinguí, ideo hæc restitutio omnis in iuris interpretatione uersat, de qua re superius à nobis tractum est. Sunt enim hoc sub titulo quatuor eiusdem sensus ad hanc materiã pertinẽtia responsa, ut nõ possim non mirari, cur idem toties inculcauerint, qui sub Iustiniano cẽtones hos legũ conficiendi curã assumpserũt, quasi

alia

1 Exhibere quid sit ex sententia Labeonis.
2 Labeonis definitio à Pomponio reprehensa.
3 Labeo defensus ab Alciato.
4 Præsentia propriè ad corpus refertur.
5 Casus, quibus furiosus pro absente non habetur.
6 Generaliter furiosorũ consensus nullus est, & tamen absentes per procuratorem consentire possunt.
7 Si quis furiosi præsentiam præstare promiserit, ualet stipulatio, contra Accursium.
8 Nisi post stipulationem in furorem inciderit.
9 Muti à natura, infantibus & furiosis similes existimantur.
10 Simpliciter mutus omnes contractus facere potest, excepta sti(pulatione.
11 Restituere quid sit.
12 Non sufficit corpus restituere, nisi omnino res ipsa præstetur.
13 Res accessiones fructusúe continet. (posse.
14 Ex libris à Iustiniano editis nõ omnes factorum species decidi
15 Sine Bartolo, alijsq; interpretibus, ius nostrum nõ consistere.

APVD LABEONEM.) Scripsit Labeo ωιθανῶρ, id est, uerisimilitũ libros octo: 1 †in hoc opere definiuit quid sit exhibere. Et id esse arbitratus est, q̃d eius de quo agit præ- 2 sentiã præstare. †Quã definitionẽ à Põponio hîc reprobari cõmuni calculo receptum est, idq; duob. argumẽtis. Nam qui in iudicio hominẽ sistit, præstat eius de quo agitur præsentiam, & tamẽ aliud est sistere, aliud exhibere. Rursus, furiosus, aut infans, aut mutus iudicio exhibent, & tamen eorũ præsentia nõ uidetur præstari: loco enim absentiũ habentur.

* l. quæsitum. §. Papinianus. de fund. instr.

[b] l. j. §. ait prætor. de lib. ho. exhib.
[c] l. patre. qui sunt sui uel ali. iur.
[d] l. ij. §. fin. sol. matr.
[e] l. ij. de proc.
[f] l. stipu. iste. §. hi qui. deun. oblig.
[g] l. ij. §. si quis. si quis caut.

14 alia noua magisq; necessaria deessent †. Scribat Iustinianus quantũ uelit, glorieturq; suos hosce libros causarũ negociorúmq; decisionib. satis esse, res ipsa planè reclamat, nemóq; ciuilis professionis eruditus est, qui apertissimè nõ uideat innumerabiles dubitationes ex facto oriri, quas nisi omnino Oedipus is sit, ex harum le- 15 gum sylua decidere nemo unus possit †: ut planè sine Bartolo, aliisq; quibusdã interpretibus, ius nostrũ non cõsistere affirmare ausim: quid enim, si bonarũ literarũ cognitionẽ excipies, illi aut acutissimè nõ excogitarũt, aut clarissimè nõ docuerũt, ut nostris oculis offusas per hosce Græculos tenebras aperirent? Illud nõ diffiteor, si antiquorum luriscõsultorum opera extarent, nec Iustiniani iniquissimo illo edicto sublata fuissent, Accursij, & qui post eum scripserunt, minimè necessarias futuras fuisse lucubrationes. Sed satis sit conceptam animi indignationem hactenus prõpsisse, ne crabronum aculeos irritasse videar.

FINIS.

INDEX LEGVM SVB RVB. DE VERB. SIGNIF.

Absentem accipere 374
Actionis uerbo 171
Ædificia Romæ 306
Ager est locus 163
Alienationis uerbum 164
Alienatum non propriè 221
Aliud est capere 227
Aliud est fraus 293
Aliud est promittere 341
Anticulus amittitur 298
Anniculus non statim 301
Appellatione rei 229
Appellatio parentis 202
Apud Labeonem 246,459
Armorum appell. 193
Assignare libertum 264
Bona ciuitatis 146
Bonæfidei emptor 266
Bonorum appell. 389
Bonorum appell. 200
Boues magis 242
Carbonum appell. 335
Cedere diem 395
Censere est 267
Cepisse quis 307
Cætera 196
Cæterorum 326
Cognoscere instrumenta. 210
Collegarum 340
Commendare nihil 350
Cõditionales creditores. 208
Coniunctionem enim 165
Coram Titio 391
Creditor autem is 209
Creditores accipiendos 139
Creditorum appell. 140
Cui præcipua 211
Cum bissextus 250
Cum in testamento 377
Cum prætor dicat 236
Cum quærebatur 446
Cum stipulamur 250
Debitor intelligitur 265
Dedisse intelligendus 231
Delata hæreditas 318
Derogatur legi 260
Detestatio est 179
Dimissoriæ literæ 263
Duobus negatiuis 436
Etiam aureos 326
Etiam ea mulier 307
Eum qui uectigal 147
Ex illa parte edicti 419
Facere non oportere 359
Faciendi uerbo 343
Familiæ appell 371
Ferri propriè 431
Filij appell. 238
Frugem pro reditu 231
Fugitiuus est 415
Fundi appell. 392
Generi appell. 303
Habere duobus 358
Hæc adiectio 361
Hæc enunciatio 425
Hæc stipulatio noxis 375
Hæc uerba cui 224
Hæc uerba ille aut ille 282
Hæc uerba in stipul. 229
Hæc uerba quanti 362
Hæredis appell. 219
Hæredis appellatione 338
Hæreditatis appell. 275
Hæreditatis appellatione 305
Herennius ait 279
Hominis appel. 319
Hostes ij sunt 274
Id apud se quis 312
Illa uerba arbit. 223
Illa uerba optimus 327
Impensæ necessariæ 233
In conuentionibus 405
In generali petitione 236
In itinere faciendo 130
In lege censoria 379
In rutis 448
In usu iuris 325
In uulgari 329
Inde tabernacula 355
Indicasse reum 372
Instratum omne 196
Instructam autem 355
Intelligendus est 320
Inter diuortium 360
Inter donum & munus 363
Inter hæc uerba 350
Inter illam condit. 402
Inter publica 148
Inter stuprum & adult. 257
Interdum proprietatem 233
Intestatus est 218
Is qui natus est 392
Iusta interpretatione 376
Labeo & Sabinus 144
Labeo lib. 1. 150
Latæ culpæ 413
Lege obuenire 291
Liberationis uerbum 199
Liberorum appell. 407
Liberti appell. 339
Licet capitalis 261
Licet inter gesta 213
Litis nomen 173
Littus est quousque 248
Littus publicum 268
Locus est 215
Maiore parte anni 323
Magna negligentia 418
Malum nauis 449
Marcellus apud 138
Massurius scribit 312
Meorum & tuorum 244
Mercis appellatione 386
Mercis appell. 220
Mille passus 321
Minus solutum 170
Modestinus respon. 263
Morbus sonticus 268
Mouentium item 246
Mulieris appell. 142
Municipes intelligendi 420
Munus propriè 398
Munus tribus modis 149
Nam quem sine 316
Natorum appellatio 262
Natura cauillationis 344
Nepos Proculo suo 284
Neratius Priscus 238
Nihil aliud 156
Nomen filiarum 330
Nominis & rei 134
Non est pupillus 328
Non est sine liberis 315
Non potest uideri 273
Non tantum 337
Notionem accipere 253
Nurus appell. 202
Ostentum Labeo 174
Palàm est 170
Pali & perticæ 337
Partum non esse 162
Paterfam. peculium 353
Patroni appell. 203
Paulus respondit 411
Pecuniæ appell. 132
Pecuniæ nomine 412
Pecuniæ uerbum 345
Penes te 217
Peruenisse ad te 338
Plebs est cæteri 434
Plus est in resti. 154
Portus appellatus 214
Potest reliquorum 248
Potestatis uerbo 400
Pratum est in quo 170
Præuaricatores 394
Princeps bona 153
Pronunciatio sermonis 365
Probrum & opprob. 194
Pronunciatum 197
Propemodum 241
Propriè bona 237
Prouinciales eos 359
Proximus est quem 245
Proximi appell. 322
Pueri appell. 382
Pupillus est 437
Quæret aliquis 302
Quæstio est fundus 269
Quantum ad iuris 324
Qui fundum 383
Qui in continentibus 314
Qui mortui 290
Qui neque 199
Qui uenenum 432
Qui uti optimæ O 244
Quid aliud sunt 239
Quisquis mihi 272
Quos nos hostes 429
Quod dicimus eum 423
Rectè dicimus 159
Rei appellatio 132
Rei appellatione 155
Restituere autem 171
Restituere uidetur 230
Sæpe ita 204
Satisdationis 216
Scæuola respon. 453
Sciendum est 225
Sequester dicitur 265
Seratius Priscus 316
Si ita à te stipulatus 316
Si calumnietur 426
Si cum fundum 286
Signatorius 230
Sylua cædua 167
Si qua pœna 455
Si quis sic dixerit 300
Si cui ex empto 141
Soceri & Socrus 314
Soluendo esse 269
Solutionis uerbo 343
Spadonum 289
Speciosas 256
Sponsio 336
Statuæ 457
Subsignatum 175
Tabernæ 354
Tectorixa 304
Tigni 217
Transacta 422
Triplici modo 309
Tugurij 351
Venisse ad hæredem 332
Verbum amplius 234
Verbum erit 280
Verbum exactæ 357
Verbum facere 404
Verbum hoc si quis 127
Verbum illud pertinere 352
Verbum oportebit 137
Verbum oportere 173
Verbum reddendi 247
Verbo uictus 195
Verba contraxerunt 153
Verbis legis 276
Verum est 401
Vestis appell. 288
Vinaria uasa 384
Vinculorum 415
Virilis appell. 313
Vrbana familia 333
Vrbana prædia 373
Vrbis appellatio 128
Vsura pecuniæ 277
Vt Alphenus ait 140
Vt sunt iudicio 422

FINIS.

BASILEAE, PER THOMAM GVARINVM, ANNO SALVTIS HVMANAE, CIↃ. IↃ. LXXI.


PALMA GVAR.